6
31-b

6
14 A
21

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

iotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

20
d
21

Digitized by Google

4

N 8/72

20

Digitized by Google

JOSEPHI SIMONIS ANGLI E SOCIETATE JESU

TRAGOEDIÆ QUINQUE

Quarum duæ poſtremæ nunc ter-tiò lucem vident.

Editio noviſſima.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum permiſſu Superiorum & Privilegio S.C M.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
SUMPTIBUS ET TYPIS
WILHELMI METTERNICH, Bibliop.
An der hohe Schmidt, 1697.

Digitized by Google

SERIES TRAGOEDIARUM

ZENO
SIVE
AMBITIO INFELIX

MERCIA
SIVE
PIETAS CORONATA

THEOCTISTUS
SIVE
CONSTANS IN AULA VIRTUS.

VITUS
SIVE
CHRISTIANA FORTITUDO.

LEO ARMENUS
SIVE
IMPIETAS PUNITA

Google

DEO
TRINO ET VNO
OPTIMO MAXIMO
SCELERUM VINDICI
VIRTVTVM REMVNERATORI.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Google

PRIVILEGIUM CÆSAREUM
ET
FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS.

EGo infraſcriptus Societatis Ieſu per Provinciam Rheni Inferioris Præpoſitus Provincialis, poteſtate mihi à P. N. *Ioanne Paulo Oliva*, præpoſito Generali, ad id factâ, concedo Wilhelmo Metternich, Bibliopolæ Colonienſi ejuſdemq; Hæredibus, facultatem recudendi librum, legitimè ante hac cenſum probatumq; qui inſcribitur: *Ioſephi Simonis Angli* è Societate Ieſu Tragœdiæ quinque: eiſdemq; jus Cæſarei Privilegii uſurpandi eatenus indulgeo, ut ipſis invitis librum hunc nemo deinceps recudere, nemo intra S. R. Imperii fines & hæreditarias S. Cæſar. Majeſt. Provincias importare, aut venum exponere audeat. In cujus rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo munitas dedi. Coloniæ. 21. Novemb. Anno 1679.

L. S.

WINANDUS WEIDENFELD
Societatis IESU mp.

AD LECTOREM.

P*Aucis te monitum volo.* Amice Lector, *Tragœdias has Actioni potiſſimum ac Theatro deſtinatas fuiſſe, hinc pro Choris data Interludia: Hinc perſonarum eventorumque varietas major, quàm quæ apud antiquos. Ita nimirum, veteris Tragœdiæ legibus benignius explicatis, novi ſæculi faſtidio conſulendum fuit.*

ZENO

ZENO
SIVE
AMBITIO INFELIX.
TRAGOEDIA

Romæ, Neapoli, Bononiæ, Parmæ, Hiſpali, Audomari, & alibi ſæpiùs cum plauſu exhibita,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ARGUMENTUM.

ANno à Virginis partu 492. ZENO genere Iſaurus, homo luxuria atque immanitate infamis, Orientis regebat imperium. Is cùm accepiſſet ab Aſtrologis, morte ſe violentâ opprimendum, tentavit varia procerum cæde, vel fatum eludere, vel, quod proximum erat, LONGINO fratri ſuo, libidinis item & feritatis portento, imperium confirmare. Erant in aula per idem tempus diverſiſſimis ingeniis ac ſtudiis multi. HARMATIUS in primis belli dux, armis inclytus, natura præfervidus, cujus ope ZENO Baſiliſcum Tyrannum deleverat; & PELAGIUS Patricius, vir æquitate ſumma, atque conſtantia. Hos alioſque, quorum opes eminebant, fratris hortatu, ZENO interficit. Unus ANASTASIUS ſubdolus, & vafer, ſimulatione antiquæ ſimplicitatis omnem ſuſpicioni

Digitized by Google

locum ademerat. Is igitur imperii avidus, atque ARIADNÆ Imperatrici apprime charus, conſiliorum adminiſtrum Urbitium profligatæ nequitiæ hominem adſciſcit, cujus operâ cum Aulam variè miſcet, tum ZENONEM ipſum ſepelit vivum, retractumque ex fuga LONGINUM capite plectit. *Ex Hiſt. Niceph. Procop. Evag. Zonar. &c.*

PERSONÆ.

Umbra BASILISCUS Tyranni
ZENO, Imperator.
LONGINUS, Frater Zenonis.
HARMATIUS, Militiæ Præfectus.
BASILISCUS Harmatii Filius.
PELAGIUS, Patricius.
ERASTUS, Pelagii Filius.
EUPHEMIUS, Patriarcha
ANASTASIUS }
URBITIUS. }
SEBASTIANUS, } Proceres.
PROCLUS. }
PHILARGUS.
GAZÆUS Rhetor.
EUPHEMIANUS, Magus.
CASTOR. Tribunus Militum.
PHILARCHUS, Centurio.
Pupilli Sex.
Ephebi Quatuor.
Angeli Duo.
Milites Triginta.

ACTUS

ACTUS PRIMUS

Clangentibus tubis. tympanis ſonantibus, inſtruitur apparatus ad Longinum coronandum. Efferuntur ab Ephebis in ſcenam hinc & hinc duæ menſæ ſerico ſtratæ, & ſuper menſas Corona, Sceptrum, Trabea, Liber, Gladius, cæteraque imperii inſignia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SCENA I.

UMBRA BASILISCI TYRANNI, quem bello captum Zeno interfecerat.

Compeſce murmur æris infauſti, tuba.
Silete cantus. Aufer hinc regni notas;
Malè auſpicati ſpecimen imperij procul
Eripe Iuventus. Ite i ſanguineæ domus I. Evertit menſas, disjicit ornamenta &c.
Monumenta, triſte ſortis augurium meæ
Devota furiis Decora, queis merui Stygem.
Non hanc, ſepulta Noctis effregi chaos,
Viſurus Aulam; regna benè novi mea,
Erebi theatrum Ducibus Eois, novum eſt.
Ad ſceptra, feſto pacis aſcenſu gradi.
Per fanda, per nefanda, per ſcelerum ſtruem,
Per fraudis artes, perque perjura dolos
Mentis, per odia, per novercales plagas,
Per bella, flammas, vulnera, cruorem, neces,

Iter eſt ad altum Gentis Eoæ torum.
Hac me ſuperbas duxit ad ſedes via;
Hac & volutus, mergor in ſtygem ultimam.
Sic, ſic feratur, quiſquis imperii decus
Anhelus ardet: colle non ſueto ruis
Longine! Nondum clauſtra nocturni Iovis
Megara rupit, agmen Eumenidum trahens.
Non alta furias ſenſit ultrices domus;
Non flammam, & iras non ineluctabilem
Fati procellam. Stagnet inſontum prius
Cruore tellus, aggerat cædes furor:
Spargantur aſtra ſanguine: Vmbrarum gemat
Sub onere faſto cymba Tartarei ſenis;
Tunc auſpicare ſceptra: tunc oſtrum rape.
Age tuba: verſis omen auſpiciis cane.
Fatale ſtringe murmur. 1 *Audimur?* *ſonat.*
Iam ſcena noctem denſet, ac furvus locum
Obvelet 2 *horror: Stent ſepulchrali ſitu*
Vacua ſub aſtris buſta, ferales tori,
Oculis 3 *triumphum grator. His aula color,*
Hic eſſe regno fauſtus ineunti ſolet
Ornatus: hæc auguria. Iam celera gradum;
Ades & Megara pignus, Acherontis nepos,
Cruente Zeno. Cerne inexpleta domos
Mortis: per ædes funera inſontes eant;
Sparſus cruorem ſociet innocuum cruor;
Hunc funis, illum ſica, medicatus necet
Alium Lyæus. Teſtor umbrarum chaos,
Haud ante phœbus promet & condet diem,
Quàm paria paribus funera æquabis toris.
I nunc, & ore fata mentito exige.

SCE-

1. Lugubrè ſonat Tuba.

2. Converſâ ſcenâ omnia nigreſcunt.

3 Viſuntur hic eorū ſepulchra qui in præſenti tragœdia interficiuntur, adjectis eorum inſignibus & mortis inſtrumentis.

4 Prodit Zeno furtivo paſſu.

Digitized by Google

SCENA II.

Zeno, ſimulato habitu, Euphemianum magum & Aſtrologũ de fato ſuo conſulit.

ZENO, EUPHEMIANUS MAGUS.

TAcete ô Superi, Voſque ſtellantis plagæ 1. Mutato habitu.
Ignes tacete. Fas ſit Auguſti jubar,
Rudique vultus clepere Cæſareos, togâ.
Res agitur ingens. Animus impulſu furens,
Fati minacem ſæpe præſagit diem.
Vivus perire videor; ignoro tamen
Quid extimeſcam. Roſea ſeu lucem vehat
Aurora; noctis biga ſeu tenebras agat;
Mens inquietas ſe per ambages rotat,
Trepidatque fati ſegnes interpres ſui.
,, Sic eſt profecto. Poſuit hæc ſimul Deus,
,, Regnum ac timorem: quem nec arata globus
,, Phalangis arcet, nec Cyclopeo domus
,, Vallata muro. Fulmen eductas quatit
,, In aſtra turres; quando ſub humili caſa
,, Securus ævum paſtor impavidum trahit,
Hinc excubare cogit attentum pavor
Partes in omnes; hinc peregrinâ latens
Sub veſte Cæſar, fata ſcitabor mea:
Eſt in propinquo ſummus Aſtrorum arbiter,
Idemque furvi doctus Antiſtes Iovis,
Cui paret Erebus, quemque venales ferunt 2
Ciere genios, ſortis humanæ fabros. Accedit ad Aſtrologum. Reducto ſipario apparet
Adire certum eſt, conſulam ignotus virum.
Flexiſſe ſuperos qui nequit, moveat ſtygem.
Euphemiane! cujus ad carmen tremit

 Vulgus

Magi officina nigris conveſtita. Menſa nigra. Super menſâ ſcrinium nigrum & ſphæra cæleſtis. Candela nigra accẽſa, Canis hirſutus ad pedem menſæ vinctus catena. Euphemianus in ſede nigra, puer nigellus ad ejus pedes ſedẽs inſerat

Vulgus ſilentum, & Orcus, & Furiæ & chaos;
Si quis favori, ſi quis eſt auro, locus,
Exprome genium Tartari eductum ſinu,
Hecates Ephebum, quem per incertos ducem
2 Magus ſurgit, & promptis ordine Annulis malos genios venditat. *Sequar tumultus.* Eu *Grande & excelſũ petis*
Solitumque Ducibus *munus Auguſtis dari.*
Sed 2 age, quis arte? Quantus ingenio? Quibus
Attemperatus moribus Genius placet?
Vinte libido vaſtet & veneris puer?
En Aſmodæus. Stupra, & illicitos toros,
L*uxumque & ignes, & Gomorrhæum ſcelus,*
Docebit iſte. Vis ſuperbifico polos
Calcare faſtu, teque ventoſo, ſuper
Deumque & homines, ire ſublimem gradu?
Hinc intumeſces. Vis per irarum faces,
Rabiemque diræ mentis in flammas agi?
Vis Tygre & Vrſo, & Hydra, & inferno cane
Immanius ſævire? Vis alto natent
Sanguine Penates? Genius hic furias dabit.
Venale cernis omne furiarum genus. (*mis.*
Statue, *quod optes* Zen. *Levia memoraſti ni-*
Hæc Iuvenis egi, majus hîc monſtrum peto.
Eup. *Quæ te creavit ſtygia portentum ſoror!*
3. Promit annulum ex abditiore ſcrinio. *Tot ſcelera Iuvenis? ſiſte placabo ſitim,*
En Genius ipſo pejor Vmbrarum Deo,
Ferax malorum. Mille facinorum vias,
Artes nocendi mille fœcundo ſinu
Coercet; unus omne furiarum nefas,
Et quidquid alta nocte monſtrorum latet.
Inſpirat animis. Ibi, ut dirus vapor,
Ruina rerum, Gentis humanæ lues,
Hoc duce. Quid ultra? ſolus implevit malis

Totum

Totum Neronem, ſaculi exitium ſui.
Placet? Ze. *Satis ſuperque. Venerabor.* 1 *Deum:*
Morum Magiſtrum pariter & vita ducem.
Quod reſtat, unum eſt. Quando fatorum vices,
Et deſtinatam cuique fortunam tenes;
Ediſſere; quis hunc nexus aſtrorum manet.
Cujus ſolum natale, naſcendi dies,
Et ſi quid ultra noſce lex artis jubet.
Hic exprimuntur; Eup. *Genete* 2 *plebejo ſatus.*
Zen. *Aurumq; terrâ trahitur, effulget tamen.*
Eup. *Truculentus ore, turpis aſpectu, horridus.*
Ze. *Et ſcabra gemmam concha pretioſam tegit.*
Eup. *Ut Martis altam gloria affectat viam.*
Zen. *Cera avorum ſugat ignavum pecus,*
Sanguis vetuſtus. Eup. *Surgit in trabeas Ducum,*
Tandemque nati cade, proh dirum nefas,
Regni prehendit culmen. Zen. *An fas, an nefas.*
Parum eſt petenti ſceptra. Eu. *Sanguinea manu*
Patriam flagellat ſavus & Regnum eruit.
Ze. *Sic quem gubernat, fulminat mundū Deus.*
Eup. *Sed quid minaci prodit aſpectu polus?*
Nil faber ultra, Ze. *Fare, quid trepidus ſenex.*
Eup. *Timor eloquentem tardat.* Ze. *Hortatur ſides.*
Eup. *Indicta capiet fata, qui dici jubet.*
Zen. *Audita capiet fata, qui dici jubet.*
Eup. *Meliùs latebit, quod diu latuit bene.*
Zen. *Melius patebit, quod diu latuit malè.*
Eup. *Tacere liceat.* Zen. *Cùm jubet tempus loqui?*
Stygiam paludem teſtor, alliſum ſolo
Spargam cerebrum, quaque proferre abnuis,
Cerebro tacentis fata diſperſo ligam.

1. Malum Genium oſculatur in annulo.

2. Rex promit horoſcopū ſuū chartæ deſcriptum, & Mago exhibet. Magus viſo horoſcopo fortunā Regis aperit.

1 Magus prædicit Regis interitum.

Eup. *Audi coactum placidus eloquium precor.*
Zen. *Quiſquamne pœnam vocis expreſſæ luit?*
Eup. 1 Sepult' ante fata ſub tumulo evomet
Animam ſceleſtam. Zen. *Ha! Quid remugiſti ſenex?*

2 Impotẽs ſui.

Tumulus? 2 *Quid? Animam? Repete fatales* (*modos,*
Eup. *Sepultus antè.* Ze. *Certus indictam canis*

3. Rex Magum ſuffocare tentat.

Ab axe ſortem. Eup. *Ritè ſcrutatus.* Zen, *Polos*
Solumque pervagatus, & lunæ fibras?
Remurmura fatale carmen ocyùs.
Eu. Sepultus ante fata ſub tumulo evomet

4 Rex laceratam chartam horoſcopi Mago ingerit in os. Magũ ſemiſtrãgulatum relinquit Rex, dum furorem egerit verſus ſpectatores.

Animã ſceleſtã. Zen. O *bubo maleſauſti ſoni?*
Feralis Echo! Ditis inferni tuba!
Strix ominoſa! Guttur 3 *eliſo expuat*
Linguam palato, Eu. *Parce proh ſuperi fidem!*
O parce ſenio. Zen. *Cujus horrenda vomunt*
Tot ſcelera fauces? Bufo avernalis, 4 *cape,*
Vota malignis fata cum foliis. vora,
Præco malorum. Mene ſub ſtygem dari
Vivum videntem! Dira fatorum omina!
Crudele cœlum! Teſtor Acherontis vada.
Me ſi ſepulchrum condat, evulſus ſimul
Trahet ruinam mundus. Infodiam ſolo
Cum domibus urbes. Regna cum Populis ruam
Revocabo priſcum mole congeſta Chaos.
Horreſco memorans: Vivus in tumulum? O *ſcelus!*

1. Redit ad Magum.

Qua me per auras penna ſublimem vehat,
Vt nocte iniquas obruam æternæ faces?
Stellas refigam Fata Cæſarea domus

2. Deſcribit Regicidã

Malè ominantum ſyderum evellam fibris?
Age 1 *fare Vultur? cædis Auctorem indica.*
Eup. Alumnus 2 aulæ, fronte mentitur fidem,

Jus

Jus faſque verbis, corde meditatur nefas.
Zen. *Nomen?* Eup. *Siletur.* Zen. *Proditors triſaux canis;*
Silenda vulgas, ſcire quæ proſit, taces;
Fidesne ſtellis certa? Eup. *Quam probat dies.*
Zen. *At te quis avi caſus evolvet?* Eu. *Quies.*
Ze. *Quid te Charonti proximũ evolvet quies?*
Me terra vivum rapiet, imperii caput?
Falluntur aſtra; teque mendacem probo,
I, morere; 1 *peſtis: ferrea te ſolvat quies.* 1 Rex Magũ cõfodit intra ſcenam.
Eup. *Miſerere cæſar.* Zen. *Fraudis artificem neco.*
Eup. O *plaga! Pereo: Ferte populares opem.*
Zen. *I, veriora diſce Rhadamantho loqui,*
Eup. *Vulgus ſilentum!* O!

SCENA III.

LONGINUS ZENONI Fratri cædem inſcius intentat.

LONGINUS, ZENO.

SIſte, 1 *da victas manus,* (*frumĩ nefas!*
Cædis patrator. Nen. *Stringer?* O *va*
Eat in medullas mucro. Lon. *Fulmineum rota.*
Longino) *ferrum. Pereat infandum caput.*
Zen. *Mactetur hoſtis:* Lo. *Spirat exitium furor.*
Succũbe monſtrũ. Ze. O *lingua Cerberei canis!*
Lo. *Succumbe,* 2 *vel te vulnere æterno premam*
Zen. O *parce Frater!* Lon. *Horror attonitum quatit,*
Fraternus aures clamor impellit meas?
Auguſte! Zen. *Frater!* Lon. *Quid fero indulges joco?*
Quid me profana cæde ſacrilegum facis?
Zen. *Fraterna præceps ora ſubduxit furor.*

1 Lõginus Zenonẽ fugiẽtem retrahit. Certant duello.

2 Lõginus Zenonẽ dejicit, eiqueã plagam lethalem intentat.

Lon.

Lon! *Ignarus, Orcum teſtor, injeci manum;*
Tamen furoris impetum damno mei.
Pudet impiaſſe tela. Si dubitas feri. 3
3. Offert Zenoni ſicam & pectus exponit.
Pectus pateſcit. Zen. *Pectus innocuum fides,*
Dextram quo caſtus error inſontem facit.
Lon. *Sed cur latenti condis ornatu jubar?*
Cur ſolus? Vnde ſanguine immerſus ſuo
Euphemianis. Zen. *Tempus alloquium vetat,*
Clareſcit æther. Si qua ſideribus fides,
Mihi ſors tremendos funeris caſus parat.
Lon. *Omen tremiſco.* Zen. *Hinc ſparges ubi Phœbus diem,*
Aulæ ſonatum cogam, & Harmatij domum
Spoliabo regni decore; mox tuos premet
Diadema crines; junctus imperij comes,
Feracientis tela fortuna leva.
4. Lõginus hærens in amplexu fratris hæc omnia proteſtatur.
Sociemus animos frater. Lo. *Amplexum cape.*
Fas 4 *omne mundi, teque rutilante invoco*
Auroræ vultu: frater, hanc animam lubens,
Et quicquid uſquam dulce, mortali dedit
Natura, dextram, ſanguinem, vitam, necem,
Tibi voveo uni. Stat, ſub horrendos caput
Offerre caſus; ſtat remolito Chaos
Intrare mundo, dum prius fratrem tegam.
Zen. *Dictum eſt abunde. Phœbus attollit comam.* 5
5. Exit Zeno.

SCENA IV.

Longinus ad ſpem Imperii erectus glorіatur.

EXurge Titan, meque radiorum indue
Fœliciore jubare. Quàm longo diem
Suſpirio popoſci, & æterna prece,

Fœlix

Fœlix repente rebus affulſit meis.
Tumeſce pectus, Spatia lætitiæ para.
Conſcia triumphi mens, per immenſos volet
Spatiata plauſus. Tange jam celſus polum,
Stellaſque verro ſyrmate trabaci, Deus,
Quid ſegnis hæres animi? Quod vulgi ſequax
Longum ſecunda ſorte contentus jaces?
Altius anhela: ſubque cognatum leva
Axem favillas ſemine æthereo ſatas.
En blandienti mollis afflatu vocat
Zephyrus. Vocat: lætumque fortuna jubar
Provocat euntem. Regna ſi neſcis, petis.
Ergone tandem Regna quærenti patent?
Nec dum æſtuanti pectus obſeſſum face
Sentis flagrare? Flagro. Regnandi furor
Sub corde regnat. Sceptra ſuffodiunt jecur.
Hac ſpe per acies nudus hoſtiles ferar,
Hac ſpe minacis fulmen excipiam poli,
Hac ſpe profundam vivus intrabo ſtygem.
Nil eſſe Regum ſtirpe prognatum juvat,
Fratremque Regum: ſi jugum famulus trahat,
Aut imperas, aut ſervus imperium ſubit.
„ Nil medium in aula. Fratris in fratrē grave
Regnum eſt, pari quos lege naſcendi pares
Natura genuit. Ferro dominantem pudet.
At purpurantis inſtat augurium togæ,
Regnique decora. Frater in fratrem pius.
Tranſcribit a quo Regium imperio decus,
Quis blandientis dona fortunæ abnuat?
Ego nempe Regni nomen, ac titulos geram.
At jus & arma Zeno. Nec geminum capit
Titana mundus: nec feret regnum duos.
Altius eundum eſt, Si quis anterior gradu

Iter

ter occupabit, ſit licet cœli ſatus,
Sternatur. Vncum ſi quis à tergo pedem
Inſerat eunti, tardet ut curſum mora,
Sternatur. Audeat ſi quis æquato ſolum
Calcare paſſu: feriat audacem furor;
Sternatur, Alti cupidus imperij chalybs
Etiam propinqui ſanguinis neſcit modum.
Sed occupatuit aula. Subducto gradu
Hinc aucupabor ſortis eventum mea. 1.

1. Logiuus occultus poſt ſipa-rium ob-ſervat, quæ di-cuntur in Conſilio.

SCENA V.

Zeno Baſiliſcum Harmatii filium, contra fidem parenti datam imperii ornamentis exuit, ejicitque ex aula. Demum refragante Pelagio Longinum Regni hæredem decernit.

ZENO, BASILISCUS, EUPHEMIUS Patriarcha, PELAGIUS, VRBITIUS, SEBASTIANUS, PROCLUS, PHILARGUS, LONGINUS ſeorſum.

BAſiliſce, procul hinc; deſere Auguſti latus
Et ſtando, magnos diſce venerari Duces,
Dum detumeſcat, quem dedit locus tumor.
Dediſce faſtus Lo. *Perge, quâ graderis via.*
Zen. *Moraris? Imo ſiſte poſtremus gradu.*
Quàm 1 *dubia Regum, dubia Regnorum ſalus;*
Quantus ſuperbos turbo fortuna lares
Hinc inde verſet; quàm brevis vitam dies
Rapiat fugaci temporum appulſu fluens,
Proceres videtis. Me per anno ſi rotas
Devolvit ævi feſſus imperij labor
In molle ſenium. Sceptra conſortem exigunt,
Qui mole rerum ſocius Auguſtum levet,

1 Baſiliſcus qui imperatoris lateri junctus, ſedebat, ſurgit, atque omnium poſtremus ſtat re.

Idemque vidui proximus regni promat
Hæres habebat. Grande meritorum decus
Harmatiique rebus in ſummis fides
Sceptra Baſiliſco dederat. Elatus puer,
Supraque ſortem mentis Auguſtæ tumens.
Aulam fatigat. Lora, ceu Phaeton, quatit
Timete proceres, buſta. ſi currus agat.
Bas. *Parce innocenti Cæſar* Zen. *Affari veto.*
Bas. *Cognoſco cauſam.* Zen. *Cauſa jam patuit ſatis.*
Bas. *Indicta.* Ze. *Cauſam faſtus oravit ſatis.*
Diripite famuli Regia ſortis notas:
*Spoliatus.*1 *atram, more myſtarum, togam*
Geſtet ſacrandus: Numeret ignavus preces.
Sceptroque ineptas tollat in cœlum manus.
Lon. *Frater beaſti. Spolia* Longinum *decent.*
Sedebit iſtis melius in humeris toga.
Bas. *Bene eſt, levamur.* 2 *Ite curarum ſeges.*
Sic inſolenti læta ludibrio, quatit.
Fortuna pennas, quemque ſublimi rota
Levârat, imam rurſus in ſedem trahit.
I nunc & aula fretus, ingenium, fidem,
Decus pudorem, jura pietatem abjice.
Cæſar beaſti, Pondere immani levor,
Sortem reſigno lætus. Auctori vicem
Repenſet, orbis frena qui movet, Deus.
Zen. *Abſiſte peſtis, exul auguſti lare.*
Bas. *Cœloque propior.* Zen. *Fata cui Regnum parent,*
Quem poſcat orbis, proximum imperio caput.
Statuite proceres. Si tamen juſta libet,
Penſare cauſam lance, Longino *venit*

1 Exuit ut Regiis ornamẽtis Baſiliſcus, & induitur veſte Clericali.

2 Ad ſpectatores.

Regale rerum ſtemma. Vrb. *Nobilitant virum*
Mens alta, Marte clarus indomito vigor;
Gloria triumphis paria juſtitiæ tenor,
Arteſque pacis Seb. *Quodque præcipuum reor*
Vnus ruentem ſtirpis Auguſtæ domum
Fundare frater: inque venturi dies
Ævi, beatum ferre progeniem poteſt.
Pro. *Quos eſſe juſſit ſorte naſcendi pares*
Natura par honoris æquabit decus.
Phil. *Nobilis in alto ſanguis imperio viget.*
Gradu repulſus marcet: in venis gelat.

Lõginus notat in pugillaribus fautores ſuos.

Lon. *Agnoſco amicos; Taurea inſcribam notâ.*
Zen. *Eſſare præſul, mentis arbitrium refer.*
Eup. *Auguſte princeps, cernis ut Chriſti ratis*
Depræliantes paſſa ventorum minas
Fluctuat in alto? Quàm procelloſo tumet
Everſus æſtu pontus; Vndarum arbiter
Incumbit Aquilo turbinem & fluctus agens.
Iam prope furentis victa ludibrio ſali.
Fatiſcit alnus. Multa nos Hiems premit.
Vis vincit artem. Luctor ad clavum ſedens:
At vix procellis unus, obluctor ſatis.
Tu fluctuantem. Cæſar, imperij ſtatum
Vel ſiſte ſolus, fata dum vitam ſinent;
Vel ſi levamen rebus operoſis juvat
Accire comitem, pectoris magni virum,
Columen labantis imperi ad ſceptrum vota.
Lo. *Senex doloſe.* Ze. *Sphingis ambages moves.*
Quas hic procellas error & fluctus ciet?
Arguimur ergo mentis ignavæ? polum
Teſtor, decoros major haud unquam ſinus
Explicuit orbi pax, triumphales agens.

Specioſa

Speciosa currus. Pel. *Bella dum regni fibras*
Altè laceſſunt. Omne vitiorum chaos,
Irobique peſtes. multus Ægiſti vapor,
Et flamma Phadra: vis, dolus, cædes, nefas.
Graſſantur intus. Curia egreſſum malum
Gradus per omnes errat, ac latè luem
Spargit nocentem Cæſar, ingentem dies
Herea poſcit. cujus & regnum labor.
Et cura plebem, vita Magnates, fidem
Pietas nocentes pœna, benemeritos honor
Aut praeat, aut ſequatur, 1 Aſtrorum jubar
Mundo ſalubres fundit ex alto faces.
At ſi minaces igne ſanguineo comas
Trahens Cometa regnet, heu quantū ſolo
Inſtat malorum! *Sceptra cui credas, vide.*
„ *Generoſa Reges vita, non ſanguis facit.*
Lon. *O peſtilentis* 2 *lingua prædonis furor,*
Furor protervum damnet Inferno lovi.
Vrb. *Compeſce princeps tela* Long. *Proh mendax probrum!*
Egone Cometes igne ſangnineó rubens?
Vindicta, Frater! Siſtis? Æternas geram
Vltrice flammas mente. Devovi. *Sat eſt.* 3
Pel. *Ita eſt. Verendi ſacra Majeſtas fori*
Periit. Senatus horror, & fandi inclyta
Quondam poteſtas perijt! O cœli fidem!
Tuere princeps jura purpurea toga,
Zen. *Et tu probroſas diſce verborum faces*
Attemperare melius. Imperij Duces
Audax momordit oris inſulſi fremor.
Pel. *Fraudes amorem, veritas odium creat.*
Zen. *Nil jam Solones, nil Ariſtippos moror.*
Fratremne ſceptris admoves? Pel. *Sceptro pares*
Vbi

1. Lōginus hos verſus pugillaribus inſcribit.
2. Lōginus iræ impatiens è latebris ſtricto gio[...] in Pelagiū irrui[...]
3. Exit furibundus Lōginus.

I. Exiens furibũdè Zeno projicit ſceptrum ad pedes Pelagii: ille ſublatum è terra exoſcũlatur & in ſede imperatoria reponit.

Vbi geret animos. Regna ſubvertit furor.
Zen. *Sic imperatur? Fungus Auguſto obnuit.*
Quod imperare vis reluctanti poteſt?
Regnabit. Vmbras jure Tartarei lacus,
Sic pejor Orco, ſit Styge, & furiis ſatus
Regnabit. Orbis rector immenſi jubet;
Fremat ſenatus. Iura privatos regant.
Libido Reges. Quà volet Princeps, eat.
Cuiqui reſiſtit, ſceptra malè ſuadus i regat.

SCENA VI.

Pelagius apud Patriarcham de aulæ moribus conqueritur Gazæus Rhetor, quos Longinus parentibus orbaverat, Patriarchæ Pueros ſiſtit.

PELAGIUS, EUPHEMIUS, Nuncii duo, Gazæus, Chorus Puerorum.

PELAGIUS.

PErgit, furenti qualis impulſu ruit
Per vaſta Lybiæ ſpatia flagrantis leo,
Catulis ademptis. Quam rebellantes habet
Indomita motus ira. Proh ſaeclilues!
In qua voluti monſtra ſuccreſcunt dies!
Qua turba rerum! Quanta vitiorum ſedet
Vbique facies! Regna præcipitat furor.
Non juris ordo curiam, aut legum metus;
Non mens Senatum pura, non Themis regit.
Horroris orcus ſpecimen hic cernit ſui.
Ius arma tractat; fœdera libido ferit,
Conſilia verſat livor; Ambitio jubet,
Vis juſſa peragit parque ſtat juſſis opus.
Expulſa pietas, candor eraſus perit;
Fregit bilancem Aſtrææ, cancellos pudor.

Luditur

Luditur honeſtas: turget in fumos amor:
Invidia pacem trudit: Errores fidem:
Fas omne cedit, omne ſuccedit nefas
Quàm ſæva rebus fata! quàm præceps malum
Inſtare video! Eup. *Grandis exitij mina,*
Fateor: coactus nube ſub gravida vapor
Nimbos & ignes ſpirat: at medica tamen
Spes nulla dextra? Pel. *Nulla, ceu video ſalus*
,, *Quid aſtra ſperent, peccat ubi ſolis jubar:*
Regnum cruent at Zeno, vitiorum ſator;
Flamma peruſtus veneris, inceſtu putris;
Cruore madidus: arte Circæa potens.
Pejor nefando fratre Longinus furit:
Et impotenti poſcit imperium ambitu.
Favet ambienti Zeno Reſtitimus palam.
Quid conſecuti? Tela, vim fati minas.
Nunc. I. [1] *Heu flamma flamma flamma: da-*
te cives opem.
Propera, Pelagi, turma Longini tuos
Populatur agros, flamma per latos volat
Boum labores. Pel. *Parce vindicta Deus,*
Nun. II. *Heu flamma! Victor ſævit in ſylvas*
rogus.
Tectis timetur Pel. *Flamma nil vaſtat mei.*
,, *Quiſquis caduca ſpolia fortuna rapit,*
,, *Aliena raptat: mente ſepoſitas opes*
,, *Vis nulla flamma, nullus eripiet dolus,*
Eup. *Sic ſic reflantis obvium Boreæ minis*
Oppone pectus, mole ſta celſus tua,
Compoſitus animo, mentis impavida tenax [2]
Chor. *Miſerere Præſul.* Euph. *Unde puerorum*
chorus
ſquallente mœſtus ore? Quid portas novi?

[1] DuoNūcii ſignificant Pelagio, injectū eſſe ignē villæ ſuæ, & agros inceſos à Longini famulis.

[2] Intrat Chorus puerorū atratus cum Gazæo Rhetore.

Ga.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ga. *Quem cernis atro-ſquallidum luctu gregē,*
Parentibus nudavit Auguſti furor,
Comitante fratre. Cauſa violenta necis.
Aut pulchra, major, opibus aut felix domus,
Aut clara virtus patris. Eup. *O rerum vices!*
3 Omnes flectunt. *Tu* 3 *fluctuantum ſola Regnorum ſalus.*
Qui corda rerum fingis artifice manu,
Sequeriſque culpas Vltor, ô cohibe flagrum,
O ſtatue tandem rebus everſis modum
Hac intuere pubis innocua mala.
Orata ſuperis cauſa, Tu cœli pugil
Invictus obſta. Si qua ſe melior feret.
Fortuna rerumqua licet, tempus premē.
Gazae, perge, Regiam cautus ſubi
Mox innocentem ſiſte Cæſaribus horum.
Lugubre videant agmen & ſuum legant
~~*Lugubre videant agmen & ſuum legant*~~
In fronte mœſta crimen: Hi victi malis.
Forſan ſtuporem mentis infringent ſua.
V terq; *Tibi fas jubere, nos decet juſſa exequi.*
Eup. *Ego vota pronus interim & caſtas preces.*
Numerato ad aras. Capta fortuna polus.

Chorus Muſicorum, vel Interludium.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Longinus dolorem ſuum de Pelagia adverſa ſententia altiſſimè inhærentem muſicâ levat. Atque in ſomnis fortunæ ſuæ proſpicit eventum.

LONGINUS, MUSICUS.

LONGINUS.

1 Cōverſa cena apparent. B*Ene eſt Nigreſco. Concolor menti toga eſt.*
Quid obſtrepis? Quid lentus in plectro ſtupes:
Mus.

Mus. *Dum temperata conſonet fidibus fides.* ᵃ desLõ-
Lon. *An hoc moraris? lude, deteſtor fidem,* g ini i-
Quod quæro, fidibus melius infidis dabis. gris con-
Mu. *Lætusne mentem cantus, an triſtis juvat?* veſtitæ.
Lon. *Age, augurare.* (Canitur) Lõginus
Longinus hilarem cantum indignatus atrata ve-
injicit manum Chely. ſte ſedet
Lon. *iſte vin' cerebro Chelys* in ſella
Alliſa reſonet? Mus. *Quis placet lyræ modus?* nigr. Mu-
Lon. *Poteſne ſilicum frigus æternum, & gelu* ſicus itẽ
Inhoſpitalis Caucaſi & ſaxa horrida atratus
In has ciere, voce vel plectro fibras? aſſidet
Poteſne rabidas Tigres & dirum gregem atrata in
Trahere Leonum! Num tenebroſi lacus ſede.
Revocare torvum vulgus, & ſtygias nurus,
Agmen tremendum, quas in hoſtiles agam
Dux ipſe vultus. Orpheus quondam pater
Traxiſſe fertur. Mus. *Orphëi, Princeps, lyram*
Et plectra dederis, cuncta, quæ poſcis traham,
Lon. *Per cœlum, acutè; perge.* Mus. *Quem* Canit.
cantum ſequar?

Muſicus iterum læta canit.

Lon. *Semperne læta? Barde quem ludas, vide.*
An non per iſtas animus erumpit notas?
Hac nigriores veſte fac plectri ſonos.

Muſicus triſtia canit, interim Longinus mœſti animi ſigna vultu, geſtuque proſequitur.

Lon. *Age junge carmen, carmen infauſtum ferum;*
*Inauſpicato carmen ululandum ſono.*ᶻ
Aſtrorum jubar

ᶻ Legit. Longin. hæc carmina è pugillaribus,

Mundo ſalubres fundit ex alto faces:
At ſi minaces igne ſanguineo comas
Trahens. Cometa regnet heu quantum ſolo
Inſtat malorum!

5 Dum canitur, Longinus incidit in ſomnum

SCENA MUTA.

DOrmiente LONGINO, prodit Fortuna coopertis oculis: ſiniſtra fert rotam cærulei coloris, aureis maculis perſperſam. Circumferentiæ rotæ adhæret ex una parte corona aurea; in parte adverſa argentea ſecuris. Manubrium rotæ inſertum erat baculo aureo, ita tamen ut liberè verti poſſet ope alterius virgæ aureæ, cui alligabatur idem manubrium. Itaque fortuna rotam baculo ſublimem gerens modeſtè tripudiat: & per intervalla dextera manu rotam circumagit. Supervenit Juvenis ſplendido cultu LONGINO non abſimilis, qui tripudiabundus fortunæ gratiam captat. Illa ſubinde, verſa rota, Coronam demittit, quam dum aſſiliens prendere nititur Juvenis, fortuna celeri circumactu rotam convertit. Interim ſcenæ ſuccedit Juvenis alter veſte habituque oris referens ANASTASIUM. Hic inter tripudiandum, quoties alteri occurrit adverſus flexu corporis honorem exhibet. Mox occaſione capta imminentem coronæ ſupplantat à tergo. Quo dejecto à fortuna invitante lætus, & triumphabundus coronam accipit.

SCE-

SCENA SECUNDA.

Anaſtaſius, quem carminis gratiâ Anaſtum vocamus, cognitis præter expectationem Zenonis & Longini conſiliis, in ſpem venit obtinendi Imperii.

ANASTASIUS, LONGINUS.

ANASTASIUS.

SEcura 1 *Vulpes prodit, ubi dormit Leo.*
Manu volumen amove, oratum eſt ſatis.
Alter legendus, mente ſuſpenſa, liber.
Heu! 2 *Monſtra rerum! Friget attactu manus.*
Horreſcit animus. Scripſit has Pluto notas?
An quæ cruore paſcit humano fibras
Megæra? Tabulas Ditis è regno datas
Jurabis, iſthæc quiſquis auditu bibes.

Euphemiani 3 Magi de Zenonis interitu vaticinatio.

Sepultus ante fata ſub tumulo evomit animam ſceleſtam.

Crudele lethum, fateor, horrendus tamen
Vix par ſceleribus.

Regis 4 parricidæ brevis character.

Alumnus Aulæ, fronte mentitur fidem,
Jus faſque verbis, corde mediiatur nefas.

Cædis artificem Polus,
Si me notaret, grande meditarer decus.

Qui 5 ob ſuſpicionem ſtatim de medio tollendi,

Præceſſit Euphemianus Magus: ſequantur Gazæus Rhetor, Harmatius Militiæ Præfectus,

1 Prodit Anaſtaſius, libellum pium manu præferens, legenti ſimilis. Viſo Longino dormiente, ejuſque pugillaribus ad terram lapſis, libellum ſuum reponit, & Longini pugillares furtim accipit.

2 Aperit, & aliquandiu inſpicit, habitu oris ſtuporem præferens.

3 Legit in pugillaribus Longini, 4 Legit. 5 Legit.

ſectus, Pelagius, Patricius, aliique horum fautores.

Immane monſtrum! Quantus undabit cruor?

6 Sebaſtianus, 6 & Urbitius in ſocietatem

Legit. Conſilii admittantur.

Gemina Acherontis capita! par dignum Styge!

7 Quid 7 Anaſtaſius?

Legit. Simplex, & probus nec fide, nec time.

Bene eſt. Tenemus, Stent ſuo tabula loco.

Hoc eſt profectò, vota quod ſpirant mea. 8

9 *Tandem doloſo campus ingenio patet.*

Reponit pugillares ad pedes Longini dormientis.

Nihil timemus? falſa jam pietas placet.

Securus, omnes ire per fraudum gradus

Ad ſceptra poſſunt. Fata, mens, tempus vocant,

Certant in omne facinus Auguſti duces,

Odiiſque miſcent odia, ſceleribus ſcelus,

Furiis furorem. Pacis egregios toga

Belloque proceres, clade truculenta necant.

Hinc turba rerum: vaſtus hinc Regni tremor

Tumultuantis. Miles ad ferrum ruet;

Ad vota vulgus. Tectus interea dolis,

Ego turbulento ſceptra piſcabor lacu.

Gradiar in altum tutus. O quantum bonum

eſt 9

Simulata virtus! Sæpe mendaci gradus

Patuit honoris, vera dum pietas ſtetit

Procul repulſa. Me meus fovet dolus.

Facies theatrum, vultus actorem refert.

Ambio, ſed aliam villus occultat febrim.

Odi; ſed iras frontis officium tegit.

9 *Rideo. ſed odium riſus æternum fovet,*

Diducto ſago aperit nigrū *Audeo; 9 ſed enſem condit audacem ſinus.*

Vinco; ſed aquilas nemo victrices videt.

Intus

Intus Nerone pejor, at foris Cato.
In ore pietas fulget, in oculis pudor,
In voce pondus, candor in verbis, modus
Geſtus per omnes: Corde ſub nigro lues.
Et Styx, & Orcus, & Furiæ & avidum chaos!
His ego miniſtris utar occultis, ſuas
Dum fronte Mimus ſuſtinet partes dolus.
I nunc cruente Cæſar, & ſtylo nota
Simplex & probus, nec fide, nec time.
Simplex Anaſtus? pejus haud unquam duplex
Sævijt Vlyſſes, Pallidi Acherontis plagas
Minus latratu terret horribilis triplex
Moloſſus, ut me Regna quatientem tua
Horrebis; aſtra juro. Quid monſtrum triplex!
Lentius in aſtro centuplex quondam Gigas
Contorſit ignes, ut per Auguſti lares
Bacchabor. ira, fraude, Furiarum face.
Simplex probuſque firmor? inveni viam.
Sævite Fratres. Funeri Heroas date.
Spoliate Regna Ducibus; eruite omnia;
Ego inter iſtas Orbis accenſi faces
Simplex probuſque. 10 *Videor. Antiquas locus repoſcit artes.*

habitum & acinacem ſubtus latentem.

10 Hic prodit Gazæus, Anaſtaſius ſe ſtatim ad pietatem compulit.

SCENA III.

Gazæus dum Anaſtaſii hortatu pupillorum cauſam apud Longinum agit, veneno tollitur.

ANASTASIUS, CHORUS Puerorum, GAZÆUS, LONGINUS.

ANASTASIUS.

GRatus advertis gradum
Gazæ. GAZ. *Mæſtum dubius admoveo gradum.*

O ſortem acerbam! Quid priùs luctu querar?
Communis ægro languet Imperio ſalus.
„ Ana. *Languere mēbra capite vitiato ſolent.*
Ga. *Niluſque tutum. Quæ per annorum vices*
Stetêre, pulchrâ ſtirpe florentes domus,
Latè eruuntur. Orba puerorum cohors,
Gemit peremptos chalybe Cæſareo patres.
Anaſt *Quouſque juſtus lentas in pœnas Deus*
Suſpendis ignes? Ga. *Differ ad tempus preces.*
Effare paucis. Faſne Longinum alloqui?
Dabo intuendas cladis injuſtæ notas.
Ana. *O mentis altæ pulchra libertas! Dabis?*
Ga. *Quicunque factum caſus excipiet, dabo.*
Ana. *Operge; vinces. Specimen hinc capiet ſui,*

1 Ad Spectatores.

En ecce vacuo ſolus in tecto ſedet.
Aggredere ſolum. Spondet eventum locus.
Qualem? ſed agno ſpondet eventum lupus.
Ga *Gemiſce pubes, queſtibus cælum reple.*
Chor. *Miſerere Princeps!* Gaz. *Altiùs clamor ſonet.*
Chor. *Miſerere Princeps.* Long. *Monſtra* 2 *Tartarei lacus.*

2 Longinus repentino clamore experrectus, territuſque, lugubri veſte, nigriſque lugentiũ puerorum cucullis, umbras credit.

Hiátne mundus? Clauſtra laxantur Stygis!
Quid iſte poſcit furvus Vmbrarum chorus?
Me petitis? Orci fata properantur nimis,
Vltrice nondum cedit extinctus manu,
Pelagius. Ite, noctis æternæ domos
Remeate Furiæ. Statis? Horribilis 3 *furor.*
Chor. *Miſerere Princeps.* Long. *Ecce cerberei gemunt*
Catuli. Faceſſite monſtra. Ga. *Nil monſtris* (*opus,*
Longine Cæſar, cernis orbatum patre.

3 Irruens

Rerum-

Rerumque egentem prolis innocuæ gregem. in pueroſ,
Chor. *Miſerere Princeps.* Long. *Premite fe-* eorum lu-
ralem ſonum. gubri cla-
Vnde iſte pueris ſqualor? Gaz. *Occumbunt* more ab-
patres. ſterretur.
Lon. *Ferro perempti?* Gaz. *Fune, medicato*
mero.
Non unus omnes merſit exitii modus.
Lon. *Iuſténe?* Gaz. *Iniquè.* Lon. *Quem ſce-*
lus damnat reum?
Gaz. *Quem lux ſuperba ſortis, & vitæ gradus*
Tectum tuetur, Lon. *Stet licèt clypeo Iovis*
Munitus, æquas pendet exitio vices.
Gaz. *Ignoſce Princeps, voce damnaris tua,*
Reus cruentæ cædis. Lon. *Ego cædis reus,*
Sophiſta vecors! fœda mentiris. Deos
Iuro per omnes, repetet artificem dolus.
Aſſiſte miles, ſtringe ſceleratas manus.
Cho. *Miſerere Princeps.* Lon. *Carpite ocyus*
fugam
Spuria 4 propago, genere vipereo ſati. 4
Abite monſtra. Chor. *Vindica opprobrium* Pede ab-
Deus. jicit.
Gaz. *Longine, menti pone furioſæ modum.*
Fræna dolorem, dúmque regreſſum Deus
In melius offert, pectus in melius refer.
Quid mole ſcelerum preſſus, in barathrũ ruis
Non retrahendus? Vita, mors, brevibus jacent
Diducta ſpatiis. Propera ſi vitam ſecet
Clotho, ruinam mentis æternam ſubis.
„ *Nemo ſceleſtus pariter & felix diu*
Fuit. Innocentum clamat effuſus cruor;
Clamat gemendus pubis orbatæ ſtatus;

O ſortem acerbam! Quid prius luctu querar?
Communis ægro languet Imperio ſalus.
„ Ana. *Languere mẽbra capite vitiato ſolent.*
Ga. *Niluſque tutum. Quæ per annorum vices*
Stetère, pulchrâ ſtirpe florentes domus,
Latè eruuntur. Orba puerorum cohors,
Gemit peremptos chalybe Cæſareo patres.
Anaſt *Quouſque juſtus lentas in pœnas Deus*
Suſpendis ignes? Ga. *Differ ad tempus preces.*
Effare paucis. Faſne Longinum alloqui?
Dabo intuendas cladis injuſtæ notas.
Ana. *O mentis altæ pulchra libertas! Dabis?*
Ga. *Quicunque factum caſus excipiet, dabo.*
Ana. *O perge; vinces. Specimen hinc capiet ſui,*
En ecce vacuo ſolus in tecto ſedet.
Aggredere ſolum. Spondet eventum locus.
Qualem [1] *ſed ægro ſpondet eventum lupus.*
Ga *Gemiſce pubes, queſtibus cælum reple.*
Chor. *Miſerere Princeps!* Gaz. *Altiùs clamor ſonet.*
Chor. *Miſerere Princeps.* Long. *Monſtra* [2] *Tartarei lacus.*
Hiátne mundus? Clauſtra laxantur Stygis?
Quid iſte poſcit furvus Vmbrarum chorus?
Me petitis? Orci fata properantur nimis,
Vltrice nondum cedit extinctus manu.
Pelagius. *Ite, noctis æterna domos*
Remeate Furiæ. Statis? Horribilis [3] *furor.*
Chor. *Miſerere Princeps.* Long. *Ecce cerberei gemunt* *(opus,*
Catuli. Faceſſite monſtra. Ga. *Nil monſtris*
Longine Cæſar, cernis orbatum patre.

Rerum-

1 Ad Spectatores.

2 Longinus repentino clamore experrectus, territusque, lugubri veſte, nigriſque lugentiũ puerorum cucullis, umbras credit.

3 Irruens

Rerumque egentem prolis innocuæ gregem. in pueros, eorum lugubri clamore abſterretur,

Chor. *Miſerere Princeps.* Long. *Premite feralem ſonum,*

Vnde iſte pueris ſqualor? Gaz. *Occumbunt patres.*

Lon. *Ferro perempti?* Gaz. *Fune, medicato mero.*

Non unus omnes merſit exitii modus.

Lon. *Iuſténe?* Gaz. *Iniquè.* Lon. *Quem ſcelus damnat reum?*

Gaz. *Quem lux ſuperba ſortis, & vita gradus*

Tectum tuetur, Lon. *Stet licèt clypeo Iovis*

Munitus, æquas pendet exitio vices.

Gaz. *Ignoſce Princeps, voce damnaris tua,*

Reus cruentæ cædis. Lon. *Ego cædis reus,*

Sophiſta vecors! fœda mentiris. Deos

Iuro per omnes, repetet artificem dolus.

Aſſiſte miles, ſtringe ſceleratas manus.

Cho. *Miſerere Princeps.* Lon. *Carpite ocyus fugam*

Spuriæ 4 *propago, genere vipereo ſati.* 4 Pede abjicit.

Abite monſtra. Chor. *Vindica opprobrium Deus.*

Gaz. *Longine, menti pone furioſæ modum.*

Fræna dolorem, dúmque regreſſum Deus

In melius offert, pectus in melius refer.

Quid mole ſcelerum preſſus, in barathrũ ruis

Non retrahendus? Vita, mors, brevibus jacent

Diducta ſpatiis. Propera ſi vitam ſecet

Clotho, ruinam mentis æternam ſubis.

„ *Nemo ſceleſtus pariter & felix diu*

Fuit. Innocentum clamat effuſus cruor;

Clamat gemendus pubis orbatæ ſtatus;

Viduæ maritis conjuges, vaſta domus,
Clamant, & alti fulmen ultoris vocant.
Quàm multa ſint tremenda, niſi caveas, vide.

5 Ironicè.

Lon. *Agnoſco 5 lingua, flumen, an fulmen, tua?*
Rotundus ore fulguras, pluis, tonas,
Mones amicè. Paria verboſa decet
Artis referre pretia. Fer Bacchum Puer.

6 Affertur vinum & ſedile.

Bacchum rubentem, nobilem. Effando nimis
Accendit ora Rhetor, Ambroſiam 6 bibet.
Affer ſedile miles. Hic artus loca.
Miſcere 7 odoram nectari ambroſiam placet.

7 Venenum injicit, & ſica commiſcet.

Age pateram hauri. Gaz. *Ignoſce.* Lon. *Per cœlum bibes.*
Gaz. *Venenum in auro bibitur.* Long. *Ac mixtum mero.*
Age, & profundo præbibe ſalutem Iovi,
Gaz *Ergo bibendum eſt? Plectis inſontem nece.*
Lon. *Plecto loquacem. Diſce Cæſaribus probra*
Ingerere fando. Siſtis, exhauri ocyùs,
Teſtor cruore poculum explebis tuo.
Bibes adactus ſanguinem. Gaz. *O Regum fidem!*
Eſto, natantem calice fatali necem
Bibamus, hæc me diva libertas vocat.
At tu Tonantis oſor, æternis caput
Sacrum tenebris, perge, ſanguineo fibras
Imbue cruore; merge flagitiis caput;
Macta innocentes. Spectat ex alto Deus,
Spectat, manúque fulmen ultrici vibrat,
Mox horrido ſub dite ſulphureas bibes
Sine fine flammas. Long. *Cerebre, hauris ocyus?*

Habes

Habes, 8 peractum eſt. Vade, Radamanthi foro 8 Haurire cogitur.
Cauſas perora meliùs. In cæcas age
Vinctum latebras, donec epotus jecur
Irrumpat altè Bacchus, & vitam eruat.
Iuſſimus. In arcto carcere expiret reus.

SCENA IV.

Zenonis, & Longini clandeſtina colloquia,
LONGINUS, ZENO Imperator.

LONGINUS.

H*Anc oris illaudata libertas vicem,*
Hæc pretia, qui me voce ſollicitant, ferunt.
O ſpem caducam! Sceptra ſperabam miſer,
Aurique diva luce radiatum caput,
En, quò revolvor! Auſus hoc, auſus nefas
Pelagius? ZEN. 1 *Vade verſus in luctum dies?*
Frater, quid atra purpuram obtendit chlamys? 1 Prodit Zeno.
LON. *Haud exuenda, donec hoſtilem bibat*
Ebria cruorem. Potuit hoc, potuit nefas
Pelagius? O mordacis invidiæ malum!
Longinus, Orbis lumen, Auguſto ſatus,
Regumque frater, vile jam ſortis probrum,
Iam ludus Aulæ, ſæculi riſus ferar.
Ferar procacis præda Pelagii? O ſcelus!
Hæc cernis? hæc tueris? hæc frater probas?
Emorior irâ. ZEN. *Frater age, animos cape,*
Séque intus ipſe frangat irarum tumor.
Labem negati decoris haud tardus luet.
Ne metue, Reges nemo ſecurus diu
Laceſſit. Altè vulnus in venis latet.

Æternus iras paſcit ultrices dolor.
Petet ille noctis Regna, tu Regni decus.
LONG. *Sed quando petet? O lentus in pœnas furor!*
ZEN. *Dant odia tempus.* LON. *Odia privatus gerat,*
Rex tela & ictum. Foſſus actutùm ruat,
Annuere Regi quiſquis oranti negat.
Quid temporis opus? ZEN. *Tela niſi tempus regat,*
Feriunt vibrantem. LONG. *Certus irarum eſt locus.*
ZEN. *Incertus ictus.* LONG. *Sors tamen certum facit.*
ZEN. *Fortuna cæcas cæca jaculatur faces.*
LONG. *Non ubi nocendum eſt. Cæca quos feriat, videt.*
ZEN. *Et te videbit.* LONG. *Semper arriſit mihi.*
ZEN. *Arridet illa ſæpè, cui peſtem parat.*
LONG. *Fortuna noſtrum, quà volet, jugulum premat,*
Dum pariter hoſtem perdat. ZEN. *Incautus alis*
Violentus iras. Stulta vindicta eſt ſitis,
Dum pereat hoſtis ipſe ſi ſimul peris.
Prudentis ille nomen ultoris feret,
Qui læſus, odia recipit in tutum prius;
Tunc ultus hoſtem, quando præcipitem ſuper
Poſitus ruinam, victor applaudit ſibi.
LONG. *Si trahimus iras, placat iratum mora.*
ZEN. *Vbi mitis ira eſt, alta ſi rabies ſedet,*
Spatio tumeſcit. LONG. *Fama vindicta perit,*

Si clam prematur hoſtis. ZEN. *Vltorem tamen*
Tacita voluptas paſcit. LON. *Ignavum reor,*
Quiſquis latente vulnus infligit manu.
ZEN. *Qui tutus hoſtem ſtravit, ignavum negat.*
LON. *Palam prematur, probra qui palam vomit.*
ZEN. *Hoſtem docet cavere, qui palam ferit.*
Cùm tonuit axis, monſtrat exitium fragor,
Cunctique fugimus. Fulmen, ubi ſilet, nocet.
LON. *Quid fræna rerum, ſceptra quid mundi geris?*
Si ſit timendum? ZEN. *Magna Pelagium tegunt*
Præſidia, virtus, mentis ingenua nitor,
Integra labis vita, vox ſenſu gravis,
Tumultuoſis pulcher in rebus tenor,
Amor ſenatus pariter, & vulgi favor.
Hoc ſi revellas columen, impulſu pari
Labefacta regni culmina ruinam trahent.
LON. *Quem ſic timemus, morte properata ruat.*
Cauſam requiris? colitur, & vulgo placet.
Ars una Regum eſt, metere ſurgentes nimis.
Niſi celſa Regni capita decutias, brevi
Summum ſuperbo vertice æquabunt caput.
Sed nec timendum plebis aut Procerum reor
Vſquam favorem. Sæpè quem ſtantem colunt.
Fugiunt cadentem. Cedrus ubi verno ſtetit
Ceſpite decora, placuit: Vbi ferro eruta
Traxit ruinam, paſtor obtrivit pede.

SCENA V.

Zenonem, & Longinum varii Nuncii de Harmatii reditu in urbem conterrent.

URBITIUS, ZENO, LONGINUS, SEBASTIANUS, ANASTASIUS.

SEBASTIANUS.

Prodit Sebaſtianus.

A Vguſte i propiùs clangit. Zen. *Armorum fragor?*
Seb. *Sonuêre litui.* Zen. *Vivus in tumulum feror.*
Per arma frater. Seb. *Ducit aratas procul*
Aquila catervas. Long. *Peſtis & Aquilam premat*
Simul & catervas. Zeno præſidium para.
Zen. *Per ſtagna Ditis pereo. Præſidium? niſi*
Phlegetonte rupto, torva Furiarum cohors
Succurrat, Orcum juro, præſidii parum eſt.
Urb. 2 *Ad arma Caſar.* Long *Arma te dira obruant.*

2 Prodit Urbitius.

Zen. *Quid arma clamas?* Urb. *Terra quadrupedum gemit*
Calcata paſſu. Zen. *Latera quadrupedum crepent.*
Lon. *Rumpantur equites.* Urb. *Pulvis eripuit Polum.*
Harmatius urbem repetit, & bello inclytam
Cogit phalangem victor. Zen. *Attonitum quatis.*
Quid ſi parenti natus occurrat ſuo
Baſiliſcus, aula pulſus, excuſſus gradu,
Irriſus, exul, fœdus ærumnis Puer?
O quantus animum punget iratum dolor?

Ius arma repetent; Regiam aſſultu premet.
Quid rebus animi, frater ambiguus ſedet?
Long. *Dolis agendum eſt.* Zen. *Fare, quis doli modus?*
Ana. *Caſar; propinquant arma.* Zen. *Quid Bubo gemis?* 3
Ana. *Tonat heu ſonore pulſa vicino tuba!*
Repetere ſceptra rumor Harmatium canit.
Cavete Reges. Zen. *Strix Avernalis 4 tace.*
Ana. *Ignoſce Princeps.* Urb. *Iſte me manet labor.*
Arcebo muris agmen, & poſitis phalanx
Solvetur armis. Pallade umbratus comam,
Harmatius aulam ſcandet, ac doli inſcius
Tamen doloſos mittet in laqueos caput.
Long. *Qua fraude?* Urb. *Fraudis quare perfecta modum.*
Moramur hoſtem. Zen. *Perge felici gradu.*
Si vota ſors fortunet, ingenti dolos
Penſabo pretio. Stabis Imperii comes. 5

3 Prodit Anaſtaſius ſimplicitatem ſimulans.

4 Rex Anaſtaſium pede abigit.

5 Intrant omnes, præter Urbitiū, & Anaſtaſium.

SCENA VI.

Urbitii & Anaſtaſii conſilia de Harmatio in exitium trahendo.

ANASTASIUS, URBITIUS.

URBITIUS.

ANaſte vota proſper impellit Notus.
Provehimur alto. Cernis, ut fatum ſibi
Fungoſa texant capita? Ana. *Iungamus manus,*
Pariterque fœtos fraude numeraſa ſinus.

Zeno, Gradivi columen Harmatium timet.
Odio Pelagium Frater æterno vovet.
Stant ſata utriuſque. Quos ubi letho datos,
Agnoſcet orbis; quantus in feras ſuror
Ardebit undique? Vulgus ultorem, Ducem
Proceres amabunt, quiſquis exitio dabit
Cognata Furiis capita, terrarum mala.
URB. *Te ſata poſcunt.* ANA. *Fateor, agnoſco.*
Strigem
Vocavit hoſtis. Eſſe bubonem juvat,
Iuvat eſſe diri vulturem cantus, tibi
Male auſpicatos ſemper ut luctus canam.
URB. *Age, qua trahendus arte ſub caſſes prior*
Harmatius? ANA. *Aures pariter & mentem*
admove.
Paucis docebo, Quæro Baſiliſcum ocyùs.
Adeſſe patrem milite inſtructum canam.
Natus parenti occurret, horrenti obſitus
Padore; totus ibit in luctum puer.
Horror capillos obruet, vultum dolor,
Teget ora fletus, latera ſingultu gement,
Vox in querelas ſurget, in planctum ſinus.
Hinc, ira patris. Credis inſanâ tygrim
Sic æſtuare rabie, ubi raptos videt
Catulos, ut ingens rumpet Harmatium dolor?
Aderimus ambo, quâque virtutem notâ
Simulare ſoleo, Patris accendam mala.
Tu facinus auge; ſobolis opprobrium, domus
Labem, decora, iura vindicta move,
Hic implicatus arte vindictam pater
Spirabit animo, ſeque damnabit reum.
Et ecce turmas Aquila victrices movet.
Gratare reduci; nocte venienti moras,
Dum,

Dum, me jubente, natus occurrat patri.

SCENA VII.

Harmatium ex bello reducem ſalutat Urbitius.

HARMATIUS, URBITIUS, MILITES 30.

HARMATIUS

REſiſte 1 Miles, Vrbis Auguſtæ inclytas 1
Verere turres. Patuit ad muros iter; Inſtructis
Vlterius arma ferre lex patria vetat. ordinibus
Salvete cælo proxima, Herœum domus; in ſcenam
Regum penates, Patriæ optati lares, procedit
Reginæ ſedes, artis annoſa labor; Harmatii
O chara ſalve terra, quam lituum canor, exercitus.
Quam tectus ære Miles, umbonum chalybs,
Mavortis horror, denſa telorum ſeges,
Et fuſus omni latere venarum cruor.
Defendit uſque. Pande venienti ſinus,
Fauſtoque reducem pacis amplexu fove.
URB. *Invicte ſalve Ductor, armorum potens,*
Columen Eoæ Gentis, Imperii ſalus;
Reditum ſecundo firmet auſpicio Polus.
Vt lætus agmen, agminis lætus Ducem
Video! Decoro pulvis in vultu ſedet
Non indecorus. Martius mentem calor,
Robur lacertos, tela victrices manus,
Fortuna pugnam, prælia triumphos agunt.
Iam digna reduces laurus impediet comas,
Et Marte poſito pacis excipiet ſinus. 2
HAR. *Domine rebus otia, & puri meant* Prodit
Sine nube ſoles? Fare, quis Regni tenor? cum Ana-
URB. *Vulnus retractas. Heu! Recrudeſcit* ſtaſio Ba-
dolor, 2 ſiliſcus.

SCE-

SCENA VIII.

Harmatius intellectâ per Urbitium, & Anaſtaſium Zenonis perfidiâ, tandem in Cæſaris exitium conſpirat.

HARMATIUS, BASILISCUS, URBITIUS, ANASTASIUS, Milites 30.

HARMATIUS.

Videóne veræ frontis, an falſa notas?
Hic ille Nati vultus? *O Nate!* Baſ. *O Pater!*
Har. *Tremuêre viſcera Nate quæ rerum vices?*
Quem te parenti ſiſtis? Ana. *O fati rotam!*
Har. *In me quid auſa?* Ana. *Quidquid informis poteſt*
Audere livor. Har. *Damno livoris nefas.*
Effare, quis te tantus immerſit dolor?
Vnde hic per ora ſqualor, & furvam toga
Imitata noctem? Ana. *Dura Zenonis manus!*
Arſit furore bellua, & juſſu effero
Injudicatum preſſit. Baſ. *Occidimus pater!*
Legit Senatum, venit, aſſedi comes.
Repentè cauſâ ſtatuit indictâ reum;
Damnavit, oſtrum rapuit: excuſſit gradu.
Urb. *Immane facinus! Tantus in puerum furor?*
Baſ. *Mox ore vaſto carmen horrendum tonat.*
I peſtis; Aula pulſus, irriſus, miſer,
Abſiſte procul hinc, regio æternùm lare
Abactus; I, ſqualente regales opes

Pædore muta, ſortis abjectæ memor.
Hinc me gementis ſigna fortunæ tegunt.
Hinc ora macies, Genitor; O Regis probrum!
Lamenta pectus, pallor obſedit genas,
Lumina perennis imber, informis cutem
Marcor, nigranti membra ſqualeſcunt ſitu.
Vindicta, Genitor! Poſcit ultorem ſcelus.

Har. *Miſerande Puer! Hanc præſtitit Zeno fidem?*
Ad arma, Miles, ad arma: fer ſubitò faces. 1
Regia petatur; vulſa cardinibus domus Omnes
Procumbat; Aula, poſte disjecto, labet; educunt
Tectum crematur; flamma victrices vomat gladios.
Vndique favillas. Pereat inviſum caput.
Pereat nefandum ſtirpe cum tota genus.
Flammentur, eruantur, in cineres eant.
Ingrate Zeno! Pactus Harmatio fidem
Sic ludis excors? Merita ſic penſas mea?

Urb. *Aſtræa cernis?* Har. *Quid meus potuit puer?*
Quid mollis ætas flore primævo nitens,
Sceptróque dignum frontis eximiæ decus?

Ana *Quid iſte potuit oris ingenui nitor?*
Hæc innocentis dextra? Próh ſævi Ducis
Imperia! Tantum pepulit ex Aula jubar?

Har. *Fremat Tyrannus. Nate, regnabis tamen:*
Regnabis, ignes teſtor æternæ domûs.
Eatur, arma, furiæ, flammantes globi,
Et quidquid æſtus volvit irarum impotens,
Paretur hoſti. Quo tamen præceps agor?
Dum fervet ira, neſcit imperio premi.

Exurge

Exurge pectus. Perfer hanc molem mali,
Et quæ tremendas lege Mavortis minas
Sæpè domuiſti, temet invictus doma.
URB. *Agnoſco nobile mentis imperium tuæ:*
„ *Agnoſco robur: Meliùs excluſo videt*
„ *Animus tumultu. Cæcat ingenium furor,*
Nec omnium ſit pœna paucorum ſcelus.
Cùm miles urbem chalybe nudato ſubit,
Mucrone in hoſtes ſævit, & cives pari.
Nec Martis ira facilè, nec ſtricti poteſt
Enſis libido reprimi. Hinc odio Ducem,
Furiiſque vulgus mactat, & Patriæ facem.
Vrbis ſepulchrum, gentis exitium vocant.
Quid, quod cruentæ cladis incertus foret.
Dubiúſque caſus; Ambit Auguſti latus
Vis multa Procerum, multa famulantum manus;
Cæſareus aulam miles excubiis tenet.
Ab Arce, belli cantus ubi ſignum dedit
Sonante lituo, tela ſubjecit furor,
Ad arma ruitur. Omnis Auguſtum tegit
Civis HAR. *Tyrannum?* URB. *Delet ex animo pavor.*
„ *Nomen Tyranni. Veteris offenſæ notas,*
„ *Graviora quiſquis metuit, eraſit libens.*
HAR. *Infanda patimur. Fregit Auguſtus fidē,*
Promiſſa luſit ANA. *Iuſtæ vindictæ eſt ſitis.*
URB. *Fateor. Sed iram cautus ultricem prabe,*
Te juſta patriæ poſcit ultorem ſalus,
Regni ruina, luctus, inſontum cruor;
Nati querela. Certus odiorum tamen
Diſpone cauſas. Fronte ſimulata redux,
Inermis, Aulam more de priſco ſubi.

Deni

Deni ſequantur ponè ſubeuntem Duces,
Honor decuſque lateris: Hi voveant fidem.
Tum militari Cæſarem oblectent choro.
Stent arma manibus, cúmque percuſſa dabis
Tellure ſignum: junctus Auguſti fibras
Irrumpat enſis, Rege ſublato, imperas.
Nemo Tyranni funus ulciſci volet.
HAR. *Benè eſt. Sequemur mentis arbitriũ tua.*
Arridet aſtus. Caſtor, in vices datus
Reficiat artus Miles; ubi promptus manu,
In omne rauca vigilet imperium tuba.
Præibo. Martis decora, bis quini duces,
Queis robur animo, rebus in ſummis fides,
Retro ſecuti, Regiam Auguſti petant.
Baſiliſce greſſus junge. Si faveat Polus,
Radiabit aurum crinibus, ſceptrum manu.

SCENA IX.

Anaſtaſius Militum animos pecuniâ occupat.

ANASTASIUS, CASTOR, Milites 30.

ANASTASIUS.

GEneroſa Martis pignora: imperii vigor;
Animæ cruoris prodiga, exortes metu:
Deprœliatrix ære non domito cohors;
Dignum triumphis agmen; in quorum ſedet
Secura dextris patria, libertas, ſalus.
Quæ laureatam paria virtutem queant
Penſare pretia? Quidquid exiguus mihi
Largitur Aula cenſus, in veſtras libens

Fundo cohortes. Capite ſœcundam aureis,
Capite 1 crumenam, Caſtor æquata ſtipe
1 *Turmas per omnes tribue: ſic felix dies.*
Auri donativum porrigit. *Lætitia niveis vecta quadrigis volet.*
Caſt. *Grates Anaſto, digne qui mundum regas.*
Omnes. *Grates Anaſto, digne qui mundum regas.*
Caſt. *Iam reboet axis, perſtrepat cantu tuba.*
Binas in acies fuſa diſcedat phalanx.
Cape tela dextris miles, Vmbratam cie
Ludente pugnam Marte. Stent manibus manus,
Pede pes, latuſque latere, vir denſus viro.
Hinc inde belli ficta tempeſtas eat,
2 Centurio. *Subſequere 2 Miles. Binus in dextrum latus*
Inſtruitur acies ex diſciplina militari. *Tendatur ordo, Binus in lævum migret.*
Circumage dexter agmen. Huc propius gradum.
Inflecte lævus ora, ſolvatur phalanx.
Hinc inde dextro duplica ſeriem gradu.
Reſtitue greſſum. Flectat in clypeum cohors.
Vtrumque media creſcat ex acie latus.
Conſcende frontem ternus. Hinc illinc retro
In clypeum & haſtam verte. Procedat phalanx.
Huc dexter aciem motus æquatam vehat.
Cornu ſiniſtrum pergat. In dextrum move.
Provehe cohortem. Sta, Siniſtrorſum move,
Procede miles medius. Hic firma gradum.
Reflecte læva; Perge. Siſtatur. Sinum
Subintra in haſtam flexus. In clypeum retro.

Hinc inde dextro duplica ſeriem gradu.
Reduc ſiniſter agmen. Vlterius ſubi.
Circumage in haſtam copias. Greſſum preme.
Iam bellicoſo tympana tumultu ſonent.
Pugnate 3 fortes. Pugna proceſſit ſatis.
Procedat agmen. Media ditatur phalanx. 3 Pugna umbratilis.
Pars dextra in haſtam verſa promoveat gradum.
Retro in ſiniſtram. Læva dextrorſum. Move.
Huc retro in haſtam. Media præeuntem cohors
Subſequere. Vtrumq́ coëat in frontem latus.
Hinc par in aciem forma. Claſſicum ſonet.
Frons explicetur. Repetat extremus locum.
Iungatur agmen. Verte. Laxetur phalanx.
Reflecte in haſtam. Milite alterno ſimul
Firmetur ordo. Dextra dextrorſum cohors.
Circumage vires. Gradere. Siſtamus gradum.

Ana. *Agnoſco dextras. Marte proluſum eſt ſatis.*
Valete, & anima gerite victrices. Omnes. *Vale.*
Grates Anaſto, digne qui mundum regas.
Cent. *Procedat agmen. Reliqua fortunet Polus.*

CHORUS Muſicorum, vel Interludium.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

Zeno cognoſcit ex Urbitio Harmatii conſilia; ſibique de futura ultione gratulatur.

URBITIUS, ZENO.

URBITIUS.

EXcuſſus animo ceſſit horrenti pavor.
Tandem vixi. Fraudis amplector viam,
Ludant cruenti fraude ſimulata duces,
Plaudant choreas; ducat Harmatius chorum
Hiſtrio doloſus: ducat, & cæcum nefas
Reddat theatro. Me juvat nixum toro,
Spectare choreas. Adero ludorum arbiter;
Sed qualis Erebi rector Eumenidum gregem
Choris vacantem ſpectat, & nutu horrido
Inſanientum flagra Furiarum probat.
Talis paludem teſtor umbroſa Stygis,
Talis videbo perfidi Martis chorum.
Stet miles enſe promptus. Obvallent latus
Hinc inde Proceres, Frater accedat comes,
Sic eſt profectò. Regna non uno ſatis
Stant fixa clavo. Ternus imperium obſidet
Hoſtis, doloſus, opibus excellens, probus.
Dolus doloſum; miles opulentum, probum
Simulata virtus cohibet. URB. *Has Cæſar diu*
Edoctus artes frena terrarum tenes,
Virtute, rebus, Marte, conſilio potens.

SCENA II.

Zeno omnibus ad Harmatium capiendum comparatis, eum vultu utrinque ſimulato, reducem ex bello excipit.

ZENO, SEBASTIANUS, LONGINUS, URBITIUS, HARMATIUS, Milites.

SEBASTIANUS.

Ingreſſus Aulam Cæſar, affatus tuos
Harmatius orat. Arma Longinus parat.
Iras anhelat Miles, & ſtygium ſcelus
Ferro piandum clamat. Zen. *O factum bene!*
Lon. 1. *En promptus ære miles, officio impiger,*
Animoque certus. Zen. *Frater, agnoſco fidem.*
O fida patriæ, fida Cæſaribus cohors;
Hinc 2 *in latebras ferte furtivi gradum.*
Hinc excubate. Mox ubi, cœpto thoro,
Opem repoſcam, irrumpite in ſcenam ocyus.
Stringantur omnes, inque pallentes procul
Rapti cavernas, mole ſub vaſta gemant.
Tantum abeſt; abite Frater, Harmatium præi.
Proceres ſequantur. Fida Prætoris phalanx
Excubet in armis Regias cingat fores;
Noſtrumque ſtipet lateris objectu latus.
Lon. *Dictum eſt abundè. Tempus excludit moram.*
Zen. *Benè eſt, ſub ictu res jacet. Plagis fera*
Venit implicanda. Si dolum caſus probet;
O quantus odii, quantus irarum tumor
In belluam ſe franget! explebo ſitim.
Agnoſcet Orbis, quàm ſit horrendum nefas.

1 Prodit Longinus cum militibus.

2 Zeno collocat in inſidiis militem Prætorianum.

Moviſſe

Moviſſe Regum fata. Sed vultu dolor,
Animus prematur ore; 3 ſuccedit fera.
Videóne Martis pignus. Heroum decus!
O me beatum! Surge meliori caput
Radiatus auro Phœbe; fer latum diem.
Harmatius adeſt, qualis ex omni ſolet
Belli tumultu major; Harmatius mea
Pars melior animæ. Grande Zenonis jubar,
Columen potentis Imperî, Auguſti ſalus.
Teſtor Tonantem, gratus Auguſto redis.
Reduci triumphos voveo. Centena inclytus
Stabis columna victor, & totidem tibi
Animabit æra, pulcher artificis labor.

3 Prodit Harmatius, comitante Longino, &c.

Lon. *Quàm bene doloſas Hiſtrio partes agit!*
Har. *Auguſte Princeps, digne, qui vaſtum regas*
Æternus orbem; ſceptra fortunet Polus.
Tu mihi gradivus. Martia ſi quid calet
Sub corde flamma, vultus afflavit tuus.
Tibi noſter ardet umbo; tibi radios vibrat
Enſis, vibratur haſta, victrices movet
Lituus catervas. Te duce, armorum labor
Nuſquam fatigat. Quâ jubes, rigeat licet
Frons torva Martis, alta telorum ſeges,
Et cruor, & ira, & mortis indomita pavor,
Animoſus ibo: poſtque bellantum horridos
Vndique tumultus, prælia, tubarum ſonos;
Vbi fulſit oris dulce Cæſarei jubar,
Componit animos, reficit exhauſtum quies.
Lon *Animosè Vlyſſes.* Zen. *Quis parem tantis vicem*
Meritis refundat? Har. *Major optatis foret*
Merces, verendam Cæſaris dextram ſemel

Teti-

Tetigiſſe laboris. Zen. *Quid levem affectas manum,*
MagnanimeDuctor? junge complexus redux,
Adſtringe pectus pectori. Urb. *O vulpis dolum!*
Zen. *Iam feriat aſtra, jam triumphali ſonet*
Lituus canore, reſonet Harmatium Polus.
Plauſus per omnem Regiæ partem ſtrepat:
Nec ulla ludis ſcena regificis vacet.
Lon. *Subſiſte frater; nectet octonus chorum*
Miles, theatrum Mars triumphanti ſubit
Curru ſuperbus. Zen. *Iungat* 4 *Harmatius latus.*

4 Cõſidens omnes: Zeno medius inter Longinũ, & Harmatium.

ARGUMENTUM
Aulici Tripudii.

CLangentibus mœſtè tubis, ſcenam ſubit Martis currus, trahentibus quatuor tygribus. In ſummo Mars, habitu, vultuque ad mœſtitiam compoſito. Per currum diſpoſiti 1 Duces, in manibus haſtas geſtantes, & capita *lauru, criſtiſq; decori*, omnes fatali ſomno correpti. Conſiſtente ante Cæſarem curru, Mars è ſolio ſuo narrat, quomodo Thraciæ campos, dum luſtrat, in hos bellatores inciderit, ſomno fatali conſtrictos. Fatum autem eſſe, ne unquam evigilent, niſi enſe tangantur, idque à ſtrenuiſſimo inter mortales belli Duce. Proinde Zenonem rogat, ne gravetur ſopitos Heroas, excitare. Zeno honorem Harmatio defert. Recuſat Harmatius rem uni Zenoni debitam. Mars litem dirimit. Ut

1 Qui Martem agit, partibus Zenonis favet, ab Urbitio choreæ ductor deſignatus.

Harma-

Harmatius enſem exhibeat. Cæſar tactum. Fit. Clangente tubâ Excitantur Heroës. Experrecti grates Cæſari agunt. Mox caſu ſuo per ænigma expoſito, ducente Marte, choros militares agunt. Cæſar loco maturo dat ſignum. Erumpunt milites ex inſidiis. Capiuntur cum Harmatio omnes.

ZENO.

QVa luctuoſum pompa Mavortem trahit? Quale hoc triumphi ſpecimen? HAR. *Eventus dabit.*

1 MARS *Adſum Duelli Genitor, armorum* 2 *Parens.*

Mars è curru loquitur.

Tuamque Cæſar pronus imploro fidem,
Imploro dextram. Cernis ut mæſto labet
Squalore currus? Vicit & Martem dolor.
Dum nuper axe vectus Odryſio vagor,
Qua lambit oras Hebrus, hos caſu Duces
Vidi jacentes. Clamo: nil clamor juvat,
Bellona lituum ſtringit: haud cedit ſopor.
Curru receptos quatio: fruſtratus labor.
Phœbum popoſci fata. Circæo refert
Cantu teneri, nec priùs gravi excitos
Redimi ſopore poſſe, quàm ſummi ducis,
Quantum ſub axe Phœbus haud aliũ videt,
Mucrone tacti juſſa fatorum expleant.
Tu rector orbis, Ductor egregie ducum,
Cui fronde victrix palma bellandi dedit,
Primos honores, ſolve lethali viros
Quiete. *Strictus fata diſrumpat chalybs.*
ZEN. *Bellator, enſem ſtringe. Te facti decus,*
Te ſpectat unum pulchra libertas Ducum.
Tibi laurus umbra cingit emerita comas.

HAR.

Har. *O parce? Mentis abſit ingrata nota.*
Titana repetit fulgor, Oceanum latex,
Te parta bellis palma. Zen. *Sed dextrâ tuâ.*
Har. *Quam Cæſar animo fecit invictam ſuo.*
Zen. *Age, ſolve fata, redde ſopitos ſibi.*
Har. *Hoſtē necare didicit Harmatii chalybs.*
Servare Regum eſt. Zen. *Regiam placuit vicem.*
Intereſerre. Har. *Poſcit Auguſtum Deus.*
Zen. *Mars bellicoſum poſcit armorum ducem.*
Mars. *Lites honoris lance librabo pari.*
Harmatius enſem commodet, Cæſar manum.
Har. *Tibi juſſa ferre, me decet juſſa exequi.*
Zen. *Noxia* Circes *miniſter, Somne, par ferro Deus.*
Syderum ſatelles illatabilis, fati improbe
Lictor, Umbris grate, lethi frater, horrentis puer
Tartari, eja exurge, Martis linque generoſos Duces.

1 Zeno accepto Harmatii gladio ſurgit,

Tanguntur [2] *enſe, clara quem Ducis manus*
Egit per hoſtes, quantus è nimbo rotat
Ignem triſulcum, clade metuenda Deus.
Quare age, jubenti Marte, funereo viros
Eripe ſopori. Clangor [3] *Heroas vocat.*

Excitantur ad clangorem tubæ.

2 Tangit eos enſe,

3 Clangit tubâ.

Mars. *Salve ô propago Martis, Heroum genus,*
Decora alta belli, Carpe vitales Poli
Auras, faciſque cerne radiata jubar.
Conceſſa vita eſt, ferreus ceſſit ſopor.
Agnoſce tandem lucis artificem tuæ,
Rerum potentem, proximum cælo caput:

Tantaque prona ſortis auctorem cole.

Primus Eques nomine omnium.

O felix ter & amplius,
Regum quiſquis amabili
Nutu, gentibus imperas.
Dum frons aurea ſyderum
Phœbi culta nitoribus.
Formoſum referet patrem,
Stellarumque colet ducem,
Tegens pectoris ardui,
Clara Martis anhelitu,
Spirabit, memor addita
Lucis, cùm procul exule
Somno, reſtituis diem.

Mars. *Iam bellicoſum plaudite Auguſto chorũ,*
Plaudite; reſultu pulſa numeroſo tremat
Ad plectra tellus. Zen. *Eſt mihi quiddam prius,*
Quod ſciſſe cupiam. Qui genus? Qua ſors agat?
Quò mens anhelat? Secundus. *Premere fatorum abdita*
Fato jubemur. Qua tamen rogas, habe
His involuta mentis ambigua notis.
Sub 1 axe honoris genuit armatos pater,
Mavortis arte clarus, & bello 2 pater,
Hunc læſit hoſtis, prolis extinctor 3 ſua,
Patriæ tyrannus, funus inſontum, lues
Rerum, vorago ſceleris, errorum chaos.
Monſtrum malorum. Patris ulturi probrum,
Stetimus in armis: 4 ante ſed fato pari
Occidimus 5 omnes, quàm datus pugnæ locus,
Occurrit hoſtis, quoſque proſtrarat 6 manu,
Re-

1 Ænigmaticè narrat proditionem.
2 Harmati'
3 Zeno.
4 Quia armaſumpſerant, quibus modò veniebam inſtructi.
5 Sopore ficto correpti procubuim'.
6 Zeno; quia dedit occaſionem hujus ſoporis ſimulati.

Revocat 7 *in auras. Arma ſimul, arma illicò.* 7
Arma redivivi fremimus, atque hoſti 8 *necem* Tactu
Iuncti vovemus. Sortis implexa tenes enſis.
Ænigma Cæſar. Zen. *Teneo, meditari placet.* 8
Haud deerit Oedipus. Interim pergat chorus. Quã jam
Duce Marte, tripudiant. Dum muſica præ- excitati,
ludit, ordine bini ac bini haſtas, quò Zenoni
expeditiùs ſaltent, Marti tradunt. Is fa- deſtinamus in
mulo poſt aulæa latenti. Circa finem tripudio.
choreæ, ſicas ſtringunt (nam gladiis ca-
rebant,) quas ubi Marti committunt,
Longinus in aulam Fratris:

Lon. *Ad arma frater; res, locus, tempus vocat.*
Zen. *Arma, arma miles: prodor. Harmatium rape.*
Stringite rebelles, O ſtygis vaſtum nefas!
Arma redivivi fremimus, atque hoſti necem
Iuncti vovemus? voveo: truculento ſcelus
Funere luetis. Ite, tenebroſa date
Sub clauſtra noctis; pondere immani obruti
Iaceant catenas inter & clauſtri luem.
Ite ſcelerati. Har. *Cæſar.* Zen. *Horrendum tibi,* 9
Durumque ſemper nomen Auguſti vocas, Abductis
O perduellis! Har. *Teſtor, inſontem premis.* aliis, re-
Zen. *Revocate ſontem. Vile pro cunctis caput* vocatur
Opponet unus, lance vos juſta nefas Harmati'
Librate, proceres. Lon. *Struxit Auguſto necem* & tumul-
Harmatius. Har. *Inſons.* Lon. *Sceleris horrendi reus.* tuoſo judicio da-
Har. *Abjuro crimen.* Lon. *Teſtis evincet.* mnatur capitis.
Har, *Priùs.*

Exurge pectus. Perfer hanc molem mali,
Et quâ tremendas lege Mavortis minas
Sæpè domuiſti, temet invictus doma.
URB. *Agnoſco nobile mentis imperium tuæ:*
„ *Agnoſco robur: Meliùs excluſo videt*
„ *Animus tumultu. Cæcat ingenium furor,*
Nec omnium ſit pœna paucorum ſcelus.
Cùm miles urbem chalybe nudato ſubit,
Mucrone in hoſtes ſævit, & civespari.
Nec Martis ira facilè, nec ſtricti poteſt
Enſis libido reprimi. Hinc odio Ducem,
Furiiſque vulgus mactat, & Patriæ facem.
Vrbis ſepulchrum, gentis exitium vocant.
Quid, quod cruentæ cladis incertus foret.
Dubiúſque caſus; Ambit Auguſti latus
Vis multa Procerum, multa famulantum manus;
Cæſareus aulam miles excubiis tenet.
Ab Arce, belli cantu ſubi ſignum dedit
Sonante lituo, tela ſubjecit furor,
Ad arma ruitur. Omnis Auguſtum tegit
Civis HAR. *Tyrannum?* URB. *Delet ex animo pavor.*
„ *Nomen Tyranni. Veteris offenſæ notas,*
„ *Graviora quiſquis metuit, eraſit libens.*
HAR. *Infanda patimur. Fregit Auguſtus fidē,*
Promiſſa luſit ANA. *Iuſta vindictæ eſt ſitis.*
URB. *Fateor. Sed iram cautus ultricem probe,*
Te juſta patriæ poſcit ultorem ſalus;
Regni ruina, luctus, inſontum cruor;
Nati querela. Certus odiorum tamen
Diſpone cauſas. Fronte ſimulata redux,
Inermis, Aulam more de priſco ſubi.

Dep

Deni ſequantur ponè ſubeuntem Duces,
Honor decuſque lateris: Hi voveant fidem.
Tum militari Cæſarem oblectent choro.
Stent arma manibus, cúmque percuſſa dabis
Tellure ſignum; junctus Auguſti fibras
Irrumpat enſis, Rege ſublato, imperas.
Nemo Tyranni funus ulciſci volet.
HAR *Benè eſt. Sequemur mentis arbitriũ tua.*
Arridet aſtus. Caſtor, in vices datus
Reficiat artus Miles; ubi promptus manu,
In omne rauca vigilet imperium tuba.
Præibo. Martis decora, bis quini duces,
Queis robur animo, rebus in ſummis fides,
Retro ſecuti, Regiam Auguſti petant.
Baſiliſce greſſus junge. Si faveat Polus,
Radiabit aurum crinibus, ſceptrum manu,

SCENA IX.

Anaſtaſius Militum animos pecuniâ occupat.

ANASTASIUS, CASTOR, Milites 30.

ANASTASIUS.

GEneroſa Martis pignora: imperii vigor;
Animæ cruoris prodiga, exortes metu:
Deprœliatrix ære non domito cohors:
Dignum triumphis agmen; in quorum ſedet
Secura dextris patria, libertas, ſalus.
Quæ laureatam paria virtutem queant
Penſare pretia? Quidquid exiguus mihi
Largitur Aula cenſus, in veſtras libens

Fundo

Fundo cohortes. *Capite fœcundam aureis,*
Capite 1 crumenam, Caſtor aquata ſtipe
1 *Turmas per omnes tribue: ſic felix dies.*
Lætitia niveis vecta quadrigis volet.

1 Auri donativum porrigit.

CAST. *Grates Anaſto, digne qui mundum regas.*
OMNES. *Grates Anaſto, digne qui mundum regas.*
CAST. *Iam reboet axis, perſtrepat cantu tuba.*
Binas in acies fuſa diſcedat phalanx.
Cape tela dextris miles, Vmbratam eie
Ludente pugnam Marte, Stent manibus manus,
Pede pes, latuſque latere, vir denſus viro.
Hinc inde belli ficta tempeſtas eat,
2 CENTURIO. *Subſequere 2 Miles. Binus in dextrum latus*
Tendatur ordo, Binus in lævum migret.
Circumage dexter agmen. Huc propiùs gradum.

2 Inſtruitur acies ex diſciplina militari.

Inflecte lævus ora, ſolvatur phalanx.
Hinc inde dextro duplica ſeriem gradu.
Reſtitue greſſum. Flectat in clypeum cohors.
Vtrumque media creſcat ex acie latus.
Conſcende frontem ternus. Hinc illinc retro
In clypeum & haſtam verte. Procedat phalanx.
Huc dexter aciem motus æquatam vehat.
Cornu ſiniſtrum pergat. In dextrum move.
Provehe cohortem. Sta, Siniſtrorſum move,
Procede miles medius. Hic firma gradum.
Reflecte læva; Perge. Siſtatur. Sinum
Subintra in haſtam flexus. In clypeum retro.

Hinc

Hinc inde dextro duplica ſeriem gradu.
Reduc ſiniſter agmen. Vlterius ſubi.
Circumage in haſtam copias. Greſſum preme.
Iam bellicoſo tympana tumultu ſonent.
Pugnate ſfortes. Pugna proceſſit ſatis.
Procedat agmen. Media ditatur phalanx. 3 Pugna umbratilis.
Pars dextra in haſtam verſa promoveat gradum.
Retro in ſiniſtram. Læva dextrorſum. Move.
Huc retro in haſtam. Media præeuntem cohors
Subſequere. Vtrumq; coëat in frontem latus.
Hinc par in aciem forma. Claſſicum ſonet.
Frons explicetur. Repetat extremus locum.
Iungatur agmen. Verte. Laxetur phalanx.
Reflecte in haſtam. Milite alterno ſimul
Firmetur ordo. Dextra dextrorſum cohors.
Circumage vires. Gradere. Siſtamus gradum.
Ana. *Agnoſce dextras. Marte proluſum eſt ſatis.*
Valete, & anima gerite victrices. Omnes. *Vale.*
Grates Anaſto, digne qui mundum regas.
Cent. *Procedat agmen. Reliqua fortunet Polus.*

CHORUS Muſicorum, vel Interludium.

ACTUS

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

Zeno cognoſcit ex Urbitio Harmatii conſilia; ſibique de futura ultione gratulatur.

URBITIUS, ZENO.

URBITIUS.

EXcuſſus animo ceſſit horrenti pavor.
Tandem vixi. Fraudis amplector viam,
Ludant cruenti fraude ſimulata duces,
Plaudant choreas; ducat Harmatius chorum
Hiſtrio doloſus: ducat, & cacum nefas
Reddat theatro. Me juvat nixum toro,
Spectare choreas. Adero ludorum arbiter;
Sed qualis Erebi rector Eumenidum gregem
Choris vacantem ſpectat, & nutu horrido
Inſanientum flagra Furiarum probat.
Talis paludem teſtor umbroſa Stygis,
Talis videbo perfidi Martis chorum.
Stet miles enſe promptus. Obvallent latus
Hinc inde Proceres, Frater accedat comes.
Sic eſt profectò. Regna non uno ſatis
Stant fixa clavo. Ternus imperium obſidet
Hoſtis, doloſus, opibus excellens, probus.
Dolus doloſum; miles opulentum, probum
Simulata virtus cohibet. URB. *Has Cæſar diu*
Edoctus artes frena terrarum tenes,
Virtute, rebus, Marte, conſilio potens.

SCENA

SCENA II.

Zeno omnibus ad Harmatium capiendum comparatis, eum vultu utrinque ſimulato, reducem ex bello excipit.

ZENO, SEBASTIANUS, LONGINUS, URBITIUS, HARMATIUS, Milites.

SEBASTIANUS.

INgreſſus Aulam Cæſar, affatus tuos
Harmatius orat. Arma Longinus parat.
Iras anhelat Miles, & ſtygium ſcelus
Ferro piandum clamat. Zen. *O factum bene!*
Lon. 1. *En promptus are miles, officio impiger,* — 1 Prodit Longinus cum militibus.
Animoque certus. Zen. *Frater, agnoſco fidem.*
O fida patriæ, fida Cæſaribus cohors;
Hinc 2 *in latebras ferte furtivi gradum.* — 2 Zeno collocat in inſidiis militem Prætorianum.
Hinc excubate. Mox ubi, cœpto thoro,
Opem repoſcam, irrumpite in ſcenam ocyus.
Stringantur omnes, inque pallentes procul
Rapti cavernas, mole ſub vaſta gemant.
Tantum abeſt; abite Frater, Harmatium prai.
Proceres ſequantur. Fida Prætoris phalanx
Excubet in armis Regias cingat fores;
Noſtrumque ſtipet lateris objectu latus.
Lon. *Dictum eſt abundè. Tempus excludit moram.*
Zen. *Benè eſt, ſub ictu res jacet. Plagis fera*
Venit implicanda. Si dolum caſus probet;
O quantus odii, quanus irarum tumor
In belluam ſe franget! explebo ſitim.
Agnoſcet Orbis, quàm ſit horrendum nefas.

Moviſſe

Moviſſe Regum fata. Sed vultu dolor,
Animus prematur ore; 3 *ſuccedit fera.*
Videóne Martis pignus, Heroum decus!
3 Prodit Harmatius, comitante Longino, &c.
O me beatum! Surge meliori caput
Radiatus auro Phœbe; fer latum diem.
Harmatius adeſt, qualis ex omni ſolet
Belli tumultu major; Harmatius mea
Pars melior animæ: Grande Zenonis jubar,
Columen potentis Imperî, Auguſti ſalus.
Teſtor Tonantem, gratus Auguſto redis.
Reduci triumphos voveo. Centena inclytus
Stabis columna victor, & totidem tibi
Animabit æra, pulcher artificis labor.
Lon. *Quàm bene doloſas Hiſtrio partes agit!*
Har. *Auguſte Princeps; digne, qui vaſtum regas*
Æternus orbem; ſceptra fortunet Polus.
Tu mihi gradivus. Martia ſi quid calet
Sub corde flamma, vultus afflavit tuus.
Tibi noſter ardet umbo; tibi radios vibrat
Enſis, vibratur haſta, victrices movet
Lituus catervas. Te duce, armorum labor
Nuſquam fatigat. Quâ jubes, rigeat licet
Frons torva Martis, alta telorum ſeges,
Et cruor, & ira, & mortis indomita pavor,
Animoſus ibo: poſtque bellantum horridos
Vndique tumultus, prælia, tubarum ſonos;
Vbi fulſit oris dulce Cæſarei jubar,
Componit animos, reficit exhauſtum quies.
Lon *Animosè Vlyſſes.* Zen. *Quis parem tantis vicem*
Meritis refundat? Har. *Major optatis foret*
Merces, verendam Cæſaris dextram ſemel
Teti-

Tetigiſſe laboris. Zen. *Quid levem affictas manum,*
Magnanime Ductor? junge complexus redux,
Adſtringe pectus pectori. Urb. *O vulpis dolum!*
Zen. *Iam feriat aſtra, jam triumphali ſonet*
Lituus canore, reſonet Harmatium Polus.
Plauſus per omnem Regia partem ſtrepat:
Nec ulla ludis ſcena regificu vacet.
Lon. *Subſiſte frater; nectet octonus chorum*
Miles. theatrum Mars triumphanti ſubit
Curru ſuperbus. Zen. *Iungat* 4 *Harmatius latus.*

4 Cōſidens omnes: Zeno medius inter Longinū, & Harmatium.

ARGUMENTUM
Aulici Tripudii.

CLangentibus mœſtè tubis, ſcenam ſubit Martis currus, trahentibus quatuor tygribus. In ſummo Mars, habitu, vultuque ad mœſtitiam compoſito. Per currum diſpoſiti 1 Duces, in manibus haſtas geſtantes, & capita *lauru, triſtuq; decori,* omnes fatali ſomno correpti. Conſiſtente ante Cæſarem curru, Mars è ſolio ſuo narrat, quomodo Thraciæ campos, dum luſtrat, in hos bellatores inciderit, ſomno fatali conſtrictos. Fatum autem eſſe, ne unquam evigilent, niſi enſe tangantur, idque à ſtrenuiſſimo inter mortales belli Duce. Proinde Zenonem rogat, ne gravetur ſopitos Heroas, excitare. Zeno honorem Harmatio defert. Recuſat Harmatius rem uni Zenoni debitam. Mars litem dirimit. Ut

1 Qui Martem agit, partibus Zenonis favet, ab Urbitio choreæ ductor deſignatus.

Digitized by Google

Harmatius enſem exhibeat. Cæſar tactum. Fit. Clangente tubâ Excitantur Heroës. Experrecti grates Cæſari agunt. Mox caſu ſuo per ænigma expoſito, ducente Marte, choros militares agunt. Cæſar loco maturo dat ſignum. Erumpunt milites ex inſidiis. Capiuntur cum Harmatio omnes.

ZENO.

QVæ luctuoſum pompa Mavortem trahit? Quale hoc triumphi ſpecimen? HAR. *Eventus dabit.*

2 MARS *Adſum Duelli Genitor, armorum* 2 *Parens.*

Mars è curru loquitur.

Tuamque Cæſar pronus imploro fidem,
Imploro dextram. Cernis ut mæſto labet
Squalore currus? Vicit & Martem dolor.
Dum nuper axe vectus Odryſio vagor,
Qua lambit oras Hebrus, hos caſu Duces
Vidi jacentes. Clamo: nil clamor juvat,
Bellona lituum ſtringit: haud cedit ſopor,
Curru receptos quatio: fruſtratus labor.
Phœbum popoſci fata. Circæo refert
Cantu teneri, nec priùs gravi excitos
Redimi ſopore poſſe, quàm ſummi ducis,
Quantum ſub axe Phœbus haud aliũ videt,
Mucrone tacti juſſa fatorum expleant.
Tu rector orbis, Ductor egregie ducum,
Cui fronde victrix palma bellandi dedit,
Primos honores, ſolve lethali viros
Quiete. Strictus fata diſrumpat chalybs.
ZEN. *Bellator, enſem ſtringe. Te facti decus,*
Te ſpectat unum pulchra libertas Ducum.
Tibi laurus umbra cingit emerita comas.

HAR.

Har. O parce? *Mentis abſit ingrata nota.*
Titana repetit fulgor, Oceanum latex;
Te parta bellis palma. Zen. *Sed dextrâ tuâ.*
Har. *Quam Cæſar animo fecit invictam ſuo.*
Zen. *Age, ſolve fata, redde ſopitos ſibi.*
Har. *Hoſtē necare didicit Harmatii chalybs,*
Servare Regum eſt. Zen. *Regiam placuit vicem.*
In te referre. Har. *Poſcit Auguſtum Deus.*
Zen. *Mars bellicoſum poſcit armorum ducem.*
Mars. *Lites honoris lance librabo pari.*
Harmatius enſem commodet, Cæſar manum.
Har. *Tibi juſſa ferre, me decet juſſa exequi.*
Zen. *Noxia* Circes *miniſter, Somne, par ferro Deus.* 1 Zeno accepto Harmatii gladio ſurgit.
Syderum ſatelles illatabilis, fati improbe
Lictor, Umbris grate, lethi frater, horrentis puer
Tartari, eja exurge, Martis linque generoſos Duces.
Tanguntur 2 *enſe, clara quem Ducis manus* 2 Tangit eos enſe.
Egit per hoſtes, quantus è nimbo rotat
Ignem triſulcum, clade metuenda Deus.
Quare age, jubenti Marte, funereo viros
Eripe ſopori. Clangor 3 *Heroas vocat.* 3 Clangit tubâ.
Excitantur ad clangorem tubæ.
Mars. *Salve ô propago Martis, Heroum genus,*
Decora alta belli. Carpe vitales Poli
Auras, facisque cerne radiata jubar.
Conceſſa vita eſt, ferreus ceſſit ſopor.
Agnoſce tandem lucis artificem tuæ,
Rerum potentem, proximum cælo caput:

Revocat 7 in auras. Arma ſimul, arma illicò. 7
Arma redivivi fremimus, atque hoſti necem Tactu
Iuncti vovemus. Sortis implexa tenes enſis.
Ænigma Cæſar. Zen. *Teneo, meditari placet.* 8
Haud deerit Oedipus. Interim pergat chorus. Quâ jam
Duce Marte, tripudiant. Dum muſica præ- excitati,
ludit, ordine bini ac bini haſtas, quò Zenoni
expeditiùs ſaltent, Marti tradunt. Is fa- deſtina-
mulo poſt aulæa latenti. Circa finem mus in
choreæ, ſicas ſtringunt (nam gladiis ca- tripudio.
rebant,) quas ubi Marti committunt,
Longinus in aulam Fratris:
Lon. *Ad arma frater; res, locus, tempus vocat.*
Zen. *Arma, arma miles: prodor. Harmatium rape.*
Stringite rebelles, O ſtygis vaſtum nefas!
Arma redivivi fremimus, atque hoſti necem
Iuncti vovemus? voveo: truculento ſcelus
Funere luetis. Ite, tenebroſa date
Sub clauſtra noctis; pondere immani obruti
Iaceant catenas inter & clauſtri luem.
Ite ſcelerati. Har. *Cæſar.* Zen. *Horrendum tibi,* 9
Durumque ſemper nomen Auguſti vocas. Abductis
O perduellis! Har. *Teſtor, inſontem premis.* aliis, re-
Zen. *Revocate ſontem. Vile pro cunctis caput* vocatur
Opponet unus, lance vos juſta nefas Harmati⁹
Librate, proceres. Lon. *Struxit Auguſto necem* & tumul-
tuoſo ju-
Harmatius. Har. *Inſons.* Lon. *Sceleris horrendi reus.* dicio da-
mnatur
Har. *Abjuro crimen.* Lon. *Teſtis evincet.* capitis.
Har. *Prius.*

Fœdabit aſtra luridi Acherontis vapor;
Æterna Solem noctis umbrabit lues.
Zen *Age, Vrbiti, recludefurtivum ſcelus.*
Urb. *Te, magne domitor Orbis, arcanas vides*
Qui mentis umbras, quique formidabili
Terrebis olim fronte, perjuri reos;
Te juro teſtem, te cito, voveo, invoco.
Si falſa teſter, falſa teſtatum face
Concute triſulca, merge ſub ſtygem ultimã.
Harmatius, ira decoris erepti, necem
Per militares ſtruxit Auguſto choros.
Long. *Iam te cruenta fraudis immunẽ cane.*
Zen. *Iam fraude facinus conde. Iam Mavortio*
Effla furorem ſpiritu; inſontem freme.
Regum petebas viſcera? Harmati, lues,
Lues, Tonantem teſtor, infandum nefas.
Har. *Numen ſupremum! Cerno fraternos dolos.*
Fratres cruenti! Sanguinem innocui Ducis
Per hoc Megera ¹ pignus hanc furiam ſtygis
Quæritis. Hiantes pando venarum fores.
Evellite animam. Lucis exigua moram
Proculcat indignatus Harmatii ſinus.
Nil extimeſco. Qua tamen merita prius,
Ingrate Zeno, pendis hac lethi vice?
Pro te pericłis obvium horrendis caput
Tuli, minaces inter armorum ſonos,
Interque ſtrages, Marte ſanguineo undique
Aciem ruente. Levia memorari nimis.
Hi te lacerti, ſanguis hic venis calens,
Totieſque fuſus, pectus hoc mille obſitum
Hinc

¹ Indigitat Urbitium.

Hinc inde plagis, mentis hæc pura fides
Solio repulſum, perditum, extorrem lare,
Humi jacentem rurſus in ſolio ſtitit,
Altéque vectum, ſortis antiquæ gradu
Vltro locavit. Mole meritorum obrutus,
Quas ferre grates, Cæſar, Harmatio nequit,
Dolo rependis. Excutis natum loco,
Abſente patre; moxque Perſephone[2] *ſatam* 2
Furiam, dolenti, quæ patri ſubdat facem, Intelligit
Submittis. O ſtyge dignus æterna dolus! Urbitium
Crimen laceſſis fraude, quod plectas nece.
Age, bibe amici ſanguinem, exſatura ſitim.
Dominare tumidus, iſte te vivum cruor.
Sequetur, umbra cinctus horribili cruor.
Tu[1] *fax Averni.* Zen. *O linguæ*[2] *tergemini canis!* 1 Ad Urbitium.
Strinxit medullas. Rapite, veletur caput,
Long. *I, miles, omnes unà truncabit reos* 2
Bipennis, urge. Seb. *Solita funeſtat lues.* Zeno corripitur
Long. *Iaceat reclinis.* Urb. *Subde pulvillos, puer.* morbo
Long. *Lex una cunctis; bruta nec Regem eximit* caduco, quo frequenter
Natura. Frater, ſpiritum ex alto cita.
Recipe vigorem. Zen. *Peſtilens*[3] *linguæ probrum.* laborabat.
Morbum revexit. Quò tulit prædo gradum? Abducitur ad
Long. *Ad Regna Ditis; abſtulit miles caput.* ſupplicium Harmatius.
Zen. *Benè eſt, revixi, rediit in venas calor.*
Sebaſtiane ſparge, qui fando ſerant
Plebem per omnem, perfidū Harmatii ſcelus. 3
,,Inſtabile nutat vulgus, in partes venit Redit ad
,,Præoccupantis. Fama plebeios ait. ſe Zeno.

Digitized by Google

Tu pondus auri. *Regio eductum lare.*
Fer, Vrbiti: mox caſtra præcipiti pete
Curſu citatus. Arte qua fandi vales,
Mulce cohortes. Aggera ducum nefas;
Atrox, cruentum, horribile, tartareum nefas.
Dic, ſervet ore miles, & ſinu fidem,
Méque unum adoret. Fulva nummorum ſeges
Fidem ſequetur, Perge. Urb. *Corripio viam.*
Zen. *Frater beamur. Sceptra frænabis comes,*
Harésque Fratris. Vnus inceptis moram
Pelagius addit. Lon. *Iſte me poſcit labor.*
Stat certa fraudis præda. Siſtamus reum
Abominandi ſceleris; abjecto, Iovem
Coluiſſe, Chriſto. Teſtis haud unus feret.
Zen. *Potéſne tantum fraude ſubtili nefas*
Afflare? Lon. *Poſſum,* Zen. *Ignotus?* Lon. *Æternum latens.*
Zen. *O ſi!* Lon. *Per aſtra juro,* Zen. *Si ſteterit fides,*
Actum eſt. Rebelli, teſtor, excutiam caput,
Invidia juſtam nulla damnabit necem.
Meditata përage cautus. Lon. *Abrumpo moras.*

SCENA III.

Urbitium inducit Anaſtaſius, ut mentiatur, à ſe miſſam pecuniam, exaggeratâque crudelitate Zenonis, Militum animos ad ſe traducat.

ZENO, URBITIUS, ANASTASIUS, URBITIUS.

Prodit Urbitius. *IN caſtra propero, Cæſar, & rutili fero*
Ingens metalli pondus. Zen. *Age præceps iter;*
Equi

Equi fatiga latera, præcipitat dies.
Urb. *Anaſte, quantus vota fortunæ favor*
Vndique ſecundat? Caſtra nummatus peto,
Iubente Rege. Anaſt. *Sortis ô fauſtâ vicem!* Prodit Anaſtaſi°.
I, perge felix; Militem inſano prius,
Comple furore. Dic, per Auguſti dolos
Fratriſque furias, grande Mavortis iubar,
Columen ruentis Imperi Harmatium, truci
Cecidiſſe letho. Surget extemplò dolor;
Dolor furorem gignet; ultrices furor
Spirabit iras. Quanta tempeſtas mali
Hinc per phalanges ibit? In fratrum necem
Exæſtuabit agmen, & ſceleri pares
Pœnas repoſcet. Infer ulterius pedem,
Calente flammâ; ſparge fœcunda ſtipem
Dextra: explicatas æra per turmas volent,
A me remiſſum munus. Hinc ſtabit fides,
,,Adamante ſeptas munera catervas domant,
Me victus auro miles imperii caput,
Et deſtinatum proditi ultorem Ducis
Agnoſcet ultrò; ſequere felicem impetum,
Feſtóſque ſocia voce clamores age.
Maturus adero. Urb. *Promptus audita exe-*
quar.
Regno propinquas, rupta Zenoni licet
Ilia fatiſcant. Ana. *Perge, Pelagium morom*
Quem proximus ſub fata deducet dolus.

SCENA IV.

Anaſtaſius ſibi de proſpero rerum ſuarum ſucceſſu gratulatur.

ANASTASIUS ſolus.

QVIS blanda ſortis abnuat læta vicem?
Alios hiantes linquit, & celeres agit

Fugitiva pennas. Martis hic ludo efferæ
Sortem laceſſit; ille jactatus freto,
Aliquis rubentes inter Imperii Duces,
Cæcam fatigat precibus æternis Deam.
Corrugat illa frontis irata minas,
Calcat clientes. Orbe me ſummo tamen
Levat, ſupérque Regna ventorum vehit.
Iam frontis aurea flamma radiorum vibrat
Hinc inde lucem: Trabea jam cocco rubet,
Iam verrit Aulam ſyrma, jam celſus toro
Do jura populis. Quid tamen caſum probo?
Te mens adoro. Tu mihi Numen Iove
Tonante majus. Stultus eſt, alium vago
In orbe quiſquis quærit ac meruit Deum.
Sua cuique mens eſt Numen. Hæc ſortis rotam,
Hæc fata vitæ condit, ac rerum vices.
Abjecta miſerum, celſa felicem creat
Mens; cui biformis ala dum pennas quatit,
Impunè nimbos tranat, ac puro ſuper
Libratur axe pendula. O vivi ætheris
Scintilla pulchra! Perge me vulgo erutum
Secerne terris, infer aſtrorum domo
Sidus coruſcum, Sidus? O! dixi parum;
Sol alta ſolus frena terrarum regam.

SCENA V.

Urbitius renuntiatâ Harmatii nece, Milites primò accendit ad vindictam: deinde ad Imperium Anaſtaſio deferendũ movet.

URBITIUS, CASTOR, Milites.

URBITIUS.

HVc uſque molli vecta remigio movet
Fortuna pennas, reſtat ingenti dolo

Vin-

Vincere phalanges. Mœnia excubiis tenet
Portaſque miles: fama truculenta necis
Nondum vacantes potuit ad turmas vehi.
Stat uſque noti decoris egregium mihi
Nomen, fideſque. Si tamen cadis ferat
Miniſter; Orcum, maria, tellurem, polos,
Terneſque grandi voce jurabo Ioves,
Haud eſſe verum. Teſtis evincet nefas.
Eſto. Coactum mortis horrenda metu
Miniſque Regum mentiar factum nefas.
Sin hæc ſatiſcant, imber aurato fluens
Agmine, feroces ſubiget. „ Auri vis jecur
Adamante cretum mollit. O potens bonum!
Et ecce caſtris propiùs admoveo gradum.
Nunc anime fraudes contrahe: ultrices voca
Turmas ad arma luctu oppreſſi Ducis
Ira procellam moveat implacabilem.
O ſcelera Regum! ô fraudis infanda modum!
Caſt. *Vrbitius eſt.* Urb. *O ſæva perfidia lues!*
Caſt. *Quæ cauſa luctus?* Urb. *Tantus in Regum quoque*
Pectoribus ardor ſanguinis amici furer?
Caſt. *Crucias, Olympum juro; quid portas mali?*
Urb. *Ne quære, fando neſcit æquari malum.*
Vincit loquentē. Caſt. *Vincat: enarra tamen.*
„ *Cùm luctus inſtat, ſcire quid flendū, juvat.*
„ *Perire ſi neceſſe, pereamus citò.*
Urb. *Harmatius.* Caſt. *Horret animus* Urb. *Execrabili.*
Regum peremptus ære depoſuit caput.
Caſt. *Harmatius? Orbis terror, armorum potens,*

Supereſt Anaſtus, mentis excelſa potens:
Cui multa virtus, multùs armorum vigor,
Opumque vis aggeſta. Fac promptus fidem
Huic voveat uni Miles, & ſignum vigil
Excubet in omne, teſſeram ubi tempus dabit:
Mucroque Reges ultor exitio eruet.
Tenue favoris pignus interea ſui
Libat catervis : vota ſi talum beet,
Opulenta meritis pretia pro tantis feret.
Caſt. *Grates Anaſto : ſolus imperium gerat.*
Omnes. *Grates Anaſto: ſolus imperium gerat.*
Caſt. *Succumbe monitis ira, conſiliis furor,*
Dedimur Anaſto: jubeat armati manu
Caſus in omnes ferimur. Urb. *Armorũ fidem,*
Alacréſque dextras nuncius Anaſto feram.
Valete Martis decora, dum redeo. Omnes.
Vale.
Caſt. *Ergóne primum Martis occubuit decus,*
Harmatius, arte pariter & ferro potens?
Quo nemo cuneos melior hoſtiles manu
Diruere, nemo Martis accenſi tygres
Frænare, & aſtu regere Bellona vices.
I luctuoſo miles inceſſu ; retrò
Converſa terram ſcribat haſtarum ſeges,
Lugubre mugiat are ſubrauco tuba.
Mœſtosq́ frangant tympana è corio ſonos.

CHORUS Muſicorum, vel Interludium.

Digitized by Google

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

Pelagius filium Eraſtum optimis vitæ præceptis informat, auſcultante ſeorſum Anaſtaſio.

PELAGIUS, FILIUS, ANASTASIUS.

PELAGIUS.

I. Nate, mœſtam repete Pelagii domum.
Solare matrem. Tecta me Regia vocant,
Iubente cælo; Tecta quò meliùs gradum
Nunquam tuliſſem; tecta, vitiorum lares,
Spelæa ſcelerum, fraudis altrices domus.
Quas multa cæli, multa tempeſtas ſoli
Sonante circum vexat incurſu minax.
Culmina tremenda! Scande, graviori rues
Lapſu volutus. Nate, Genitoris decus,
Cui mollis ævo gemmat ineunti decor;
Quæ fabor, alto conde ſub ſinu memor,
Documenta vitæ. Fil. *Fare, præpando ſinum.*
Pel. *Iam te juventæ flexus in varium trahit.*
Hinc inde callem; ſuperat Alcidæ labor.
Fundanda vita eſt; vita furtivis iter
Carptura ſpatiis, teque trans metam priùs
Datura, quàm ſe carcer abeunti levet.
Cognata cælo mens in aſtrorum plagam
Fertur volatu. Vitia remigium gravant
Alarum, & imo ſemen æternum ſolo
Figunt, premuntque. Cautus hinc iter lege.
Quà denſa pergit turba, miratrix mali,
Inimica recti, certus in caſum trahit

Error:

Error: ſevera rara virtutis via eſt.
Stabiliſq; greſſus. Fil. *Teneo diſcrimen Pater.*
Pel. *Secerne veru vana: Specioſus micat*
Vbique fulgor; ſplendet in opibus nitor;
Accendit aurum fulva lux, oſtrum rubor:
Blanditur oculis gemma; præradiant Ducum
Peſtes; ſuperbo marmor aſſurgit ſitu;
Laxantur atria, queis ſalutantum globus
Vndat, redundat. Mille quid longus ſequar
Rerum figuras? Aula, Rex, ſolium, Cyclas
Inane mentis vulgus attonitum trahunt.
O vana lucis umbra! Ana. *Proh blandum jubar!*
Pel. *Semperq; fallax! Intus implacida ſedent*
Furiæ; cruentat angor, everſæ furunt
Tormenta mentis. Luce ſtat falſa chaos.
Fil. *Tantũ malorũ fronte tam pulchra latet!*
Ana. *O blanda Siren! Quantus è ſuada lepos!*
Pel. *Sectare modica, Nate, nec cenſum ſupra*
Attolle vota: mente divitias loca,
Intus beatus: eſſe qui felix amat,
Supraque caſum fixus ac ſortis rotam.
In ſe reducat orbis arbitrium ſui,
In ſe recumbat; nec ſuum quidquam putet,
Niſi quod repoſtum mente fortunam fugit,
Hac te beatas ducet ad ſedes via.
Fil. *His obſequendum Genitor, his animum ſedet,*
Firmare monitis. Nulla degenerem dies
Arguet. Inanem calco fortunæ globum,
Complexus animi decora. Stat cordi pudor,
Stat alma pietas, caſtus ætatis tenor,
Idemque frontis pariter ac mentis color,

Vel fremat Avernus. Pel. *Indolem egregiam probo.*

Hac ſpe penates repete. Dum redeo, vale.

SCENA II.

Pelagius ſuadente Anaſtaſio, Zenonem adire ſtatuit.

ANASTASIUS, PELAGIUS.

ANASTASIUS.

M*Aturus urget fraudis intentæ locus,*
Aggrediar. O labantis imperii ſalus,
Columenque rerum Tende poſcenti manum
Patria, Pelagi. Pel. *Fare, quis patriam gravat*
Repentè caſus? Anaſt. *Ius perit.* Pel. *Vetus malum.*
Anaſt. *Fidem fefellit Cæſar.* Pel. *Antiquum obtinet.*
Anaſt. *Succumbit aſtu candor.* Pel. *Aſſuetum nefas.*
Anaſt. *Obruimur omnes.* Pel. *Siſtat exitium Deus.*
Anaſt. *Per celſa Procerum capita graſſatur chalybs.*
Pel. *Et hoc timebam.* Anaſt. *Fœda Gazæum lues,*
Hauſto veneno, rupit. Pel. *O Regum ſcelus!*
Gazæus, urbis lumen. Anaſt. *Eloquio potens.*
Pel. *Miſeris levamen?* Anaſt. *Dulce præſidium bonis,*
Terror malorum. Pel. *Cecidit?* Anaſt. *Æternum jacet.*
Sed levia querimur, Majus hic aliud malum

Iam

Iam jam minatur. Affer extremis opem
Rebus Pelagi. Zeno, proh Regni probrum!
Teſtatus ante ſedis aeternae faces,
Sceptrumque nato pactus, & pacem patri,
Vtrumque fregit. Captus Harmatius dolo,
Perdet revulſum ſcelere confictо caput.
Hinc ſparſus agro miles ultricem vovet
Vrbi ruinam, buſta, flammarum globos,
Vaſtum ſepulchrum, ſi Ducem Caeſar necat.
Succurre Patriae: Libera inſontem nece.
Pel. *Succurre tantis, qui potes, malis Deus.*
Anaſt. *Fraus in propinquo eſt. Flecte Zenonem (prece.*
Sin obſtinarit pectus, exterre minis.
Perſringe cautem, robur, aes, ferrum, doma.
Timuit monentem ſaepè; minitantem tremet.
Adire Regem patriae impellunt mala.
Pel. *Affabor ultrò.* Ana. *Regium intrabo prior*
Conclave, mollis pateat ut fandi locus.

SCENA II.

Pelagius Zenonem acceſſurus, priùs in ſacello Regio per preces rem Deo commendat.

PELAGIUS ſolus.

Quid anime trepidas? Quis reluctantem pavor
Retrò coërcet? ſurge, magnanimos cape
Vigoris ignes: perage meditatum decus.
Zeno alloquendus. Ille quis? Regni caput.
Quid Rex? Honores deme, par aliis homo.
Quid homo? Decorem junge virtutum, Deus,
Appono crimen, vilior feris homo,
Sin labe labes, ſceleri cumuletur ſcelus,

Nul-

Nulluſque juris tangat humani pudor,
Non lex Tonantis, pejus infernis quoque
Erit ille monſtris. Hanc ut extimeas feram;
Monſtrumque timeas? Ibo, quò patria ſalus,
Quò juſta cœli cauſa properantem vocant.
Et ecce 1 *foribus ara diductis patet.*
Frenator Orbis Chriſte, Regnorum arbiter,
Idemque Regum terror, inceptis fave.
Da robur animo, fulmen eloquio, modum
Cauſæ decorum: da ſuperbifices Ducum
Frangam tumores, inque tranquillum retrò
Curſum reflectam. Sin quis irarum impotens
Hos rumpat artus chalybe, da mente ardua
Vitam reſolvam. Quidquid occiduo imminet
Orbi malorum, ſanguis avertat meus.

1 Panditur ſacellum Regium in medio theatro. Pelagius accipit ex Altari Crucifixum, & precatur flexis genibus.

SCENA IV.

Pelagius inter orandum abſtractus à ſenſibus, divinitùs corroboratur.

ANGELI duo, PELAGIUS.

Ex utroque cornu Altaris, machinis quibuſdam apparent duo Angeli, quaſi in aëre penduli. Canunt, & deinde ita alloquuntur.

ANG. I.

BEllator ingens, parq; ſyderibus pugil,
Sonuêre cœlo vota. Stat palma decus.
Cauſam Tonanti peragis, ubi juſti tenax:
Aulam coërces. Truciùs immani fera
Quatiet Tyrannus tela, jactabit minas,
Odio fatiſcet. Regios tamen lares
Ingredere formidandus, & fandi potens
Turres per altas flammeo eloquio tona.

Suc-

Succutiet imas vox Tyrannorum fibras:
Rumpet medullas. Ang. II. *Mox ad horrendum reus*
Ibis tribunal; perfer impavidus gradum.
Nil extimeſce. Robur afflabit Deus.
„Virtus per ipſas graditur ærumnas pede
„Non indecoro. Major ad pœnas venit,
„Gaudetque duris. Pulſa conflictu igneas
„Spargit favillas, tunſa ceu ferro ſilex,
Quod terra fluxum rapiet æternum Polus
Reſtituet ævum. Cerne radiata tholum
Æthra; triumpho dives ac ſpoliis necis,
Illuc ferere. Plaudat auſpicio chorus.

Chorus poſt aulæa canit.
Pelagius manet in extaſi uſque dum capiatur.

SCENA V.

Longinus, eluſo furore, dolis Pelagium in invidiam vocat.

ANASTASIUS, LONGINUS, PELAGIUS.

ANASTASIUS.

O *Rara pietas! Cernis ut cœlum prece*
Affuſus aris pulſus! Abſtractum quies
Avexit animum Mortis obriguit gelu,
Et vix anhelo ſurgit afflatu ſinus!
Lon. *Abſcede ſtipes, arbitro locus [1] vacet.*
Clotho, beaſti, perſtat in prædam fera.
O vile terræ pondus! O mundi probrum!
Informe ſpectrum! Tartaro addictum caput!
Precare, plora, rumpe ſingultu latus:
Superos fatiga; frange Cœlituum fores:
Aures Tonantis tunde. Te nullus mihi

[1] Anaſtaſius ſubducit ſe.

(Fas

(Fac velle) Deus eripiet. In fraudes pates.
Quid fraudibus opus? vota vindicta moror.
Sors ipſa dextra fecit ultrici locum.
Solus cruentas provocat prædo manus.
Solus laceſſit. Odia præcludunt moras,
Odia profani capitis. Age, fauſtum ſcelus
Molire, Cæſar, hoſtis in jugulum rue.
Diſrumpe fibras. Mille per partes eant
Diſtracta membris membra, nudentur ſinus.
Oculi eruantur; guttur eliſum ſonet.
Laceretur undique: qualis Actæona canis
In mille rictu fruſtra rabioſo dedit:
Talis, age, rapta, velle, præmorde, ſeca;
Nec ponat ira, donec evulſum fibris
Cor, cor inimicum, dente ſub duro crepet.
1 Eductam ſicam alloquitur. Morſum, remorſum ſica, 1 ſanguineo ebria
Liquore ſica; ſica vindicta memor;
Sæva miniſtra mentis, inſontum intimas
Solita medullas viſere; hîc vires cape.
2 Sicæ mucronem digito pertentat, an ſit acutus. En præda nobilis. Eſſe 2 mucroni ſolet
Lethalis acies, corda cùm punctim ferit.
Cuſpis fidelis, perfer in fibras necem.
Eatur. 3 Horror pectus invictum quatit.
Magnis adhæret horror inceptis comes.
Sed dum inchoantur; cœpta, texuntur bene.
Repetamus orſa. Rurſus abſterret pavor.
„Quàm timida mens eſt criminis iniqui rea!
3 Arcana vi repellitur. Fallor profectò. Levia qui peccat, timet.
Qui facinus omne verſat, audacem voca.
Non ſic abibit hoſtis. Inſuetam cie,
Longine, rabiem; pectus antiquum advoca.
Si quid retruſis ira cuſpidibus hebet,

Hac

Hac acue cote; ſpirat, en ſpirat, tibi
Qui rapere pugnat ſpiritum, & ſegnis jaces?
Alto ſuperbit vertice; excuſſum gradu
Qui te profanat pedibus; & cohibes manum?
Famâ beatus fruitur; imperii decus
Qui promerenti ſparſit hæc mendax probra:
Longinus igne jactat inimico faces
Dirus Cometa. Dixit? Et vivit tamen?
En, cerne coram; vivit? O turge dolor!
Toto furore, viribus totis 1 age. 1
Pel. *Ieſu ruenti ſubjice patriæ manum.* Irruens in
Lon. *Domitor averni; ſubde Longino manũ:* Pelagium
Exile qualem murmur evertit virum! repentè
Pervicta vis eſt. Obſtat inceptis Polus. proſterni-
Dolis agendum video. Sat furiis datum. tur.
Mens prona; fraus parata, maturus locus; 2
Expoſitus 2 hoſtis; nemo ſpectator: bene eſt. Circum-
Huc Iovis imago; Littera Harmatii Ducis ſpicit un-
Intus ferantur. Commodet manum Iovi dique.
Chriſtus. Renatos nunquid à trunco Deos Mox Jo-
Adorat iſte? vis effi-
giem lig-
SCENA neam ba-
cillo con-
cavo im-
poſitum, extrahit ſinu: Intra bacilli concavum litteras quaſi Harmatio ſcriptas includit. Erepto Crucifixo. Jovem in Pelagii manum inſerit: mox Zenonem cum tota aula convocat.

SCENA VI.

Pelagius falſis criminationibus accuſatus, rapitur in vincula. Urbitius fauſta nunciat ab exercitu.

LONGINUS, PELAGIUS, ZENO, SEBASTIANUS, Milites duo.

LONGINUS.

CÆſar huc aulam trahe.
Adeſte Proceres. Cernis ut prono Iovem
1 *Veneretur ore?* Zen. *Per Stygem putris colit*
Simulacra ligni. Seb *Frontis hic torva dolus?*
Ana. *Proh ſumme Rector! Ludor? An cerno ſatis!*
Peroſa terras, ceſſit in cœlum fides.
Pelagius? Pel. *O! labentis imperii ſalus!*
Compeſce fulmen. Zen, *Sic Iovis flammam times?*
Aliud timeſces fulmen, Imperii lues.
Pel. *Compeſce fratres.* Lon. *Vota malefauſta ſtrigis!*
Et vivit? Seb. *Et reſpirat?* Zeno. *Et latos trahit*
Sine nube ſoles; Miles, huc citus manum.
Pel. *Quis* 2 *me ſereno mentis exceſſu excutit?*
Ferale ſpectrum! Christe, quis pro te mihi
Abominandi ſubdit effigiem Iovis?
Zen *O machinator fraudis! Inveni dolos.*
Sic execrandum genibus, & votis Deum
Sacrilege adoras? Pel. *Grande deteſtor nefas.*
Zen. *Deprenſa fraus eſt. Miles, in latebras age.*
Pel. *Cohibete dextras: ibo: nil vinclis opus.*

1 Pelagius adhuc in extaſi.

2 Pelagius ſibi redditus, abjicit è manu Jovem.

Duo

Duc ad Tribunal. Iuris appello forum;
Vbi teſte cælo, fraudis impoſita notam
Eluere fas ſit. Zen. *Dabitur oranti forum;*
Meditare cauſam ſaxeo in ſpecu priùs.
Lon. *Quid; hic?*

5 Jovis Imago redditur Longino, Is quaſi caſu incidit in litteras Harmatii, & legit inſcriptionem voce alta.

Harmatius pelagio ſalutem!

- *Olympi ſumme Regnator!* Zen. *Scelus,*
Scelus tremendum! Petitur Auguſti caput.
O proditorem! Agnoſcis Harmatii manum!
Sebaſtiane, cinge præſidio reum.
Vigil ſub armis miles excubias agat,
Stipetque ferro Regiæ limen 4 domus.
Zen. *Fauſtè.* Long. *Beatè.* Zen. *Proſper ad portum Notus*
Incepta vexit. Long. *Orbis aurati globum*
Fortuna pulchro turbine ad nutum rotat.
Zen. *Rumpare livor. Sceptra Longinus capit.*

4 Rapitur in vincula pelagius. Et exeunt omnes præter Zenonē, & Longinum.

Long. *Dum res ſub ictu eſt, frater, ulteriùs preme.*
Tumultuantis metuo ne vulgi favor
Eripiat hoſtem, morte niſi propera cadat.
Vrge Tribunal. Arbitros cauſæ lege
Præoccupatos. Zen. *Teneo. Secludo moras,*
Optatus 5 ades, effare: Quo res eſt loco?

5 Prodit Urbitius è caſtris reverſus.

Urb. *Placatus auro miles æterno: tibi*
Apponit annos. Tartaro Harmatii caput
Furiiſque devovet. Arma dein juſſu meo
Poſuere turmæ, pacis æſtiva ſinu
Otia ſecuti. Quina ſpecioſo cohors
Fulgens in ære ſigna per muros tenet,

Factu-

Factura ludos, Marte ſimulato, novum
Inauguratus ſcandet ubi frater torum.
Zen. *Dextram favoris pignus, Vrbiti, cape.*

CHORUS Muſicorum,
vel Interludium.

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

Falſis criminationibus oppreſſus Pelagius, damnatur ad ſecurim. Proclus iniquitate judicii offenſus, erumpit è concilio.

ZENO, LONGINUS, PELAGIUS, SEBASTIANUS, URBITIUS, PROCLUS, PHILARGUS, EPHEBI VI. PELAGII filius, Milites, &c.

ZENO.

PRoceres, Eoi decora, Zenonis favor;
Quos inſolentis arbitros cauſæ lego.
Favete cælo, cujus haud unquam fides
Sic fluctuanti dubia nutavit gradu.
Regnator Orbis, Regna fundavit Deus,
Regniſque Reges, Regibus ſceptri decus;
Sceptro timorem junxit ac fidem ſui.
His ſtare regno columen æternum reor,
Quæ qui refellit, culmen imperii pari
Trahit ruina. Veniat in forum reus,
Sebaſtiane, ſuſtine Auguſti vicem.
Seb. *Si frontis idem ſemper ac mentis foret*
Simul theatrum; cauſa Pelagii foret
Grata ſimul, At ſcena dum frontis patet.

Latebroſa mens eſt. Sæpe frons animum clepit,
Pudor impudicum, ficta majeſtas gravem,
Fides doloſum, ſumma cupientem modus,
Amor invidentem, mitis immitem ſonus,
Virtus timentem, pacis oſorem quies,
Pietas profanorum, iuris inimicum Themis,
Simulata prorsùs vita fallacem tegit.
Tantum ſubeſſe Regio monſtrum lare
Ferunt Pelagium. Pel. *Falſa mendaces ferunt.*
Seb. *Teſtare pubes.* 1 Eph *Teſtor, ante aras,* 1
Iovem. Quatuor
Coluiſſe. II. *Coluit.* III. *Iuro.* IV. *Conjuro.* Ephebi
Pel. *Bene eſt.* in teſtes
Tantum probavit ſcelus Ephebo rum cohors. adducuntur.
Pro. *Hanc, 2 culminantis coluit effigiē Iovis.*
Ignes Olympi teſtor. Phi. *Atteſtor.* Urb. *Probo.* 2
Lon. *Bis ternus actum teſtis evincit neſas.* Proclus
Zen. *Recita tubellas, Procle: Clareſcat dolus.* recitat fictas Harmatii litteras.

Harmatius Pelagio ſalutem.

QUÆ ſit Imperii calamitas, ex tuis intellexi. Quid quæris? Tyranni clavum tenent. Nos dólorum magnitudo penè obruit. Labes ſamiliæ illata eſt. Stare non poſſumus, niſi facto eorum, per quos jacemus. Ubi claſſicum ſonuerit, habes, quem ſequare. Noſti cætera. Interim cura ut ſtrenuè rem geras. Vale.

Idibus Auguſti, ex caſtris ſuburbanis.

LONGINUS.

AVdis, Vlyſſes, Generis humani lues,
Tonantis oſor? Iam tuba inflatâ cane.

At ſi minaces igne ſanguineo comas
Trahens Cometa regnet, heu quantum ſolo
Inſtat malorum! *O peſtis invaſa ferax!*
Hoc ille frontis horror agitabat tua?
Hoc mœſtus ævi curſus? hoc morum rigor
Pluſquam Catonis? hoc ſupercilii Polum
Vtrumque librans arcus! O fallax Sinon!
Patuêre tandem vulpis annoſa doli;
Patuêre ſcelera. Per Stygem pœnas dabis.
Pel. *Tuere cælum, terra quem peragit reum.*
Proba innocentem. Ducat ex Orco licèt
Ambitio turmas. Spargat invidia luem,
Vomat ore nigrum virus, emoriar libens,
Dicor profano mente veneratus Iovem,
Crimen tremendi ſceleris! Ego turpis colo
Simulacra monſtri? Calco [1] *portenti nefas,*
Negat peracta purus ætatis tenor,
Syncera virtus, caſta mens, veri ſequax,
Cultrixque Numinis, Orbis Eoi fidem
Imploro, vitæ conſciam, ac teſtem meæ,
Sin deſtituto calculum mundus negat,
Tu Chriſte, clauſum qui latebroſa ſubis
Penetrale mentis, quique Pelagii vides
Fidele cælo pectus, inſontem proba.
Seb. *Quo teſte?* Pel. *Ligno, redde ſimulacrum,*
O Deus!
Recita - Dat Proclo effigiem Jovis, ut inſcriptionem legat, [2]
PROCL. Sculpebat pro Longino Lauſus.
Lon. - *Quid ore falſus impuro legis?*
Phi. *Reſiſte Princeps.* PROCL. *Verba ſculptoris lego*

1 Arripit è manu Procli effigiem Jovis, eamque terræ alliſam cõculcat.

2 Longinus pugione ſtricto fertur in Proclum legentem,

Mo-

Monumenta, ſcripſit. Lon. *Pernego.* Proc. *Teſtor ſtylum.*
Sic judicamus? *Cæſar, Abſiſto.* Zen. 2. *Mane.* 2.
Lo. *Abeat in Orcum prædo; rumpantur ſinus* Proclus
Horreſcit animus Frater, has finxit notas, erumpit è
Quò mihi probroſa fraudis hæreret nota. Concilio
Pel. *Quæratur opifex.* Lon. *Miles, huc* iratus.
Lauſum trahe.
Phi. *Heri veneno rumor extinctum canit;*
Nec unde, conſtat. Zen. *Mentis ô vafra modum!*
Sic aliud alio ſcelere velaſti ſcelus?
Proferte proceres, quò premat libram Themis.
Reùmne damnat cauſa Pelagium? Omnes. *Reum.*
Zen. *Ergo* 3. *bipenni miles obtrunca reum.* 3.
Pel. *Succumbe virtus; obruit fidem dolus.* Zeno fert
Longine plaude, ſumma votorum tenes. ſenten-
Iam noſter atram ſanguis inficiet togam; tiam ca-
Hinc purpuraſces. Scande jam felix torum. pitis.
Audite Reges. Qui Tyrannorum quatis
Apices ſuperbos, quiquè, cùm libet tholos
Mutat cataſta, ſarculo ſceptri decus,
Trabeam lacerna, vinculis torquem, nece
Vitam, triumphos funere, ſepulchro domos
In aſtra ductas, Chriſtus, hæc juſſit loqui;
Quouſque tandem vindicis cæli facem
Sic provocatis? Crevit in cælum gradus
Moleſque ſcelerum. Quantus, heu quantus fluit
Vbique ſanguis! Stupra, Sodomæum nefas,
Ruina legum, criminum immenſum chaos,

Iam jam laceſſunt Nemeſis ultricem manum.
Librata cauſa eſt, lata lex, pœna haud procul.
Cavete fratres. Iam caminorum faces
Orci æſtuantis, igneique vortices,
Iam pix, hyemsq; flammea, & ardentes globi,
Iam mixta tædis ira ſulphureis vocat,
Vocat nocentes. Zen. *Vana delirus canit.*
Long. *Pallens futura clade mens tricas agit.*
Frater, abeamus. Me vocant regni nota.
Pel. *Longine, fallere. Lucis eſt animus mihi*
Contemptor, iſtum quique vel fuſo lubens
Emat triumphum ſanguine. O ſpes credula!
O mens futuri cæca! Quid ſceptrum petis?
Facies in omnes vertere, & quidquid vales
Aſtu vel armis, contrahe, imperii decus
Haud aſſequeris, Tuque Regnorum potens,
Quem rere noſtra poſſe firmari nece,
Perdes honorem, funeri horrendo datus.
Long. *Fauces Averni?* Zen. *Miles ad pœnas age,*
Sebaſtiane; coge præſidium ocyus.
1. Prodit filius Pelagii ſqualidus, & pro patre ſupplicat.
Fil. 1. *Quò, quò, Pater verende? Quam calcas viam,*
Nato relicto? Cæſar, hic aliquid dies
Optare natum juſſit. O ſerva patrem!
Pel. *Abſiſte nate; fundis incaſſum preces;*
Spirant cruorem. Fil. *Redde miſerando Patrem.*
Me plecte, Cæſar; me feri, vivat parens.
O vivat avo dignus æterno parens.
Zen. *Quin vive; Patre digne meliori, puer;*
Abjice rebellem; patris explebo vicem.
Natus ferère Cæſaris; in aulam veni.
Me-

Mecumque, dulce pignus imperium rege.
Pel. *Horreſce Nate. Vanus imperii favor;*
Pejus merenti melior, infidus bonus.
Affulget aula? Fulgor occæcat, vide.
Arridet aula? Caſus impendet. Time.
Alludit aula? Luſus illudit, cave.
Hæc moneo Geniter. Ne levi captus bono
Anhelus aulæ decora fallacis cole.
His te paternæ mentis hæredem creo.
Fuge fœda Regum culmina; Tyrannos fuge.
Zen. *Rape contumacem Miles.* Fil. *O ſerva patrem.*
Moriere Genitor? Lon. *Rumpat invidia Patrem.*
Venies in aulam. Vis reluctantem premet.
Pel. *Erat ad dolores hic quoque Pelagii dolor.*

Abripitur in aulam Eraſtus, Pelagii Filius.

SCENA II.

Pelagius ſenſum ſuum de morte imminente declarat.

PELAGIUS, DUO MILITES.

A*Udiit Olympus: O diem nullo ſatis*
Voto expetitum! Prome formoſum caput,
Radiate Titan, perque convexum means
Meliore mundum ſparge ſydereum coma.
Primus beatæ lucis affulget dies;
Summuſque miſeræ lucis occumbit dies.
O quàm nigranti cincta tenebrarum peplo
Incumbit aulæ nox! Iubar vitæ perit,
Fideſque veri Calculo mundi reus,
Sed teſte cælo, purus ad fatum trahor.

Inunc, & altum ſcande fortuna gradum;
Famulare ducibus; paſce ventoſo ſinum
Favore Regum; junge Caſaribus latus.
Quos qui ſequaci captat obſequio miſer,
Altè vibratur, unde graviori ruat
Lapſu volutus. Te tamen voti arbitrum,
1 Teſtemque mentis, Chriſte, compello mea,
Me corruenti debita Patria fides,
Amorque recti premere Caſarea domus
Limen ſubegit. Patria impendi lubens
Vitam, ſimulque patria impendo necem.

SCENA III.

Sebaſtianus exequendo ſupplicio Pelagii præeſt.

SEBASTIANUS, PELAGIUS, Milites.

SEBASTIANUS.

1\. Sebaſtianus cohortem adducit; Milites collocat ex utroque latere ſcenæ, Hos enſibus, hos arcu promptos.

AGE nunc, theatrũ ſcande, funereũ reus.
Comitare Miles, 1 fida famulantũm cohors.
Armate dextras. Enſis hinc nudo vibret
Mucrone flammas. Inde deductus retrò
Pendeat in ictum nervus. Auxilium reo
Si quis miniſtret cominus, ferro cadat.
Si quis fremendo clamet injuſtum nefas,
Petatur eminus; Haſta clamantem donet.
Audete fortes. Abſit ex animo timor.

PELAGIUS è theatro fatali.

2\. Locus eminebat ſublimis nigro pãno conveſtitus, 3. Alloquitur Crucifixum.

Tandem 2 theatrum calco fatale, arduis
Hoc propior aſtris, quo cavernoſa magis
Terra remotus. Iam prope atheream domum
Teneo beatus. 3 Chriſte, calcata necis
Victor

Victor, nigraque dives exuviis plaga,
Da, da, ſubacta mortis emeritum feram
Victor triumphum, redde certanti Polum.
Seb. *Fatere tandem ſcelus adorati !ovis,*
Laſique Regis. Pel. *Abſit impoſitum ſcelus,*
Seb. *Palam probatum.* Pel. *Fraude confictum.*
O brevem
Ne rumpe fando mentis accenſa moram.
Tibi Chriſte vitam, pariter & mortem
dico.
Salvete 1 plagæ, ſydera cruanta plaga
Salvete rutila Solis occidui faces;
Literis Eoi gemmula, rubei freti
Fontes cruore divites, victa ſtygis
Vexilla, mundi pretia, miſerorum ſalus.
Vobis cruoris quicquid in venis calet,
Libens refundo. Nec ſemel ſatis eſt tamen
Fu liſſe; fas ſit, morte numeroſa frui.
O liceat iterum vivere, atque iterum
mori.
Liceat renaſci ſapè, quò vobis novum
Libem cruorem; Cumque Longini ſitim
Satiâro, regnum clarus Eoum dies
Niveaque pax irradiet, & quicquid bonis
Inſtat malorum, ſanguis avertat meus.
Hac ſpe bipenni ſubdo fatali caput.

1. Flexis genibus ad Chriſti vulnera. Erant ante ſupplicii locum repagula panno nigro tecta. Stabat carnifex ita inter cortinas, ut ſolum ejus dextrum brachium ſublata ſecuri emineret. Pelagius ad ictū procumbens non cernitur repagulis aſpectū eripientibus.

SCENA IV.

Proclus, Civium manu raptim collecta, irrito conatu Pelagii mortem intervertere conatur.

PROCLUS, SEBASTIANUS, CIVES, Milites.

PROCLUS.

SVſpende ferrum Miles. O nefas. Seb. *Feri,* Proc. *Deſiſte.* Seb. *Percute.* Proc. *Siſte.*
1 Seb. *Percute.* Proc. *Huc manum*
Cives! Mil. 1 *Peractum eſt.* Seb. *Perdite rebelles, ruant.*
Ignavus enſem fucus in regem movet?
Obruite ferro, mactet opifices furor.

1 Impreſſo ictu adducitur velum.

Repelluntur Cives.

PROCLUS.

2 *O Fœda ſortis, fœda conſilii nota!*
Caſus cruentus! Militum oppreſſi globo
Cives, atroci victima Gradivo cadunt,
Teſtu rubentem fuſus in rorem cruor,
Plagaque hiantes. Ore jam primo ſedet
Anima: Per omnes ferreum lethi gelu
Vagatur artus. Sancta, quæ cælum incolis
Iuſtitia! Mitte fulmina; Tyrannos crema.
Longine vecors, perfido impulſu fugas
Præceps amicum. Fateor, emerui necem,
Merui repulſam, probra, ludibrium, jocos,
Qui ſydus Aulæ, columen Aſtrææ, decus
Virtutis egi voce mendaci reum
Ignoſce Cælum. Mentis injuſtæ piget.
Vlciſcar hoſtes. Ibo, quo juſtus vocat
Ardor, nec antè ſiſtet ultrices furor

2 Repulſis civibus manet Proclus vulnerat⁹.

Iras,

Iras, neſandi quàm ſub Auguſti fibras
Fratriſque pectus mucro condatur meus.
Et ecce Ditis monſtra. Me medicus vocat.

SCENA V.

Zeno, & Longinus, viſis interfectorum capitibus, gaudio triumphant.

SEBASTIANUS, ZENO, LONGINUS.

SEBAST.

S*Tant fixa muris capita,* 1 *funereum vide*
Latè theatrum. Zen. *Pompa feralis placet.*
Lon. *Arridet oculis.* Zen. *Paſcit obtutum cruor.*
Lon. *Benè eſt.* Zen. *Beatè eſt.* Lon. *Proſperè,* Zen. *ex animo ſatis.*
Lon. *Pars nulla voti periit.* Ze. *explevi ſinus.*
Lon. *O plauſus!* Zen. *O triumphus!* Lon. *O felix dies!*
I nunc protervè, ſceptra Longino nega.
Zen. *Tona.* Lon. *Minare.* Zen. *Fingere.* Lon. *Inſulta.* Zen. *Freme.*
Lon. *Pœnas, Pelaggi, mentis indomitæ luis.*
Iam te triumphabundus extinctum videt
Longinus. O me gaudio undantem meo!
Iam probra paſſum, jam ſuperbiſſimo juvat
Solio excidiſſe. Quàm tenet oculos caput!
Quàm ſatiat iras! Zen. *Iam juvat nigrum Stygis*
Coluiſſe Dominum. Iuvat inexpleto domos
Vaſtaſſe funere: Iuvat inſontes pari,
Sontéſque ferro meſſuiſſe. 2 *Plangite,*
Vlulate Pueri, flete ſingultu Patres,

1. Converſa ſcena apparent in pinnis murorum capita Harmatii, Pelagii, & 8. centurionum.

 Mul-

2 In ipſis mœnibus utrinque apparet grex puerorum atratus, & patres ſuos deflent.

Mulcebis aures dulcè plorantum chorus.
O plauſus! Lon. *O triumphus!* zen. *O felix dies!*
Lon. *Io triumphe reſonet infernum chaos.*
Zen. *Adeſte proceres. Fauſtus hic pergat dies.*
Dum ſcandit altum Frater imperii gradum,
Regni auſpicatus decora, luxurient opes,
3 *Epulæ ſtruantur, Bacchus 3 invicem fluat.*
Anaſtaſius præficitur poculis; Urbitius ludis militaribus.
Ades, Sebaſte, regiam ad menſam comes.
Tu funde vinum Anaſte, Ganymedes minor.
Tu militares, Vrbiti, ludos para.

SCENA VI.

Anaſtaſius & Urbitius communicatis conſiliis, Imperatorem, de more ebrium, necandum decernunt.

URBITIUS, ANASTASIUS.

ANASTASIUS.

TV militares Cæſari furias para.
Ego vina fundam, vina, queis merſus natet.
Ad ſtagna Ditis. Alius ex alio ſcyphus
Inane Regis obruet mero caput.
Promptas cohortes interim ad nutum tene.
Urb *Aſt ubi?* Anaſt. *Sub Aula mœnibus.*
Urb. *Abundè eſt.* Anaſt. *Vale.*

SCENA VII.

Urbitius milites locat in inſidiis.

URBITIUS, MILITES.

SIC tacita Regum fata volvuntur Dapes
Illi, jocoſque pectore ſoluto colunt.
Dum ſæpè caſus inflat horrendi malum.

Scelerumque pœna. En miles excubias agit.
Mil. *Sta, teſſeram ede.* Urb. *Pœna.* Mil. *Sceleratos premit.*
Urb. *Adeſte ſocii, poſcit officium locus.*
Vindicta properat. State ſuſpenſo gradu.
Aderit Anaſtus, arma cùm tempus petet,
Et ecce dapibus feſta proludit 1 *tuba.* Collocatur Miles in inſidiis.

SCENA VIII.

Compotatio Cæſarum vario perſonarum interventu turbata.

ZENO, LONGINUS, SEBASTIANUS, ad menſam ſedent, ANASTASIUS, URBITIUS.

Eraſtus, Baſiliſcus Puer, Euphemius, Harmatii umbra, Bacchus, Tripudiatores, &c.

ZENO.

I*O triumphe.* Lon. *Bacche,* 2 *da latum diem, Evoë Lyæe.* Zen. *Frater, Herculeo ſcypho Regnum propino.* Lon. *Fauſta Zenoni ſalus Io triumphe. Bacche, quate Thyrſo jecur.*

2 Bibunt liberrimè.

SCENA MUTA.

BAcchus curru ſublimis invehitur trahentibus quatuor Regibus, quos olim ſtravit Ebrietas. Sequebantur vincti ad currum Civis, Miles &c. In curru Bacchides, voce fidibuſque canoræ; Præibat cantum Bacchus.

MUSICA.

SEBASTIANUS.

S*IC, ſic triumphat Bacchus excelſos Duces.*
Lon. *Sic nos triumpho Bacchus ad currum trahat.*

1 Prodit Eraſtus Pelagii Filius.

Evoë bibamus. Eraſt. *Cæſar,* 1 *heu! Quæro*
Patrem,
Pater Pelaggi! Natus infelix vocat,
Zen. *Catule, quid ululas? Aufer hinc luctus*
procul.

2 Longinus calice excipit Eraſti lacrymas & ebibit.

Eraſt. *Heu Genitor!* Long. *Agedum* 2 *fundo*
lachrymulas puer.
Quas hoc natantes calice. Pelagio bibam.
Abſcede diri pignus infauſtum Patris.
Evoë bibamus. Euph. 3 *Sulphur æternum*
brevi
Bibetis ambo, ſcelera niſi plangat dolor.

3 Prodit Patriarcha Euphemius.

Natat heu cruore terra, vos madidi mero?
O cæca fratrum pectora! Zen. *O dirum ſe-*
nem!
Senem procacem! Lon. *Miles exturba ocyùs.*
Zen. *Garris profane myſta? Repetamus me-*
rum.

4 Oſtendit ſtrophiolū Eraſti, imbutum ſanguine Pelagii. tripudiū.

Euph. *Serò dolebis,* 4 *Cæſar. Hic juſte cruor.*
O quàm tremendos mittit in cælum ſonos!
Zen. *Evoë bibamus.* Seb. *Latera diſrumpat*
ſenex.

Hic primò ſeptem Pueri Æthiopes habitu Turcico induti ſaltant ad numeros. His deinde per intervalla ſuccedunt Satyri 4.

ZENO.

5 Prodit Baſiliſcus Filius Harmatii.

PLacent Ephebi Ditis. Bas. *O cælum! ô ſolū!*
Quà te requiram Genitor? Harmati!
Heu Pater!
Heu ſanguis! Zen. *O fœcūndum in luctū dies!*
Semperne ad aures Bubo? Quis luctum novat?
Bas.

Bas. *Baſiliſcus ille, ſortis opprobrium, Patrem*
Requiro Cæſar; Natus infelix Patrem
Repoſco; Miſero reddo Baſiliſco Patrem.
Zen. *Patrem repoſcis? I, pete Acherontis vada.*
Si cymba deſit, iſte te crater vehet,
Illic ſtat umbra cinctus horribili pater.
Umb. Har. *Hic* 6 *ſum, tibi umbra cinctus horribili videt*, 7. *vide.*
Vide cruenta bellua. Lon. *O frater paves?*
Zen. *Frater!* Lon. *Quis horror?* Zen. *Cernis, ut oculus hiat?*
Vt me minaci torvus aſpectu meat?
Long. *Vbi? Quis? Ad arma.* Zen. *Ibi.* Long. *Nemo per ſtygium Iovem,*
Nemo eſt. Har. *Propinquant funera; ſepulchrum patet;*
Hiat Orcus; inſtat ultor; occumbit dies.
Zen. *O Frater!* Lon. *Vmbram vanus effictam times.*
Zen. *Feralis umbra frater! O qualis ſtetit*
Harmatius ore! voce qua tonnuit! Lo. 8 *Procul,*
Procul hinc nefande; Patris effigiem amove.
Seb. *Percitus Iaccho mille ſibi formas creat*
Animus. Lon. *Bibamus.* 9 *Redeat in ſcenam chorus.*
Anaſt. *Madet Lyæo Cæſar. Ad fraudes vocor.*

Diſcedit 10 clam Anaſtaſius ad Militem in Aulam inducendam.

6. Apparet ad latus zenonis Umbra Harmatii.

7. Indigitat guttur ſuum circulo ſanguineo notatum, deinde filium Baſiliſcum.

8. Pede abjicit Baſiliſcum.

9. Inter choreas inſeruntur inſignia imperii, ad Longinũ coronandum

EPH. I.

O *Fugite,* 11 *fugite Principes.* Lon. *Quid inſtat?* zen. *Ha!*

10. Dumpergit Tripudium.

11 Verſus finem choreæ Ephebi territi cõvolant in tricli-

At ſi minaces igne ſanguineo comas
Trahens Cometa regnet, heu quantum ſolo
Inſtat malorum! *O peſtis invaſa ferax!*
Hoc ille frontis horror agitabat tua?
Hoc mœſtus avi curſus? hoc morum rigor
Pluſquam Catonis? hoc ſupercilii Polum
Vtrumque librans arcus! O fallax Sinon!
Patuêre tandem vulpis annoſa doli;
Patuêre ſcelera. Per Stygem pœnas dabis.
Pel. *Tuere cælum, terra quem peragit reum.*
Proba innocentem. Ducat ex Orco licèt
Ambitio turmas. Spargat invidia luem,
Vomat ore nigrum virus, emoriar libens.
Dicor profano mente veneratus Iovem,
Crimen tremendi ſceleris! Ego turpis colo
Simulacra monſtri? Calco portenti nefas,
Negat peracta purus ætatis tenor,
1 *Syncera virtus, caſta mens, veri ſequax,*
Cultrixque Numinis, Orbis Eoi fidem
Imploro, vitæ conſciam, ac teſtem meæ,
Sin deſtituto calculum mundus negat,
Tu Chriſte, clauſum qui latebroſa ſubis
Penetrale mentis, quique Pelagii vides
Fidele cælo pectus, inſontem proba.
Seb. *Quo teſte?* Pel. *Ligno, redde ſimulacrum,*
O Deus!

1 Arripit è manu Procli effigiem Jovis, eamque terræ alliſam cõculcat.

2 *Recita* - Dat Proclo effigiem Jovis, ut inſcriptionem legat,
PROCL. Sculpebat pro Longino Lauſus.
Lon. - *Quid ore falſus impuro legis?*
Phi. *Reſiſte Princeps.* PROCL. *Verba ſculptoris lego*

2 Longinus pugione ſtricto fertur in Proclum legentem.

Mo-

Monumenta, ſcripſit. Lon. *Pernego.* Proc. *Teſtor ſtylum.*

Sic judicamus? Cæſar, Abſiſto. Zen. 2. *Mane.* 2.

Lo. *Abeat in Orcum prædo; rumpantur ſinus* Proclus erumpit è Concilio iratus.

Horreſcit animus. Frater, has finxit notas,

Quò mihi probroſæ fraudis hæreret nota.

Pel. *Quæratur opifex.* Lon. *Miles, huc Lauſum trahe.*

Phi. *Heri veneno rumor extinctum canit;*

Nec unde, conſtat. Zen. *Mentis ô vafræ modum!*

Sic aliud alio ſcelere velaſti ſcelus?

Proferte proceres, quò premat libram Themis.

Reùmne damnat cauſa Pelagium? Omnes. *Reum.*

Zen. *Ergo* 3. *bipenni miles obtrunca reum.* 3.

Pel. *Succumbe virtus; obruit fidem dolus.* Zeno fert ſententiam capitis.

Longine plaude, ſumma votorum tenes.

Iam noſter atram ſanguis inficiet togam;

Hinc purpuraſces. Scande jam felix torum.

Audite Reges. Qui Tyrannorum quatit

Apices ſuperbos, quique, cùm libet tholos

Mutat cataſta, ſarculo ſceptri decus,

Trabeam lacerna, vinculis torquem, nece

Vitam, triumphos funere, ſepulchro domos

In aſtra ductas, Chriſtus, hæc juſſit loqui;

Quouſque tandem vindicis cæli facem

Sic provocatis? Crevit in cælum gradus

Moleſque ſcelerum. Quantus, heu quantus fluit

Vbique ſanguis! Stupra, Sodomæum nefas,

Ruina legum, criminum immenſum chaos,

Iam jam laceſſunt Nemeſis ultricem manum.
Librata cauſa eſt, lata lex, pœna haud procul.
Cavete fratres. Iam caminorum faces
Orci æſtuantis, igneique vortices,
Iam pix, hyemsq; flammea, & ardentes globi,
Iam mixta tædis ira ſulphureis vocat,
Vocat nocentes. Zen. *Vana delirus canit.*
Long. *Pallens futura clade mens tricas agit.*
Frater, abeamus, Me vocant regni nota.
Pel. *Longine, fallere. Lucis eſt animus mihi*
Contemptor, iſtum quique vel fuſo lubens
Emat triumphum ſanguine. O ſpes credula!
O mens futuri cæca! Quid ſceptrum petis?
Facies in omnes vertere, & quidquid vales
Aſtu vel armis, contrahe, imperii decus
Haud aſſequeris, Tuque Regnorum potens,
Quem vere noſtra poſſe firmari nece,
Perdes honorem, funeri horrendo datus.
Long. *Fauces Averni?* Zen. *Miles ad pœnas age,*
Sebaſtiane, coge præſidium ocyus.
Fil. 1. *Quò, quò, Pater verende? Quam calcas viam,*
Nato relicto? Cæſar, hic aliquid dies
Optare natum juſſit. O ſerva patrem!
Pel. *Abſiſte nate; fundis incaſſum preces;*
Spirant cruorem. Fil. *Redde miſerando Patrem.*
Me plecte, Cæſar; me feri, vivat parens.
O vivat ævo dignus æterno parens.
Zen. *Quin vive, Patre digne meliori, puer;*
Abiice rebellem; patris explebo vicem,
Natus ferère Cæſaris, in aulam veni.

1. Prodit filius Pelagii ſqualidus, & pro parte ſupplicat.

Me-

Mecumque, dulce pignus imperium rege.
Pel. *Horreſce Nate. Vanus imperii ſavor;*
Pejus merenti melior, infidus bonus.
Affulget aula? Fulgor occæcat, vide.
Arridet aula? Caſus impendet. Time.
Alludit aula? Luſus illudit, cave.
Hæc moneo Geniter. Ne levi captus bono
Anhelus aulæ decora fallacis cole.
Hìs te paternæ mentis hæredem creo.
Fuge fœda Regum culmina; Tyrannos fuge.
Zen. *Rape contumacem Miles.* Fil. *O ſerva patrem.*
Moriere Genitor? Lon. *Rumpat invidia Patrem.*
Venies in aulam. Vis reluctantem premet.
Pel. *Erat ad dolores hic quoque Pelagii dolor.*

Abripitur in aulam Eraſtus, Pelagii Filius.

SCENA II.

Pelagius ſenſum ſuum de morte imminente declarat.

PELAGIUS, DUO MILITES.

AVdiit Olympus: O diem nullo ſatis
Voto expetitum! Prome formoſum caput,
Radiate Titan, perque convexum means
Meliore mundum ſparge ſydereum coma.
Primus beatæ lucis affulget dies:
Summuſque miſeræ lucis occumbit dies.
O quàm nigranti cincta tenebrarum peplo
Incumbit aulæ nox! Iubar vitæ perit,
Fideſque veri Calculo mundi reus,
Sed teſte cælo, purus ad fatum trahor.

Digitized by Google

I nunc, & altum ſcande fortunæ gradum;
Famulare ducibus; paſce ventoſo ſinum
Favore Regum; junge Cæſaribus latus.
Quos qui ſequaci captat obſequio miſer,
Altè vibratur, unde graviori ruat
Lapſu volutus. Te tamen veri arbitrum,
Teſtemque mentis, Chriſte, compello meæ,
Me corruenti debita Patriæ fides,
Amorque recti premere Cæſareæ domus
Limen ſubegit. Patriæ impendi lubens
Vitam, ſimulque patriæ impendo necem.

SCENA III.

Sebaſtianus exequendo ſupplicio Pelagii præeſt.

1. Sebaſtianus cohortem adducit; Milites collocat ex utroque latere ſcenæ, Hos enſibus, hos arcu promptos.

2. Locus eminebat ſublimis nigro panno conveſtitus.

3. Alloquitur Crucifixum.

SEBASTIANUS, PELAGIUS, Milites.

SEBASTIANUS.

AGE nunc, theatrũ ſcande, funereũ reus.
Comitare Miles, 1 fida famulantum cohors.
Armate dextras. Enſis hinc nudo vibret
Mucrone flammas. Inde deductus retrò
Pendeat in ictum nervus. Auxilium reo
Si quis miniſtret cominus, ferro cadat.
Si quis fremendo clamet injuſtum nefas,
Petatur eminus; Haſta clamantem donet.
Audete fortes. Abſit ex animo timor.

PELAGIUS è theatro fatali.

Tandem 2 theatrum calco fatale, arduis
Hoc propior aſtris, quo cavernoſa magis
Terra remotus. Iam propè æthercam domum
Teneo beatus. 3 Chriſte, calcata necis
Victor

Victor, nigraque dives exuviis plaga,
Da, da, ſubacta mortis emeritum feram
Victor triumphum, redde certanti Polum.
Seb. *Fatere tandem ſcelus adorati Iovis,*
Laſique Regis. Pel. *Abſit impoſitum ſcelus,*
Seb. *Palam probatum.* Pel. *Fraude confictum.*
O brevem
Ne rumpe fando mentis accenſa moram.
Tibi Chriſte vitam, pariter & mortem
dico.
Salvete 1 plagæ, ſydera cruenta plagæ
Salvete rutila Solis occidui faces;
Literis Eoi gemmula, rubei freti
Fontes cruore divites, victa ſtygis
Vexilla, mundi pretia, miſerorum ſalus.
Vobis cruoris quicquid in venis calet,
Libens refundo. Nec ſemel ſatis eſt tamen
Fudiſſe; fas ſit, morte numeroſa frui.
O liceat iterum vivere, atque iterum
mori.
Liceat renaſci ſæpè, quò vobis novum
Libem cruorem; Cumque Longini ſitim
Satiâro, regnum clarus Eoum dies
Niveaque pax irradiet, & quicquid boni
Inſtat malorum, ſanguis avertat meus.
Hac ſpe bipenni ſubdo fatali caput.

1. Flexis genibus ad Chriſti vulnera. Erant ante ſupplicii locum repagula panno nigro tecta. Stabat carnifex ita inter cortinas, ut ſolum ejus dextrum brachium ſublata ſecuri emineret. Pelagius ad ictũ procumbens non cernitur repagulis aſpectũ eripientibus.

SCENA IV.

Proclus, Civium manu raptim collecta, irrito conatu Pelagii mortem intervertere conatur.

PROCLUS, SEBASTIANUS, CIVES, milites.

PROCLUS.

SVſpende ferrum Miles. O nefas. Seb. *Feri.*
Proc. *Deſiſte.* Seb. *Percute.* Proc. *Siſte.*
1 Seb. *Percute.* Proc. *Huc manum*
Impreſſo ictu adducitur velum. *Cives!* Mil. 1 *Peractum eſt.* Seb. *Perdite rebelles, ruant.*
Ignavus enſem fucus in regem movet?
Obruite ferro, mactet opifices furor.

Repelluntur Cives.

PROCLUS.

2 *O Fœda ſortis, fœda conſilii nota!*
Repulſis civibus manet Proclus vulneratꝰ. *Caſus cruentus! Militum oppreſſi globo*
Cives, atroci victima Gradivo cadunt,
Teſtis rubentem fuſus in rorem cruor,
Plagæque hiantes. Ore jam primo ſedet
Anima: Per omnes ferreum lethi gelu
Vagatur artus. Sancta, quæ cælum incolis
Juſtitia! Mitte fulmina; Tyrannos crema
Longine vecors, perfido impulſu fugas
Præceps amicum. Fateor, emerui necem,
Merui repulſam, probra, ludibrium, jocos,
Qui ſydus Aulæ, columen Aſtrææ, decus
Virtutis egi voce mendaci reum
Ignoſce Cælum. Mentis injuſta piget.
Vlciſcar hoſtes. Ibo, quo juſtus vocat
Ardor, nec antè ſiſtet ultrices furor

Iras,

Digitized by Google

Iras, neſandi quàm ſub Auguſti fibras
Fratriſque pectus mucro condatur mei.
Et ecce Ditis monſtra. Me medicus vocat.

SCENA V.

Zeno, & Longinus, viſis interfectorum capitibus, gaudio triumphant.

SEBASTIANUS, ZENO, LONGINUS.

SEBAST.

STant fixa muris capita, 1 funereum vide
Latè theatrum. Zen. *Pompa feralis placet.*
Lon. *Arridet oculis*, Zen. *Paſcit obtutum cruor.*
Lon. *Benè eſt.* Zen. *Beatè eſt.* Lon. *Proſperè*, Zen. *ex animo ſatis.*
Lon. *Pars nulla voti periit.* Ze. *explevi ſinus.*
Lon. *O plauſus!* Zen. *O triumphus!* Lon. *O felix dies!*
I nunc proterve, ſceptra Longino nega.
Zen. *Tona.* Lon *Minare.* Zen. *Fingere.* Lon. *Inſulta.* Zen. *Freme.*
Lon. *Pœnas, Pelaggi, mentis indomitæ luis.*
Iam te triumphabundus extinctum videt
Longinus. O me gaudio undantem meo!
Iam probra paſſum, jam ſuperbiſſimo juvat
Solio excidiſſe! Quàm tenet oculos caput!
Quàm ſatiat iras! Zen. *Iam juvat nigrum Stygis*
Coluiſſe Dominum. Iuvat inexpleto domos
Vaſtaſſe funere: Iuvat inſontes pari,
Sontéſque ferro meſſuiſſe. 2 *Plangite,*
Vlulate Pueri, flete ſingultu Patres,

1. Converſa ſcena apparent in pinnis murorum capita Harmatii, Pelagii, & 8. centurionum.

2 In ipſis mœnibus utrinque apparet grex puerorum atratus, & patres ſuos deflent.

Mulcebit aures dulcè plorantum chorus.
O plauſus! Lon. *O triumphus!* Zen. *O felix dies!*
Lon. *Io triumphe reſonet infernum chaos.*
Zen. *Adeſte proceres. Fauſtus hic pergat dies.*
Dum ſcandit altum Frater imperii gradum,
Regni auſpicatus decora, luxurient opes,
3 *Epulæ ſtruantur, Bacchus ʒ invicem fluat.*
Ades, Sebaſte, regiam ad menſam comes.
Tu funde vinum Anaſte, Ganymedes minor.
Tu militares, Vrbiti, ludos para.

Anaſtaſius præficitur poculis; Urbitius ludis militaribus.

SCENA VI.

Anaſtaſius & Urbitius communicatis conſiliis, Imperatorem, de more ebrium, necandum decernunt.

URBITIUS, ANASTASIUS.

ANASTASIUS.

TV militares Cæſari furias para.
Ego vina fundam, vina, queis merſus natet.
Ad ſtagna Ditis. Alius ex alio ſcyphus
Inane Regis obruet mero caput.
Promptas cohortes interim ad nutum tene.
Urb *Aſt ubi?* Anaſt. *Sub Aula mœnibus.*
Urb. *Abundè eſt.* Anaſt. *Vale.*

SCENA VII.

Urbitius milites locat in inſidiis.

URBITIUS, MILITES.

SIC tacita Regum fata volvuntur. Dapes
Illi, jocosque pectore ſoluto colunt.
Dum ſæpè caſus inflat horrendi malum.

Scelerumque pœna. En miles excubias agit.
Mil. *Sta, teſſeram ede.* Urb. *Pœna.* Mil. *Scele-
ratos premit.*
Urb. *Adeſte ſocii, poſcit officium locus.*
Vindicta properat. State ſuſpenſo gradu.
Aderit Anaſtus, arma cùm tempus petet,
Et ecce dapibus feſta proludit 1 *tuba.*

1 Collocatur Miles in inſidiis.

SCENA VIII.

Compotatio Cæſarum vario perſonarum interventu turbata.

Zeno, Longinus, Sebastianus, ad menſam ſedent, Anastasius, Urbitius.

Eraſtus, Baſiliſcus Puer, Euphemius, Harmatii umbra, Bacchus, Tripudiatores, &c.

ZENO.

IO *triumphe.* Lon. *Bacche,* 2 *da latum diem,*
Evoë Lyæe. Zen. *Frater, Herculeo ſcypho*
Regnum propino. Lon. *Fauſta Zenoni ſalus*
Io triumphe. Bacche, quate Thyrſo jecur.

2 Bibunt liberrimè.

SCENA MUTA.

BAcchus curru ſublimis invehitur trahentibus quatuor Regibus, quos olim ſtravit Ebrietas. Sequebantur vincti ad currum Civis, Miles &c. In curru Bacchides, voce fidibuſque canoræ; Præibat cantum Bacchus.

MUSICA.

SEBASTIANUS.

S*IC, ſic triumphat Bacchus excelſos Duces.*
Lon. *Sic nos triumpho Bacchus ad currum trahat.*

Bas. *Baſiliſcus ille, fortis opprobrium, Patrem*
Requiro Cæſar; Natus infelix Patrem
Repoſco; Miſero reddo Baſiliſco Patrem.
Zen. *Patrem repoſcit? I, pete Acherontis vada.*
Si cymba deſit, iſte te crater vehet.
Illic ſtat umbra cinctus horribili pater.
Umb. Har. *Hic* 6 *ſum, tibi umbra cinctus horribili videt*, 7. *vide.*
Vide cruenta bellua. Lon. *O frater paves?*
Zen. *Frater!* Lon. *Quis horror?* Zen. *Cernis, ut oculus hiat?*
Vt me minaci torvus aſpectu meat?
Long. *Vbi? Quis? Ad arma.* Zen. *Ibi.* Long. *Nemo per ſtygium Iovem,*
Nemo eſt. Har. *Propinquant funera; ſepulchrum patet;*
Hiat Orcus; inſtat ultor; occumbit dies.
Zen. *O Frater!* Lon. *Vmbram vanus effictam times.*
Zen. *Feralis umbra frater! O qualis ſtetit*
Harmatius ore! voce qua tonuit! Lo. 8 *Procul,*
Procul hinc nefande; Patris effigiem amove.
Seb. *Percitus Iaccho mille ſibi formas creat*
Animus. Lon. *Bibamus.* 9 *Redeat in ſcenam chorus.*
Anaſt. *Madet Lyæo Cæſar. Ad fraudes vocor.*

Diſcedit 10 clam Anaſtaſius ad Militem in Aulam inducendam.

EPH. I.

O *Fugite,* 11 *fugite Principes.* Lon. *Quid inſtat?* Zen. *Ha!*

6. Apparet ad latus Zenonis Umbra Harmatii.
7. Indigitat guttur ſuum circulo ſanguineo notatum, deinde filium Baſiliſcum.
8. Pede abjicit Baſiliſcum.
9. Inter choreas inferuntur inſignia imperii, ad Longinū coronandum.
10. Dum pergit Tripudium.

11 Verſus finem choreæ Ephebi territi cōvolant in tricli-

Eph. *Sævit per aulam miles Harmati.* Long. *O nefas!*
Fuge Frater. Ze. *Arma, ar, arma, ar, arma, ar, Arma, ar, ar.*
Eph. *Propinquat hoſtis.*

Zeno ebrius in media ſcena corruit, & dormit. Fugit per aliud oſtium Longinus.

Nuntii regii, nunciantque anheli in Aulam irrupiſſe Milites.

SCENA IX.

Anaſtaſius coronatur à Militibus. Zeno vivus, & ebrius, ſepulchro infertur.

ANASTASIUS, URBITIUS, PROCLUS, PHILARGUS, CASTOR, MILITES, ZENO ebrius.

I *Procle propera, terga Longini preme.*
Reprende profugum. Capere ſi vivum nequis,
Proſterne. Monſtri perfer extincti caput.
Pr. *Quà tenuit hoſtis, Miles hâc urge gradum.*
Urb *Imperet Anaſtus Orbis imperium regat.*
Omnes *Imperet Anaſtus, Orbis imperiũ regat.*
Ur. *Depone ſagulum, quasq; 1 Longino notas,*
Quæ decora regni Frater aptabat, cape.
Melius in iſtas ſceptra quadrabunt manus.
Imperet Anaſtus, Orbis imperium gerat.
Omnes *Imperet Anaſtus, Orbis imperiũ gerat.*
Ana. *Tandem volutam cerno fortunæ Rotam.*
Cujus ſuperbos æthra non animos capit,
Nec ſcelera mundus, mordet en præceps humum.
Infame monſtrum! Deditum Furiis caput!
Stagnum cruoris! Bellua, humanâ latens

1 Inſignia Imperii habitũq; Regium Longino coronando comparatum induit Anaſtaſius.

Dudum figurâ! Siccine imperii jubar,
Sic decora claræ ſortis, Auguſtum genus,
Decuit popinâ, ſordibus, ructu, mero
Contaminare? O *regii opprobrium gradus!*
Pudorque Regum! Perge, ronchando, efferum
Profla furorem, volve de latere in latus,
Vino ſepultos pariter & ſomno ſinus.
Ructa cruorem, quo ſitibundus diu,
Fibras rigaſti; ſaxo furioſam brevi
Animam inquinato pectore expiras. 1 *Age*
Surge fera; cauſam perage, te Iudex vocat.
Vrbitius 2 *auſa prodat.* Urb. *Inceſtu toros,*
Funeribus aulam, jure violato forum,
Terram cruore, ſpiritu elato Polum,
Dedecore regnum, regios artus mero.
Fati. Phi. *Cremetur.* Anaſt. 3 *Quando ſe, regni decus,*
Patriam, ſuosque funeri infeſto dedit,
Sepultus ante fata ſub tumulo evomat
Animam ſceleſtam. *Miles in ſcutum* 4 *leva.*
Iam me ſuperba voce Bubonem vota;
Voca malorum nuncium. In tabulis nota,
Simplex probusque: nec fide, nec time.
Ferale monſtrum! I, patere, quàm ſimplex *tibi.*
Probusque *pœnam jungit horribilem. Iace*
Vivus ſub atro lapide, dum nigram expuas
Rabioſus animam: frater accedet 5 *comes.*
Ibo, & ſepulchro funus inviſum dabo.
Praite ſocii. Pompa feralis vocat.

1 Pedem Zenonis collo imponit.

2 Anaſtaſius conſidet in Regia ſede, tanquam judex cauſam Zenonis auditurus.

3 Fertur ſententia.

4 Attollitus Zeno ebrius in ſcuta Militum.

5 Effertur Zeno ad ſepulchrum, comitante Anaſtaſio.

SCE-

SCENA X.

Longini pavor, amentia, deſperatio.

LONGINUS, UMBRÆ.

[...]manet [...] in- [...]mili- [...]us, prodit Longinus, collo in faſciam ſericâ nigram tanquam in laqueū inſerto, nudâ ſicâ dexterâ præferēs, ſine galero, horrēte capillo.

QVis me receſſus, quave ſepoſiti tegas
Mundi latebra! Merge lucentem diem,
Inviſe Sol. Horrida tenebrarum chlamys,
Caligo, noctis horror, umbroſum chaos
Involvat Orbem, redde inaſpectam fugam.
O ludus aula. Dira fortunæ rota!
Infauſta fata! lucis inimica faces!
Huc è ſuperbo tractus in præceps gradu.
Tandem revolvor? Profugus, abjectus, miſer
Mundi per omnes erro ludibrium plagas.
A latere civis, miles à tergo premit.
A fronte, quiſquis ſcelera perpeſſus mea.
Vndique tenemur. Fugio, nec fugio tamen,
Alios ut hoſtes fugiat, ô quoties ſibi
Objecta mentis forma terrores movet!
Quoties tremendos Ditis obtrudit rogos!
Suſpicio cælum? Fulmen extimeo miſer.
Deſpicio terram? Opaca Tartarei reor
Hiare mundi. Fremuit à tergo ſonus?
Adeſſe culpa ſuadet ultorem timor.
Mox latera pulſat horror. Hinc illinc faces
Ardere viſa; flagra terribili quati
Sonore. Totus undique in noſtros metus
Conjurat orbis. Major arcanus tamen
Vexat medullas angor: æternus jecur
Corrodit intus carcer, & fibras vorat.
Sit inter iſtas mentis attonitæ faces,
Inter tumultus, tædia, pavores, minas,
Specieſque pœnæ mille, proh pœnæ genus!
Volvor, revolvor, rapior, abripior, premor.

Vincu,

Vincis, Pelaggi, vincis. Excidimus loco.
Excidimus? 1 *Vnde! Quis, Gradu? Cæſar, Du-*
cum
Propago. Ab arce tu quoque æthereâ ruis,
Rutule, rutule Phaëthon. Fuge ignem tetrici
Iovis. Vocamur! 2 *Cæca Longinum undique*
Fortuna, perque luſtra, ſubque cornibus
Luna ſilentis quærit. Heus, cælum tace.
Benè eſt. Reliquia ſortis antiqua, hoc & hoc,
Quantùm 3 *placetur? Nunquid ad Manes iter,*
Iter retruſum, triſte, latebroſum, cavum,
Effodiet iſte ligo! Penetremus. 4 *Meis*
Rigidior aſtris terra ſucceſſum negat.
Iſta 5 *cavebo melius in terra ſpecum.*
Age cuſpis, auſpicare pallentis viam
Erebi: repoſtas ore ferrato fibras
Punge & repunge, donec impuro fugax
E pectore, indignata cum gemitu ſtygem
Repoſcat anima. Sin aberrabit ſcopo
Ferrum, ſubibo pondus infelix trabem.
Inferne Princeps, torve tartarei lacus
Regnator; uni tota Longini retro,
Cui ſervit ætas; pande inexpleti ſinus
Orci, ſepultos hoſpes irrumpit lares.
Valete ſydera, ſemper infeſtas mihi
Largita flammas. Stygia me tellus manet.
Valete turres; unde per præceps cado
In alta Ditis. Tartari ad fundum ultimum.
Vale, aula, caſus una molitrix mei.
Aliam ſub aulam vulnere æterno. Um. Pel.
Cave. 6

1 Inſanit.

2 Summis pedibu[s] inceder[e] fugam ſ[i]mulat.

3 Funem & pugionē exoſculatur primò; deinde amplexatur.

4 Sedens in terra pugione fodit.

5 Indigitat pectus ſuum.

6 Pelagii Umbra præferens ſecurim, quâ plexus eſt, excutit Longino ſicam.

Stant

Stant alta fata. Cernis? Hic lethi cruor,
Hac te securis vulnere æterno premit.
Lon. *Premet, premet, premet. hac securis 2 vulnere*
Æternò adeste tela, mendacem probo.
Pretioſe funis, digne qui Regem trahe
Nectas ab alta; Pugio feſellit fidem;
Tu frange certus colla; Um. Gaz. 3 *Craterem prius*
Fuſo replebis ſanguine. Lon. *O moles mali!*
Proc. *Pergite,* 4 *nefandum rapite Longinum ocyus.*
Ocyus eatur ocyus. Lon. *Miſer, fuge*
Fuge, fuge. Umb Eup. 5 *Siſte, ſiſte.* Lon. *Proh monſtri genus!*
Styx alta! Styx profunda! Proc. *Properate ocyus.*
Lon. *Quis me per auras turbo!* Umb. Har. *Sta,* 6 *clauſa eſt via.*
Lon. *Etiamne ad Orcum?* Pro. *prendite,* Lon. *O tellus hia!*
Hâc pateat iter. vel. *Heu ſanguis!* Lon. *Heu! fata improba!*
pro *Hàc, hac, propè eſt, tenete.* Lon. *Stat* 7 *furiis caput*
Vltro vovere. Adeſte quà datur. Umb Bas. *Retrò.*
Pro. *Stringite* 8 *fugacem Miles; obtrunca feri.* Umb.

1 Longinus faſciam circũdatã collo arripit, ſuſpendium meditans.

3 Gazæi Umbra calicem præferens, ex quo venenum hauſerat.

4 Clament poſt aulæa inſequentes.

5 Umbra Euphemiani præferens ſicam, & ſanguinẽ

6 Umbra Harmatii præferens ſecurim cruentam.

7 Hic Umbræ prodeunt ſingulæ à diverſis partibus, quà abitum quærit Longinus.

8 Capitur in fuga Longinus, & capite plectitur intra ſcenam.

Umb. Bas. *Sic jam ſupremus fabulæ ultricis*
mihi.
Exigitur actus. Veniet in Stygem comes
Cum fratre Cæſar. Pendula alterius caput
Iam jam ſecuris urget. In tumulo merum,
Animámq; ructat alter, ut quondam horrido
Polyphemus antro. Age, diſcute ſoporem, fera.
Audire quæſtus pariter, & furias juvat.

SCENA ULTIMA.

Zenonis in ſepulchro furor. 1

ZENO, Umbra LONGINI, & PELAGII, &c.

ZENO.

N*Ondum* 1 *revectus axe luceſcit dies?*
Nox furva! Nox opaca! Quis 2 *ferri rigor*
Incubat in artus? An 3 *catenarum domat*
Immane pondus? Friget attactu chalybs.
Specus! Specus nigrore formidabilis!
Adeſte, 4 *proceres! Nemo Zenonis timet*
Furias morando? Frater, huc frater manum.
Sebaſtiane! Procle! Tartareos lacus
Teſtor, revellam capita. Sic trahitis moram.
Vocante Rege? Miles, accelera gradum,
Adeſte Ephebi. Nullus Auguſtum levat?
Vbi ſum? Sub umbra Ditis, an ſub horrido
Telluris antro 5 *ubi mortis æterna ſedet*
Imago, noctis horror, & nigri quies
Famula ſilenti; Frater, ô frater! Stygem
Si luce caſſus teneo, cur ceſſant faces
Vltoris ignis? Flagra cur Furiæ tenent?
Vos monſtra barathri, torva Geniorũ cohors,
Vulgus

1 Scenâ conversâ, apparet Zeno in ſepulchro. Thorace detracto, oneratus vinculis.
2 Credit ſe in lecto evigilare.
3 Attollit undique brachia tentabundus.
4 Vocat proceres. Hæc omnia interpunctim, & lentè pronunciantur. 5 Manibus tentat parietes.

Vulgus Acherontis, Spectra pallentis plagæ,
Adeſte, ho! ho! ho! ho! Adeſte, cingite Auguſti
latus! 6

6 Arrigit aures.

Latè ſileſcunt omnia O *dubiam vicem!*
Vbi ſum? Vigilne ſpiro? an eluſum ſopor
Sollicitat Vmbris! Dira Zenonis mala!
Vmbræ nocentes! Somnus ô nimium gravis!
Longine. Umb Lon. *Fratris* 7 *deſine infauſto*

7 Longini Umbra è ſuo ſepulchro.

Vrgere manes. Me premit lethi ſopor. (*ſono*
Dedimus bipenni colla. tu tumulum tenes,
Sepultus ante funus. Age, diram ejice
Feſtinus animam, te moror. Sontum domos,
Niſi, Duce te, ſubire me Iudex vetat.
Zen. *Sic fata vertunt: Vivus in tumulo! Heu*
nefas.
Nefas Tonantis! Zeno, terrarum potens,
Frænator orbis, lapide ſub nigro jacet,
Sepultus ante fata? Populares, opem!
Eripite Regem. Clauſtra funerea domus
Diruite. vaſto ſternite fragore omnia
Properate. 8 *Nemo tendit Auguſto manum?*

8 Arrigit aures.

Deſertus! Heu deſertus. Excluſus Polo,
Soloque jaceo. Informe proh lethi genus!
Erepta regna, frater extinctus, procul
Famuli. Sepulchro Cæſar Auguſto jacet.
Nox horret, urgent vincla, corrodit fames,
Frigus remordet, ſpiritum exhaurit vapor:
Tremiſcit animus. mille vulturibus jecur

9 Umbra Pelagii Zenonis tumulum inſpicit.

Tunditur iniqua mentis ac vitæ reum.
Crudele cælum! Monſtra 9 *ſine luce intuor*
Pelagius! Atra ſpectra! Pellagi amove
Vultus tremendos. Fateor, inſontem neci
Dedi; Quid urges? ſanguine exuror tuo.

Deſera

Deſere ſepultum. O mole ſi fracta ruat
Orbis! vetuſtum cuncta ſi repetant chaos!
Nec ſit, flagello ſcelera qui plectat, Deus!
Mors atra, mors horrenda, mors atrox, veni.
Aura, aura, anhelo aura deſtituit ſinus
Stygia ſorores! 1 aura!

Baſiliſci Umbra Tragœdiam claudit.

Umb. – *Sub ripa Stygis.*
Captabis auram. Funde ſceleratam priùs
Animam; moramur: Fratris interea lubet
Spectare pompam. Fanus in muros ſubit.

Procedit pompa funebris Longini.

POmpam præibat Proclus habitu militari. Sequebantur Milites 12 bini, ac bini verſis in terram haſtis. Mox Tympaniſta, cui adhærebat Vexillifer. Tympanum tegebat pannus niger. Subſequebatur Carnifex, haſta præalta caput Longini præferens. Ponè ſequebantur ſex pueri atrati, quorum Parentes Longinus ſuſtulerat. Hi ſagittis caput Longini petebant.

Agmen claudebant duo milites.

H*ÆC fata Regum. Tollit ambitio gradum.*
Quem ſors ruina ſternat. Imperio impotēs
Exurgit animus, inque ſydereas volat,
Superbus arces, unde ſub ſtygis vada
Vltima relapſus, ſolvat æternum nefas.
Teſtis cruenta fronte ſanguineum undique
Cadis theatrum. Quantus effluxit cruor,
Vt æſtuantem Cæſarum expleret ſitim!

Sol-

1 Converſa repentè ſcena, præripitur aſpectus Zenonis morientis præ inopia.

2 Hîc mutatur ſcena: viſuntur 9. Sepulchra cum ſuis quæque demortuis. Super Sepulchra cernuntur inſignia mortuorum cum ſuis labaris Qui in ſepulchris apparebant, hi erant: Zeno, Longinus, Harmatius, Pelagius, Euphemianus, Gazæus: in aliis tribus octo illi Duces cum Harmatio capti.

Digitized by Google

Solvêre tandem mentis immodica vicem;
Corruit uterque. Iamque ſub Erebum dati,
Mecum perennes criminum pœnas luunt.

MERCIA,
SEU
PIETAS CORONATA.

TRAGOEDIA,

Acta feriis Bacchanalibus, Anno 1648. in Collegio Anglorum de Urbe: ſexies data, ſemper placuit.

ARGUMENTUM.

ANNO poſt Chriſtum natum circiter ſexcenteſimo ſexageſimo, regnabat in ea Angliæ parte, quæ Mercia dicebatur, Ulferus, inanium Deorum propugnator acerrimus. Huic erant filii duo, egregia indole adoleſcentes, Ulfadus, & Ruffinus. Venandi cauſa receperat ſe Rex in arcem, Ulfercester dictam, frequentibus ſylvis circumdatam. Haud procul ab ea arce degebat cum paucis Sacerdotibus Ceadda Epiſcopus, poſtea in Sanctorum numerum relatus. In hunc per occaſionem venandi cùm Principes incidiſſent, ab eo ad Chriſti fidem traducti, Baptiſma ſuſcepêre Ulferus, re intellectâ, procerum quorundam, & præſertim Verebodi, hominis perditiſſimi, horta-

hortatu, convolat ad ædem Ceaddæ, filioſque, ipſo, ut creditur, Baptiſmatis die, contemplationi vacantes, propriâ manu interficit; ipſe deinde ad fidem converſus. Ita *Cambdenus in ſua Britannia. Stoius in annalibus Hiſt. Petroburgenſis, &c.*

PERSONÆ.

Ulferus, *Merciorum Rex.*

Vlfadus, } *Filii Vlſeri.*
Ruffinus, }

Theorgus, *Archiflamen.*

Lycamber, *Theorgi filius.*

Jumina, *Militiæ Præfectus.*

Verebodus. }
Ethelbertus. } *Proceres.*
Faba. }
Eadbertus. }

Chorebus. } *Regii Venatores.*
Fauſtus. }

Lemures *ſex in Deorum ſpeciem compoſiti.*

Armigeri *Deorum ſex.*

Sylvani *ſeu* Fauni *ſex.*

Milites *octo.*

Ephebi *duo.*

Nuncii *tres.*

Ceadda *Epiſcopus.*

Clytus. } *Sacerdotes.*
Probus, *alio nomine* Tityrus. }

Chriſtus.

Chorus ſex Angelorum.

Angeli Vindices duo.

Genius Furoris.

Sex Comites Furoris.

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

Tragœdiæ præludit Genius Furoris.

GENIUS FURORIS.

Apertâ repentè ſcenâ, viſitur Furoris Genius umbilico tenus in terram adhuc immerſus. Adſtant utrinque terni alii Genii: diverſos Furoris effectus habitu oris geſtuque exhibentes

SEpulta linquens antra Tartarei canis,
Sontúmq; vulgus, prodeo ſub auras furor,
Furor, ſilentû maximum mundi malum:
Furor impotenti turbine irarum, domos
Miſcere præceps, perque ferales agi,
Vertique rixas, vulnera, cruorem, neces.
Averna mecum turba: Furiarum chorus,
Odia, tumultus, funera, excidia, chaos,
Strageſque rerum. Ponè comitantur fera
Lamenta, lacrymæ, gemitus, & nunquam ſatur
Luctus querelis. Vnus hæc ambit furor.
Procul hinc magiſtra ratio. Conſilii moras
Odimus inertes: mentis ejuro facem.
Non lex furorem frænat, aut æqui tenor.
Vis eſt in armis. Cæca præcipitem rapit
Libido dextram: Verba prævertit chalybs:
Fer aſtu ictum: turbo fulmineam rotat
Sine lege rabiem. Quanta tempeſtas mali
Poſt hos fragores? ſanguine natantes domus:
Iugula reciſa: merſus in fibras chalybs:

Avulſa

Avulſa membris membra: lacerati ſinus,
Et quidquid æſtu rabidus objecit calor;
Latè patratur. His triumphator malis
Involvo mundum, méque reſtituo Stygi.
Sed quæ furorem, quæ meas poſcit faces
Regio? Britanna cæde natorum manus
Quis imbuiſſe gaudet? Vlferus ferus.
O me beatum! Regis excipiet ſinus
Dominum furorem. Totus in Regem migro.
Sic eſt profectò. Corda regnantum lubens
„ Ingredior hoſpes. Vulgus, ut ſummè velit,
„ Neſcit nocere. Curta vis rabiem domat:
„ Coërcet inſtans Lector, & legum metus.
„ Impunè ſævit aula. Purpureus Furor,
„ Timoris expers, quò lubet, telum jacit,
„ Iram poteſtas urget ultricem comes.
Teſtis cruento prædo dominatu ferox:
Cui ludus, iram quinque ſanguinea nece
Paviſſe Regum. Natus haud impar patri
Vlferus, aulam ſcandit, & Patris feros
Cum Rege mores induit. Tigrim Tigris,
Et trux Leonum gignit immanem Leo.
Age Furor; ultro totus in tuos patet
Vlferus ignes. Spiret immitis Patrem.
Quid ſpiret inquam? Vincat Vlferus Patrem.
Vincet, per Orcum juro; nec priùs modum
Statuet Furori, quàm trucidata manus
Prole inquinarit. Arma ſubjicit Furor.
Aut hic ſiniſtram funis, aut dextram cha-
lybs
Armabit. Ictum, certa longinquum feret
Sagitta: melior, cominus ludit manus.
Quid unguis atrox? Ore quid rabulo mihi
Dentes?

Digitized by Google

Dentes? Quid ipſis fulmen in oculis latens?
Sin hac aberrent; Pulvis arcanam tegit
Mortem ſub auro, 1 Pulvis excelſos Duces,
Regumque pueros, tabe furtiva necans.
Vel in receſſu furere, vel palam ſcio.
His gemina telis, pignora Vlferi cadent
Vlfadus & Ruffinus, I, furvis caput
Obvolve nimbus Phœbe, ne videas nefas.
Sin me Tragœdum cernere furentem juvat,
Diſpello nubes: facinus egregium paro.
Sævire Regibus etiam in propriam licet
Impunè prolem. Summus ad ſcelera gradus
„Eſt inſolenti junctus imperio furor.
At ecce putris cogit in fugam ſenex.

1 Gerebat pyxidem auream è cingulo pendentem, pulvere venenato plenam.

SCENA II.

Ceadda Epiſcopus precandi ſtudio ſolus in ſilvis deambulat.

CEADDA, Comites duo.

REmeate Comites. Nemora ſecretus peto.
Regnator Orbis, Christe, regnorum ſalus,
Te quæro ſolum, ſolus ut tecum querar.
Quid me ſacrato cogis immeritum Gregi
Dudum præeſſe? pondus imparibus ſedet
Humeris: fatiſco mole ſub vaſta gemens.
Te, cui receſſus mentis humanæ patent,
Implore mentis arbitrum, ac teſtem meæ:
Non, ut verendus verticem irradiet apex,
Oſtróve cultus, membra præluſtret nitor,
Non, ut per ædes unda famulantum fluat
Refluátque turba deſes, aut limen terat
Globus Clientum, flore verborum potens;

1 Comites recedunt.

Non

Non, ut ſuperbis ducta porticibus domus
Cælo minetur; non ut è Divûm ſacris
Donisque cenſus creſcat, & fama decus.
Gero Tiaram præſul. Hæc vanos movent
Ludibria ſenſus. Vna me penitus coquit
Abdita medullis cura, ne ſparſas tuo
Cruore mentes prædo tartareus ferat.
Servare tutas unius eſt animas amor.
Vel una curas anima, probi quantas parit!
Sed heu! cruenta ſævit Vlferus manu.
Bellum Tonanti movit. In Chriſti genus
Nomenque fulmen criſpat, & quidquid fibris
Privatus imis preſſit, imperio impotens
„ Effundit ira ſceptra, ſic patitur Deus.
„ Quæ finxit. Alta ſic prius cælos ferit
„ Fortuna Regum riſus eſt, Regum Deus.
Prognata furtis urget, ac ſubdit faces
Procerum caterva, vile famulorum genus,
Gens fœta fuco: mille ſe fradum modis
Fingens, refingens, regis ut nutus monet.
Quid hinc timendum? Quantus undabit cruor?
Tu præliantes gentis Æoliæ Duces
Qui voce mulces, quique nimborum horridas
Evertis acies, debitam cælo ac ſolo
Faciem reducens, frange minitantem pio
Gregi procellam.

SCENA III.

Ceadda in Principes Vlfadum, & Ruffinum de venatione feſſos incidit: eoque orante, objicitur Principibus per quietem ſpecies mira; quam poſtea explicans Ceadda, utrumque ad Chriſtum convertit. Principes Jovis Aram diruunt.

Diductis proſcenii valvis, viſitur ingens Quercus. Ad hujus pedem ſtat Ara Jovis, fulmen dextrâ tenentis. Principes Vlfadus, & Ruffinus per herbam ſtrati, leniterque utrique aræ cornu innixi dormiunt.

CEADDA, VLFADUS, RUFFINUS, CHRISTUS, ANGELI, SERPENS.

CEADDA.

QVis ferit oculos decor?
Qua lux juventa? tela venantum gerunt.
Frons digna gemmis! ſpirat Auguſtum genus.
,, Furatur oculos ſomnus. Ita ſilvas amat
,, Negata Regum ſæpè porticibus quies.
,, Otia ſerena, ruris & mentis, Chorum
,, Iunxêre, procerum domibus, & curis procul,
Agnoſco juvenes Fratris amplexu jacet
Vlfadus, aulæ ſidus, Vlferi jubar.
Qui fronte candet, ſpecimen eſt mentis, nitor,
Ceu pulchra gemmas concha meliores tegat,
Has Pluto mentes fœdet errorum lue?
Has mergat animas orcus? O prohibe nefas
Vaſtator Erebi Chriſte! qui puro lavas
Cruore mentes labis annoſa reas.

Pro-

Prohibe implicari, fraude nocturni Ducis,
Inſontis avi decora: tranſcriptum tuo
Par nobile gregi, vincat errorum dolos.

Hic rapitur in extaſim Ceadda. Deſcendit Chriſtus, medius inter choros Angelicos pulcherrimi Regis inſtar. Angeli ferunt manibus coronas, ſceptra, trabeas, &c. Vbi Chriſtus apparet, ex imo altari egreditur ſerpens, & abit. Mox ſtatua Jovis occultâ vi ad terram profligatur. Angeli interea canentes invitant Principes ad Chriſtum.

CANTVS,

ANGELUS.

HUc O priſco ſanguine Regum
Inclyta Pubes. Dubii pulſa
Nube ſoporis, lumina flecte.
En divini ſoboles patris,
Vero natum Numine Numen
Chriſtus, mentis Nitor æternæ,
Nec degeneri luce refulgens,
Superûm pronus labitur arce.
Voſque tenellos modò Tirones
Ad ſua Ductor vexilla vocat.
Ulfade veni, Ruffine veni, &c.
Cantu finito.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

CEADDA.

SIC prapotenti calcat Acherontem pede
Chriſtus: Draconem ſic triumphatum fugat. 1 Principes evigilant è ſomno.
Sic dives auro cingit, ac gemma ſuos,
Aſtriſque reddit. Ulf. O 1 *quies! dulcis quies!*

Simul & verenda! Frater ô quantis pavet
Mens icta viſis! Ruff. *O quibus dubium labat*
Pectus figuris! frater & tuum artifex
Illuſit animum ſomnus? Ulf. *Illuſum nega.*
Haud iſta mentem ſomnia inceſſum cient.
Vis Numinis adeſt: Numen arcano ſinus
Implevit aſtu. Ruff. *Fateor, æthereos decor*
Spirans honores; pulcher alituum chorus,
Cælique captus, ore divino fluens,
Numen loquuntur: patuit inceſſu Deus.
At, eſſe Numen Numini adverſum poteſt,
Divuſque Divi? ſtravit infenſus Iovem,
Iovem tonantem, maximum cæli Deum.
4 Ceadda ſe infert. Ulfa. *Omen ſecundet Phœbus, afflatu regens*
Certo labantes. Cead 2 *Cedat excuſſus timor,*
Regia Iuventus. Nulla mendaci fides
Phœbo: ſed arcis rector aſtriferæ Deus
Fortunat omen, meque perplexas jubet
Evolvere notas. Ille ſyderea micans
Acie, potentem præferens vultu Ducem:
Cui ſtemma crines, dexteram ſceptrum, Chlamys
Humeros decora veſtit, æternum tenet
Super aſtra Numen: ſolus immenſum regit
Beatus orbem: thure quem ſacro Deum
Gens Chriſtiana paſcit, & Chriſtum colit.
Ille radiantem luce gemmarum, ſuis
Fingit coronam: quoſque decurſu orbita,
Tranſcripſit aſtris, vita flagitio carens,
Solio locatos; trahere felicem jubet
Per ſæcla vitam, pacis æternæ ſinu.
At hic Deorum lurco tenebroſus (Iovem
Vocant tonantem) ſceleris infandi reus,

Fu-

Fugatus aſtris, Tartari ad fundum ultimum,
Interminatis ardet in flammis, rogus
Æternus. Illo merſus umbroſi tenet
Imperia ſtagni; jamque numeroſo latens
Trunco, per aras gaudet agnoſci Deus.
Cavete pueri. Quiſquis Fanas cremat
Huic credulus opes, igne tartareo nefas
Luet per avum. Teſtis immanem draco
Pandes hiatum, ſubque Divorum latens
Signis, ut Orci rapiat in flammam ſuos
Tandem clientes. Ulf. *Viſa conciliant fidem,*
Præſul verende. Longa ſollicitum dies
(Equidem fatebor) traxit, & miras tulit
Sub corde luctas animus, an Chriſto manus,
Priſcos per oſus patria ritus, darem.
Succumbo tandem, Chriſte ſideream precor
Propande lucem: da reluctantes diu
Frenare ſenſus, téque teſte mi Deum.
Ruff. *Quò Frater, urges, fratre deſerto gradus;*
Fas, peſtilentes Ditis inferni dolos
Odiſſe pariter, Chriſte venientem excipe
Famulum minorem. Sum tuus, rumpat licet
Ilia Deorum, quiſquis ad partes migrat.
Cead. *Promiſſa magnis orta pectoribus Deus*
Excipit ab aſtris. Ante divinum tamen,
Quàm fas, gregem ditaſſe, luſtrali decet
Imbuere pectus rore, ſibiſque inſitam
Piare labem. Ulfad. *Præſul haud tutum, mo-*
ras
Traxiſſe longius. Ipſe digreſſos pater
Dudum requirit, vaſta per nemorum loca,
Vbi nox anhelas lucis occidua rotas
Fugarit axe, referet huc certos via.

Cead *O chara capita! ſatius, in Chriſti modo*
Famulos reponi. Quis ſcit, excluſus ſemel,
Si revehat horam Chriſtus optatam diu?
,, Differre nocuit, quidquid in promptu eſt boni.
Ruff. *Age frater, expiemur.* Ulfa. *Obſiſtit mora.*
Meliora, frater, ocia regreſſos manent,
Ruff. *Nunc fauſta famulis, præſul, & ſanctum vale.*
Precare. Cead. *Dexter ſoſpitet reduces Deus.*
Et ne quis aſtus, ne qua tempeſtas mali
Vincat volentes, geſtet appreſſum fibris
Hoc quiſque pignus. Ul. *Dulce* 1 *præſidium via*
Amplector ultrò. Ruff. *Nulla vis donum meis*
Avellet ulnis. Totus in Chriſti fidem
Conjuret Erebus, gerimus armorum ſatis.
Cead. *Valete Chriſti germina.* Ulfad. *Antiſtes vale.*

1 Ceadda dat utrique crucē auream.

Egreſſo CEADDA

ULFADUS.

A *Ttu, nefande prædo, terrarum lues,*
Furve 1 *Phlegetontis incola, everſus jace.*
Iace terendus pedibus; in cineres abi.
Aras amaſti tumidus, abjectum cinis
Turpet inhoneſtus; pendat ambitio ſcelus,
Sit orcus ara, thura ſupplebit rogus.
Ruff. *I* 2 *turpe monſtrum: vile portentum Stygis.*
I, peſtis Erebi, repete funeſtum chaos,
Loca fœta flammis. Tale te regnum decet.

1 Proculcat Iovis ſtatuam.

2 Statuam pede percutit.

Ulf. *Perdamus 3 aram, frater: Æquetur ſolo* 3 Diruunt aram.
Maleſauſta Ditis ſtatio. Ruff. *Monſtrorum ruat*
Abominandum ſpecus. Avernalis ruat
Antrum Draconis. Eruta terris domo,
Frendens ſub umbris condet æternis caput.
Ulfad. *Sed 4 en vagantes, aris exquirit canor.* 4 Auditur cornu Venatorum.
Ruf. *Eremitus propinquat; latebra ſemotos tegat.*

SCENA IV.

Verebodus unus è proceribus, cum Chorebo Venatore Principes per ſylvas quærit. Viſâ Jovis ſtatuâ everſâ, Theorgum ſtatuit adhibere ſacrilegii teſtem. Principes ſe ad conſtantiam animant.

VEREBODUS, CHOREBUS, ULFADUS, RUFFINUS.

VEREBODUS.

AGe, grandiores frange de cornu ſonos,
Mugi profundum. Reboet immenſum 1 nemus. 1 Chorebus cornu inflat.
Ulfad. *Verebodus eſt, audire bacchantem juvat.*
Ver. *Quouſque pueros venor immani fera*
Nil mitiores? peſtis errantes premat.
Ergo inſequendi reſtat æternus labor?
Vbi latitatis monſtra? fulmineus cremet
Ignis vagantes. Dira venandi ſitis!
Crudelis ardor, perdere inſontes feras!
O ſi ferarum dente diſtractos voret,

Aut vultu atrox, ſævus aut rictu lupus!
Tam dirus ipſos perdat authores amor:
Chor. *His eſſe Regum ludus innocuus ſolet,*
Agitare damas. Ver. *Ludus innocuus, ſanum*
Saturaſſe rabiem pecudis innocua nece?
„ Non parcet homini, qui feram ludo necat.
Quid, quòd juventam fingit intractabilem,
Scabramque, morum tractus è ſylvis rigor!
Aſſueta dumis indolem dumis parem
Conſciſcit ætas. Aſper ingenio ferus,
Animique prorſus confragi princeps erit,
Cui vita ſaltus inter & feras fluit.
1 *Sed quo fugaces calle, quo tractu ſequar?*
Inflatur Chor. *Forte in receſſu vicit acclines ſopor.*
iterum Ver. *Quin ergo ſomnos are terrifico* 1 *excutis?*
cornu. *Properemus. O me* 2 *perditum!* Chor. *O caſum gravem!*
2
Impingit Ver. *Informe lignum, ſydere infauſto ſatum!*
in ſtatuam *Sic pedibus addis truncus infelix moram?*
Jovis *Cape,* 3 *execrande ſtipes, hoc noſtri cape*
3 *Pignus doloris. Flamma te ſtygia manet.*
Statuam *I, mergere nigris, Titio Tartareo rogis.*
Jovis pugione cōfodit. Chor. *O parce princeps; perge horrendum nefas.*
Calcas tonantem, chalybe violaſti Iovem.
Iovem Deorum maximum. O tetrum ſcelus!
Ver. *Stringit medullas horror. In verum Iovem.*
Sævii profanus? Bubo mentiris Iovis
Nil ſpirat iſte, Truncus eſt. Chor. *Fulmen vide,*
4 *Cultumq; & aram: cuncta teſtantur Iovem.*
Pugionē abjicit. Ver. *Dii* 4 *fulminantes parcite. Imprudens manum.*

Tante

Tanto impia vi ſcelere. Chor. *Quis Erebo ſatus,*
Caſu tonantem ſtravit immani Deum?
Ver. *Haud procul eundum. Cujus ex uſu eſt ſcelus,*
Hic & patrator. Geſta Chriſtiadum vides,
Abominanda, fœda, ſacrilega, effera.
O lenta Regum tela! rumpamus moram.
Noſtro Theorgus adſit accitu ocyùs,
Phœbi Sacerdos, Myſta ſupremus Iovis,
Populo verendum pariter ac Regi caput.
Spectator adſit cladis horrendæ: omnium,
Videat in uno ſcelere, Chriſtiadum ſcelus.
Chor. *Verebode ſicam recipe.* Ver. *Sacrilege chalybs,*
Fœdi miniſter operis, æterno ſtygis
Arde camino. Sola furiarum cohors
Te tractet unum, perque Chriſtiadum ſinus,
Viſcera, medullas, corda, flammantem ſ rotet. 5
Ulfa. *Sic rapitur Euro nimbus, horribilem ſinu.* Pugionē iterum abjicit, & cum Chorebo exit.
Geſtans procellam. Rupta metuendos aget
Nubes tumultus. Vnde fulminibus via:
Sequentur ignes, ignibus mixtus fragor;
Grandoque, & imbres, & malus cæli furor.
Firmemus animos frater amplexu pari.
In noſtra præceps capita tempeſtas ruet.
Ruff. „ *Acerba rerum fortiùs nemo tulit,*
„ *Quàm qui prævidit: gravior inopinū quatit*
„ *Ictus.* Ulf. *Vibretur. Pectus ærumnis gero*
Haud imparatum. Si qua diviſos agat 6 Commutant annulos.
Fortuna, gemma firmet abſentis fidem.
Mutemus 6 *aurum, Teſſera ſit,* Unus Deus.

Deus unus eſto Teſſera, & fidei nota.
Sonuêre 7 rurſum nemora. Iam prædam canes
Cogunt ſub iſtum; vincitur curſu fera.
Repetamus aulam.

7 Auditur ſonus cornu venatorii.

SCENA V.

Ulferus Rex cum Proceribus venationi vacat.

Ulferus, Faba, Jumina, Eadbertus, Fauſtus Venator.

ULFERUS.

MOnte de ſummo ruit
Per teſqua ſus terribilis; Armemus 1 *manum.*

1 Omnes venabulis inſtructi.

Fab. *Statione, Princeps, fige ſubducta gradum.*
Ruit aper ingens. Tela ſecurus vibra.
Ulfer. *Nil nobile auſos præda nil animos juvat.*
Libet ire contra. Marte generoſo feram
Straviſſe, Regum eſt. Opto ſpumantem dari
In vulnus aprum. Vel fera Regem timent.
Jum. *Monſtrum tremendum! dente fulmineo viam*
Silvas, Moloſſos rumpit, ac ſpumam ciet;
Horrificat armos denſa ſetarum ſeges:
Malas aduncat oſſa lunata. Eadb. *Imminet,*
Propinquat, irruit, inſtat. Ulf. *Arma, arma proceres,*
Stipate noſtrum chalybe nudato latus,
Fauſt. *Ruit* 2 *Aper, heu! ruit aper.*

2 Adhuc poſt ſpatium.

SCE-

SCENA VI.

Theorgus Archiflamen acriter Ulferum objurgat, quòd Diis neglectis, venando tempus terat. Verebodus à Chorebo ſacrilegii accuſatus, carceri addicitur.

Theorgus, Verebodus. Chorebus, cum aliis præcedentibus.

THEORGUS.

O *Cælum! O Deos!*
Fauſt. *Fugit,* 1 *fugit Aper. Tela: per ſentes Aper,* — 1 Prodit in ſcenam.
(Hecaten triformem teſtor,) elapſus fugit.
The. *Occlude fauces lanio: ſum præſes Deum.*
Vlfere regnas? an diem luſu teris?
Venabulo ſectaris atroci feras,
Hoſtes Deorum præteris ferox aprum
Silvas ruentem figis: Hebræos ſues.
Qui templa, & aras cælitum, & divum toros,
Demoliuntur, pace das alta frui?
En 2 *cerne coram, cerne furiarum nefas.*
Radiata mundi templa, qui nutu quatit, — 2 Oſtendit ſtatuam Jovis everſam.
Hominum, Deumque rector, everſus jacet.
Spoliatus ara, thure, delubro, jacet.
Præceps in ora miſſus, ô ſtygium ſcelus!
Ver. *Humus Tonantem recipit: immanes caput*
Rupére plagæ: ſparſus in oculos cinis:
Frons trita ſaxo: ſpina populatur genas.
Rapuêre vultus, aſperi morſu rubi.
Avulſa collo brachia: excuſſæ manus.
Fœdumque tota ſenſit effigies pedem.
The. *En fulminantis truncus infelix Iovis?*

Hæc cernis? Hæc tueris? Hæc Rector probas?
Regnare, non eſt quatere venatu nemus;
Non canibus apros inſequi, & jaculo capras
Ferire certo. Famulus id quivis poteſt.
Hæc prima Reges cura, ſi neſcis, premit,
Colere Tonantem. Stet ſuum Iovi decus,
Et pereat Orbis: nempe te niveo torus
Suſtentet ebore; jaceat in cinere Deus.
Te tecta cælis æmula ſuperbum tegant;
Iovem nec humili fronde defendat caſa.
Te dives auro velet, ac gemmis honor,
Superos nec umbret ara nec cultu chlamys.
Sic aſtra colimus? Sic adoramus Iovem?
Ulf. *Quis hic triſauci turgidus rictu canis?*
Spectate monſtrum. Dente rabioſo furens,
Reges in ipſos faucibus vaſtis hiat.
Ad arma Proceres. Inſtat immanis fera,
Regum voratrix. Quatere venatu rubos,
Nil amplius opus. Vna cunctarum tenet
Rabiem ferarum lingua Tartarei canis.
Melius in iſtam tela torquentur feram.
O te procacem furvæ Plutonis pompa!
Vellatur imis lingua radicibus. Eat
Cerberea in ora, faucium ad fundum ultimū
Haſtile vindex. Pereat. 3 Ver. *O frena impetum*
Princeps. Ium *Verere maximi Myſtam Iovis.*
Vlf. *Myſtam protervum Ditis inferni voca.*
The. *Vlfere, non me torvus aſpectu rigor,*
Non fulmen oris non tumeſcentes minæ,
Non tela terrent, Summus interpres Deûm
Cauſam Tonantis oro. Proſtratum vides
Summum Deorum, Numen æterni Iovis.

3 Irruit in Theorgum, Verebodus ictum intercipit.

Vlciſ-

Vleiſcere nefas. Sceptra calcabit Ducum,
Regum coronas vertet, evertet genus;
Qui contumaci numen obtrivit pede.
Impunè Reges temnet irriſor Deûm.
Ulſer. *Sacrata 4 Divis Præſul, ô quantum places!*
Depono larvam. Fictus in vultu furor, 4 Abjicit Venabulum.
Mentita verbis ira, telorum mina,
Fidum Tonanti pariter ac Regi probant.
Punctum per omne, peragis officii decus,
Cæli miniſter inclytus. Reges amas
Non Regna. Veri pandis intrepidus facem,
Vel fremet Avernus Regna, ſi tales ſluant
Circum miniſtri, pacis æternet favor
Ergo juventam finge regalis d. n. w.;
Artifice forma pollice, Vlſero ſatos.
The. *Magnanime Ductor, cura nos major coquit*
Divos tuendi. Ver. *Cerne Chriſtiadum ſcelus*
Ulſ. *Crudele ſpecimen, fateor. Authorem indica.*
Per ego paludem teſtor horrendam ſtygis,
Sit ille Regum ſtirpe, ſit cælo ſatus,
Luet ſceleſtus; luet, inexorabili
Nemeſi per omnes tortus exitii modos.
Ver. *Mercede grandi, ſceleris artificem jube*
„ *Ferri ſub auras, Nulla ſecreti fides,*
„ *Vbi clavis auro tangit arcano fores.*
Vlſer. *Nummos paciſcor mille prodenti reum.*
Hac pacta populos protinùs in omnes volent.
Choreb. *Fas omne mundi, teque Divorum Sator,*

Et

Et te virentûm clara ſylvarum Dea.
Virgo triformis, Triplicis regni decus,
Imploro teſtes, triſte Verebodum nefas
Damnat nocentem. Vidimus: crebro Iovem
Aſſiluit ictu, rabidus ut prædam canis.
Vereb. *Cor pepulit horror.* Choreb. *Cumque plagarum ſono*
Accitus, auras finderem; abjecto celer
Mucrone fugit, teſtis accurſum timens.
Ulfer. *Quâ parte ſylva miſſus in latebras chalybs?*

5. Pugionē inter Corylos repertum profert.

Choreb. *Quà denſat umbras Corylus.* Ead. *En 5 telum ferox.*
Ulfer. *Sica furialis! Aurea inciſum indicat*
Nota Verebodum, legite. Jum. *VEREBODVS, lego.*
Theorg. *Quadrat 6 metallum, forma, vagina modus.*

6 Applicat ad Vaginā, quam adhuc gerebat Verebodus.

Ulfer. *Proh monſtra rerum! Spiritum exhaurit ſtupor.*
Verebodus? Horreo. Tale portentum tulit
Britanna tellus? Theorg. *Frontis ô falſæ notas!*
Primus nefandæ nuncium cladis tulit,
Primuſque fecit. Jum. *Dira fraus!* Fab *Tetrum ſcelus!*
Ver. *Vlfere.* Ulfer. *Fruſtra es. Rapite ſacrilegum ocyùs.*
Horrendus umbrâ ſervet, ac ferro ſpecus;
Supplicia tanto paria dum ſceleri 7 exigam.

7 Verebodus à militib⁹ abducitur.

O tuta nuſquam regibus veri fides!
„ *In fronte proſtat, ſi quod eſt aulæ bonum;*
„ *Scelus in receſſu. Regis haud tuta eſt ſalus,*
„ *Vbi Dii petuntur; Tempus imperii ſtatum*

Fir-

Firmare Cæli flexit, ubi culmen dies,
Statuemus; aula fata cui regnum parent.
Quis parta rerum ſceptra ſucceſſor ferat.
Choreb. *Venando feſſos nemora feſtivu parant*
Recreare Choreis, Gramen in toros 8 patet.

8 Cõſident omnes ſuper toros gramineos.

Hîc Chorea Faunorum.
Deinde Chorus Muſicorum,
vel Interludium.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Ulfadus etiam invitus declaratur hæres coronæ, & ſummis procerum votis coronatur in ſucceſſorem.

ULFERUS, ETHELBERTUS, JUMINA, FABA, EADBERTUS, THEORGUS, ULFADUS, RUFFINUS.

ULFERUS.

Pollentis 1 aula decora. Purpurei Duces;
Qui grande mundi frenat imperium Deus,
Hunc eſſe rebus legis immota dedit
Latè tenorem, perſtet immotum nihil.
Latente mundum tenuat attritu dies.
Sunt fata rerum, fata regnorum vices
Nec ipſa fugiunt aſtra, nec ſuo polus
Vacat tremere. Terra, quid ſperet vide.
Et me ſilente tempus annorum fuga
Surripit eundo. Sceptra non ſiſtunt diem.

1 Viſitur Rex in conclavi medius inter proceres.

Et eſto; volucres hora cohibeat rotas,
Stet ſegnis annus; fata, quà veniant, habent.
Formaque lethi mille Regales cubant
„ Circum penates. Omnis ad Regum domos
Media per acies ducit hoſtiles via.
Hinc Merciani proximum imperii caput,
Sociumque regni columen. Vlſadum creo.
Proceres probatis? Ethelb. *Vince vivendo Iovem*
Magnanime Ductor; ſi tamen pulchro ſedet
Beare terras Principe, Vlſadum crea.
Fab *Spirat parentem. Totus Vlſerum imbibit*
Cum lacte patrem, natus Imperio puer.
Eadb. *Natura, primo nobilem ſatu ducem*
Præfecit aulæ; jure naſcendi prior
„ Sceptrum repoſcit. Jum. *Qui ducem populis creat,*
„ Salubre mundo Solis accendat jubar:
Vlſadus Orbem luſtret, haud phœbo minor.
Theor. *Divina juvenem vinxit ad ſceptrum manus*
Sydereus igne pectus afflavit Leo.
Dextram Gradivus, ora Majeſtas Iovis,
Minerva mentem, labra formavit Charis.
Sic omnis unum fluxit in puerum Deus,
Et parte ab omni regis effulgent notæ.
Ulfer *Hæres paternæ regnet Vlſadus domus.*
Omnes. *Hæres paternæ regnet Vlſad⁹ domus.*
2 Affertur ab Ephebis Regius ornatus.
Ulfer. *Huc 2 ſceptra pueri. Nate Genitoris manu.*
Capeſſe Regni decora, queis felix diu
Poſt fata patris, pondus imperii geras.
Ulfad. *Nemo eſſe felix pondere ferendo poteſt.*

Te

Teſerus, aurea Regna frenantem, ſopor
Tranſmittat aſtris, Genitor: Vlfa dum ſua
Da ſponte vitam fingere, imperio procul
„ Strepituque rerum. Sceptra qui tenuit ſui,
„ Seque obſequentem ſubdit Rector ſibi,
„ Regnat beatus. Trabea nec Regem facit;
Non frontis auro clarus, ac gemmis apex;
Non dives oſtro ſyrma, non fulvis ebur
Seſſile columnis, æmula nec aſtris domus,
Non denſus ære miles, & multo gemens
Sonipede campus, uber aut glebis ager.
„ Rex eſt, modeſta regna qui mentis tenet:
„ Qui ſpe metuque major, immodicum nihil
Indulget animo: fronte qui pari minas
Riſumque ſpectat ſortis ac pedibus vagum,
Subjecit orbem victor. Hic animos Polo,
Imperia terris æquat. Has regni notas,
Hæc ſceptra. Genitor, corde flammato ſequor.
Ulfer. *Quò veheris æſtu Nate? Quis mentem Deus*
Rapit entheatam? verba non hominem ſonant.
Nec ipſa ſenſum vota mortalem ferunt.
Renuis coronam? Grande fortunæ bonum,
Quo nec Deorum, velle fac, quiſquam poteſt
Majus dediſſe, Regna cunctando fugis?
Decora alta Regni, quæ per immenſos homo
Optet labores empta, per Martis vias
Latè cruentas, per novercales dolos,
Cæcumque vitus, mille per ſcelera petit.
Ulfad. *Si Numen orat, ſi movet mentem Deus;*
Sequi recuſem? Theorg. *Numen & Furias movet;*
Nec ſuus averno deſit Acheronti Deus,

Qui

Qui fugere regni juſſit oblati decus,
Non ille Olympum ſuper, & Aſtrorum domos
Regnavit unquam. Genius eſt nigræ ſtygis,
Livore fauces plenus, & fraudum faber.
Ulfer. *Quid verba jactas? Si regit mentem polus.*
Obſequere Patri. Stemma Cæſariem premat,
Ulfad. *O ſiſte juſſa Genitor. Imparibus onus*
Minatur humeris dextra. Supplicibus patrem
3 *Superare votis liceat. In fratrem libens*
Tranſmitto Regnum. Sceptra Ruffinus gerat.
Ruff. *Ego, te remoto, I Frater, ut ſceptrum geram?*
Meliora Numen! me ſimul dulcis vocant
Studia quietis, mole curarum procul:
Vbi me petitus ipſe, fortuna ſuper
Vaga Regna, puros exigam felix dies.
Tibi, frater, aula ſorte naſcendi patet.
Ethelb. *Portenta rerum! Sceptra pietatem ingerunt*
Sed reſpuenda. Vlſer. *Non, ut Oedipodas amor*
Sævus regendi dividit: Regni fuga
Noſtram ſtupendo Marte progeniem ſecat.
Fatum eſt. Habenas imperi Vlſadus regat.
Ethelb. *Hoc jura ſortis, vota populorum, patrum*
Decreta, procerum ſtudia, regnorum ſalus,
Et cui reniti crimen eſt, parens jubet.
Vlſad. *Fas deprecari.* Vlſer. *Sceptra quò rennis magis,*
Hoc ſanctiori ſceptra geſtabis manu.
„ Sequitur fugacem gloria, ſequentem fugit.
Regnabis, ignes teſtor æterna domus.

Rex tentat coronam imponere.

Re-

Digitized by Google

Regnabis. Iſto nemo nos animo Deus
Vnquam amovebit. Vlfad *Vicit Vlſadum parens.*
Vlfer. *Premat 4 alta crines Gemma.* Vlfad. *Sed curis caput,* 4 Coronatur Vlfadus.
Vlfe. *Humeroſque trabea.* Vlfad. *Grande cervicibus onus.*
Vlfer. *Aurata dextram ſceptra.* Vlfad. *Niſi dextrè geram,*
In me retorta tela. Vlfer. *Iam ſolium ſubi.*
Vlfad. *Veram cataſtam, torquet ubi Reges Deus.*
Vlfer. *Quem quiſque legit, principem agnoſcat ſuum.*
Benè auſpicatum latus imperio diem
Æternet axis. Vivat æternum meus.
Vlſadus. Ruff. *Orbis 5 gemma, deliciæ Deum.* 5 Singuli per vices oſculãtur manum Vlfadi.
Theorg. *Amor Tonantis principum jubar.* Ethelb. *Decus.*
Procerum. *Gradivi fulmen.* Jum. *Aſtræa Bilanx,*
Miſeris levamen. Fab. *Columen imperii, Salus*
Populi. Eadb. *Nocentum Terror, Inſontum Deus.*
Vlfer. *Iam feriat auras ære numeroſo tuba.*
Omnes per aras fumet Indorum ſeges.
Vacet aula ludis; plaudat in numerum cita
Choreas Iuventus. Mercia triumphos agat,
Totumque latos celebret imperium dies.

Ludi

Qui fugere regni juſſit oblati decus,
Non ille Olympum ſuper, & Aſtrorum domos
Regnavit unquam. Genius eſt nigra ſtygis,
Livore fauces plenus, & fraudum faber.
Ulfer. *Quid verba jactas? Si regit mentem polus.*
Obſequere Patri. Stemma Cæſariem premat,
Ulfad. *O ſiſte juſſa Genitor. Imparibus onus*
Minatur humeris dextra. Supplicibus patrem
Superare votis liceat. In fratrem libens
Tranſmitto Regnum. Sceptra Ruffinus gerat.
Ruff. *Ego, te remoto, I Frater, ut ſceptrum geram?*
Meliora Numen! me ſimul dulcis vocant
Studia quietis, mole curarum procul:
Vbi me petitus ipſe, fortunæ ſuper
Vaga Regna, puros exigam felix dies.
Tibi, frater, aula ſorte naſcendi patet.
Ethelb. *Portenta rerum! Sceptra pietatem ingerunt*
Sed reſpuenda. Vlfer. *Non, ut Oedipodas amor*
Sævus regendi dividit: Regni fuga
Noſtram ſtupendo Marte progeniem ſecat.
Fatum eſt. Habenas imperi Vlſadus regat.
Ethelb. *Hoc jura ſortis, vota populorum, patrum*
Decreta, procerum ſtudia, regnorum ſalus,
Et cui reniti crimen eſt, parens jubet.
Vlfad. *Fas deprecari.* Vlfer. *Sceptra quò renuis magis,*
Hoc ſanctiori ſceptra geſtabis manu.
„ Sequitur fugacem gloria, ſequentem fugit.
Regnabis, ignes teſtor æterna domus.

Rex tentat coronam imponere.

Regnabis. Iſto nemo nos animo Deus
Vnquam amovebit. Vlfad *Vicit Vlſadum parens.*
Vlfer. *Premat 4 alta crines Gemma.* Vlfad. *Sed curis caput,* 4 Coronatur Vlfadus.
Vlfe. *Humeroſque trabea.* Vlfad. *Grande cervicibus onus.*
Vlfer. *Aurata dextram ſceptra.* Vlfad. *Niſi dextrè geram,*
In me retorta tela. Vlfer. *Iam ſolium ſubi.*
Vlfad. *Veram cataſtam, torquet ubi Reges Deus.*
Vlfer. *Quem quiſque legit, principem agnoſcat ſuum.*
Benè auſpicatum latus imperio diem
Æternet axu. Vivat aternum meus.
Vlſadus. Ruff. *Orbis 5 gemma, delicia Deum.* 5 Singuli per vices oſculātur manum Vlfadi.
Theorg. *Amor Tonantis. principum jubar.* Ethelb. *Decus.*
Procerum. *Gradivi fulmen.* Jum. *Aſtraa Bilanx,*
Miſeris levamen. Fab. *Columen imperii. Salus*
Populi. Eadb. *Nocentum Terror, Inſontum Deus.*
Vlfer. *Iam feriat auras are numeroſo tuba.*
Omnes per aras fumet Indorum ſeges.
Vacet aula ludis; plaudat in numerum cita
Choreas Iuventus. Mercia triumphos agat,
Totumque latos celebret imperium dies.

Ludi-

Ludi Regii in Coronatione Ulfadi.

ARGUMENTUM LUDORUM.

CAdmus Thebanus, proſeminatis dentibus Draconis, Milites è terra excitat. Hi Chorea militari concurrentes, mutuis vulneribus occumbunt Cadmus in fatis eſſe ait, ut vitam recuperent, ſi præſtantiſſimi Principis ſceptro contingantur. Quare Ulfadi ſceptro tacti ad vitam revocantur, & Principis manum deoſculati recedunt.

CADMUS.

DEntes draconis, ſemen horrendum ſero:
Erumpe ſulcis, Martis in furias, Ducum
Deprœliatrix turma. Victrices diem
Victaque palmæ fronde non una colant.

Hic excitantur milites, & choream militarem agunt, quâ finitâ

CADMUS.

SIc Marte Martem ſtravit alterno cohors,
Servare Regum eſt. Lucis ereptæ jubar
Hac lege ſpondent fata, ſi princeps, tui
Fulgore ſceptri tangat extinctos, honor.
Ulfad. *Sceptrum parentis poſce.* Cadm. *Fatorum vices*
In te recumbunt. Ulfa *Vivat Heroum genus.*
Cad. *Exurge martis, luce meliori, 1 phalanx:*
Tantaque prona ſortis authorem cole,
Orbis triumphum proximum Vlfero 2 caput.

1 Sceptri contactu excitantur.

2 Arma, ad Principis pedes deponunt, reſumunt, & manum deoſculati recedunt.

SCENA

SCENA II.

Nuntiato templi Apollinis incendio, Ulſadus Chriſtianum ſe profitetur, & patris aſpectu prohibetur.

NUNTIUS, ULFERUS, cum cæteris præcedentibus.

NUNTIUS.

REx magne, feſtos aula dum ludos ciet,
Proh ſors acerba! culmine à ſomno ruit
Domus alta Phœbi, veteris immenſus labor
Ævi. Ulfer. *Quid? ille marmore æterno tholus!*
Arx illa Superûm, vertice feriens polum.
Centumque moles ardua columnis ruit?
Nunc. *Iacet, nec opere ſuperat è tanto cinis.*
Ulfer. *An fulminante paſſa fortunam Iove?*
Nunc. *Immune cælum eſt. Gente Chriſtiadûm ferunt*
Aliquem, flagrantes igne tartareo faces
Iactaſſe in adita. Flamma laxavit viam
Prohibente nullo, perque congeſtas opes
Graſſata, primos intus accendit rogos.
Nec ipſa timuit ora fulgentis Dei
Sacrilegus ignis. Arſit, & Phœbus face
Aliena, & auro culta radiorum coma
Fumare didicit victa Vulcano. Foras
Tandem evolutus culmen exuperat furor,
Æſtuque ſanum involvit, & totum ſua
Sub Æde Phœbum mole colapſa premit.
Sic tumulus idem pariter, ac templum fuit.
Sed nec jacere cinere compoſitus ſuo
Potuit Apollo. Turbine adverſo Notus

Rapuit

Rapuit per auras quidquid è buſto eſt ſuper.
Vlfer. *O facinus audax, triſte furiarum ſcelus!*
Unde hoc nefandæ ſtirpe Chriſtiadum genus?
Quæ Regio, Ditis, quiſve damnati ſinus
Orbis, creavit peſte Gorgonea ſatos!
Theorg. *Iurata Solis bella cum ſuperis gerũt.*
O Solis arx! O regia! O Divûm domus!
Vlfer. *Potuit prophanus, potuit, hoc quiſquam nefas?*
Sed eſto, latebris mandet æternis caput;
Petat aſtra profugus; lateat Oceani ſinu
In hoſpitali. Ditis umbroſo fugam
Committat antro; quærat abſtruſa, invia,
Incogitata, non tamen noſtras reus
Effugiet iras, Pœna ſceleratum premet.
Jum. *Moderare felix, ſceptra, Nelida ſenis*
Viſurus avum, nec priùs cælo novam
Adjunge flammam, clarius ſtellis decus,
Quàm peſte, furiis, chalybe, numeroſa nece
Fex Chriſtiana penitùs in cladem ruat.
Vlfer. *Decreta Nemeſis. Dira Chriſtiadas premet*
Cohors malorum. Quiſquis in Chriſtum pius
Priſcum Deorum Numen abnuerit; meus
Sit ille ſanguis, natus an pater, parum eſt,
I *Teſtor Tonantem, Spiritum inimicum expuet.*
Omnes evaginant gladios. *In templa Superûm ſævus in jugulis chalybs*
Gentis nefandæ ludat. Huc proceres manum.
Firmate Divis, jure jurando fidem;
Tactoque ferro quiſque, quæ voveam prior,
Concepta verbis vota, concipiat ſequens.

Dii

Dii 2 fulminantes, tuque regnator ſtygis,
Et tu profundi Domitor, undarum potens,
Teſtes adeſte; rumpat hac mucro fibras:
Niſi Chriſtianas mucro tranſadigat fibras.
Omnes-- 3 *Rumpat has mucro fibras:*
Niſi Chriſtianas mucro tranſadigat fibras.
Ulfer. *Vlſade, 4 quid cunctare? Num palam Deos*
Pudet fateri? Dira Chriſtiadum pudet
Odia feroſque Gentis in cælum impetus
„ *Fregiſſe? Iuſta Principem pietas decet.*
Annecte votis vota. Ulfad. *Quid voveam, doce.*
Ulfer. *Sontis ruinam Gentis.* Ulfad. *Inſontem reor.*
Ulfer. *Hoſtem Deorum?* Ulfad. *Vana quos peperit fides.*
Ulfer. *Quæ pectus urget furia? Quis mentem abſtulit*
Delirus error? Seriò an joco patrem
Morare? Ulfa. *Patrem fallere jocando, nefas.*
Ulfer. *Divis inanes credis aſtrorum domos?*
Ulfad. *Plenas, aut uno fræna qui mundi regit.*
Ulfer. *Num fræna ſolus molis immenſa regit*
Iupiter? Ulfad. *Averno merſus inceſta luit*
Supplicia vita Iupiter. Chriſtum volo.
Ulfer. *Exanguis artus horror excuſſos quatit.*
Chriſtum profane? Patris infamis pudor!
Vnde iſta mentem dira vitiavit lues?
Age pervicax, teſtare juratus Iovem,
Diriſque, tacto chalybe, Chriſtiadas vove.
Vel in abnuentis viſcera irrumpet chalybs.

2 Flectat Rex prætento gladio.

3 Suo quiſque gladio Regis enſem cõtingit.

4 Ulfadus gladium non eduxerat.

Ulfad.

Ulfad. *Ignoſce Genitor, gentis innocua caput*
Diru vovere ſi negem, Chriſti ſequax.
Ulfer. *Peris nefande.* Fab. *Siſte violentum impetum.*
O ſiſte Princeps. Magicus Vlfadum dolus
Forſan fefellit. Tempus in melius trahet
Conſilia. Ulfer. *Procul hinc patris aſpectu probrum*
Aufer: paternum nec prius vultum ſubi,
Inſanientem ſana quàm mentem quies,
Amórque Divûm repetat. Accelera fugam.
Malè auſpicatus ſceptra commiſit dies.
Sed eſto, patris temnat imperium puer.
Tremet paterni fulmen imperii puer.
Si regno, vincam: victus imperium exuam.
Removete proceres proximam in ſedem gradus;
Paucula Theorgo ſolus adſcito, exigam.

Irruit in Ulfadum enſe, quē intercipit Faba.

SCENA III.

Ulferus Theorgum conſulit ſuper filii defectione ad Chriſtum.

ULFERUS, THEORGUS.

ULFERUS.

THeorge, curis dulce lenimen meis,
Cogor fateri, vulnus in venis alo,
Oſſibus in imis ardet immenſum dolor.
Vlfadus, heres imperi, Vlferi jubar,
Iovem peroſus, turpe Chriſtiadûm genus
Affectat ultrò. O Regia opprobrium domus!
Ego fata rebus, Numen, aut Superos putem
Vſquam praeeſſe? colimus ingenti Deos
Mercede, templis, thure, ſimulacris, grege,
Et hæc repenſant? ſola terrarum Dea
Fortu-

Fortuna, mundum turbine audaci rotat.
Hæc inſolenti læta ludibrio, ſacros
Invadit apices. Vertice in noſtro globum
Torquet, retorquet parte, quà lædat magis.
O bruta meretrix, cæca Plutonis nurus!
Dea turpis! Orci Furia! Pythonum ſoror!
The. „ *Vlfere princeps, perdidit veri jubar*
Mens ægra curis. Omne ſub regno jacet
„ *Graviore regnum. Gregibus imperitant ſuis*
„ *Reges: at ipſos regnat in Reges Deus.*
Nec fixa Divis fata: ſed fatis Dii
Fixêre legem. Fatur, & grandem Iovis
Vocem ſequuntur fata. Fatorum dein
Volvuntur orbe Regna, Regnorum Duces,
Vrbes, opesque, pacis ac belli vices.
Nil ſorte geritur. Si qua ſors nutum Iovis
Pendula veretur, cujus imperio, levem
Siſtit, movetque vicibus alternis rotam.
Ulfer. *Iovis ergo nutu tantus Vlferum dolor*
Tam fœda tabo vicit Vlfadum lues?
Theorg. *Vicit Acherontis aliqua de regno*
ſoror;
Vicit ſuſurros ore Circæo canens.
Fax Chriſtiana. Ulf. *Patuit hoc Iovi nefas,*
Nec torſit ignes? Theorg. *Hanc tibi meliùs*
vicem
Remiſit ultrò. Te ſuum tellus Iovem
Implorat atri ſceleris ultorem. Faces
Tu ſparge vindex, Ulfer. *Nocte dum cæca*
latet
Nefas, triſulcum Iupiter telum vibrat:
Cùm patuit, enſem regia ſtringunt manus.

Theorg. *At non ſilenti virus illapſu fluit,*
Humileſve ſurdo repit in caſas pede.
Afflavit aulam. Sparſis in proceres luem.
Audax in ipſum ſerpit Vlferi genus.
Vbi flamma victrix culmen exuperat, moras
Non patitur aſtus; lapſat in cineres domus.
Ulfer. *Ergo huc trinode robur Alcida, Iovis*
Fulmen ſagitta Cynthii, Martis Chalybs.
Hoſtes Deorum nulla non tela obruant.
Theorg. *Exemplum in ingens prima Verebodum eruant*
Exitia. Diram ſpectet Vlfadus necem.
Concutiet animos caſus excelſi Ducis,
Aulamque tanti pœna frenabit viri.
Ulfer. *Sic eſt, Olympum teſtor, hic noſtram dolis,*
Cantuque prolem vicit, O quanta manent
Pœnæ ſceleſtum! „ Iuſta cum proceres luun
„ Supplicia, Plebem cogit in gyrum timor.
Theorg. *Sunt, quos amico vincit affat*
favor,
Mollisque ductus, aſper accendit rigor.
„ Amore vinci regius animus ſolet.
Aggredere natum blandus, & molli priu
Vtere medela. Ulfer. *Vereor, ut clauſum fibris*
Medico venenum cedat. Theorg. *Inſtandum minus.*
Ulfer. *Fac nil timere.* Theorg. *Verba qu parum timet,*
Verbera timebit. Vis reluctantem domat.
Ulfer. *Servus domatur fuſte, verberibu puer.*

Theorg

Theorg. *Amore flecti qui negat, ſervum puta*
„ *Vel Rege natum. Regere quem ratio nequit,*
„ *Puer eſt, ab avo ſit licèt grandi ſenex.*
Ulfer. *Sæpè obſtinatum vertit in pejus rigor.*
Theorg. *Sæpè renuentem traxit, in melius rigor.*
Ulfer. *Regi timendum, quidqnid indecorem notat.*
Theorg. *Qui ſcelera juſtus plectit, indecorem nega.*
Ulf. *Nimis eſſe juſtum, ſæpè dominanti nocet.*
Theorg. *Magis remiſſum,* „ *Cauſa dum geritur Deûm.*
„ *Ruina Regum eſt, eſſe clementes nimis.*
Ulf. „ *Qui mite ſceptro jungit auſpicium ſuo;*
„ *Regnat beatus. Regna cuſtodit fides,*
„ *Fides amorem ſequitur. Imperiis amor*
„ *Lenibus adhæret.* Theorg. *Vincit ubi culpa amor.*
Dominetur unus; cùm nequit, regnet timor.
Ulfer. *Sed finge cuncta tentet incaſſum pater.*
Theo. *Cui tabe corpus utitur, partem ſecat,*
Sincera tabis membra ne peſtem trahant.
Ulf. *Vicina cordi membra qui ſecat necat.*
The *Vitiata timidus membra niſi feris, peris.*
Ulf. *Patris feriri dextera natum jubes?*
The. *Regis suendos dextera moneo Deos.*
Ulf. *Benè eſt, tuebor. Tu priùs quidquid vales*
Animis, vel arte, contrahe ut natum Diis,
Patrique reddas. The. *Dona conciliant Deos.*
Tentamen artis, fulva nummorum ſeges
Præeat neceſſe eſt. Mille v. tivi gregis
Sternam per aras capita. Fluat auro manus,

Stygiaque purum labus Vlſadum dabo.
Ulf Haud deerit aurum, Regis interea fidem
Adamante ſigno. Perfer ad metas opus;
Et paria ſceptris pretia ditatus feres.
The. Mens iſta, Princeps, aggredi Vlſadum labor.

SCENA IV.

Theorgus injuriæ memor, ultionem meditatur.

THEORGUS ſolus.

1 Regem abeuntem irridet.

I Stipes auro dives, I fulvi pecus
Velleris; Inane mentis 1 pictum caput.
Læſit Theorgum truncus, & fidit tamen.
Repetit amicum, fauce quem rabidâ canem,
Canem triformem dixit, & Ditis popam,
O funge Regum! Nempe placatum putat,
Quem præpotentem pariter, & læſum videt,
Sperat fidelem, cujus in jugulum, ferox
Vibravit haſtam. Paveo commemorans. Tribus
A morte digitis abfui, ſummus Poli
Soliquæ Præſul Nempe ſimulato minas
Furore vomuit. Credat è trivio puer.
Timuit Theorgum; decora nec frontis potens,
Nec evibratas ferre luminibus faces,
„Nec fulmen oris. Animus ignavo cadit,
„Cùm non timetur, Infer, ubi dubitas, pedem.
„Timere ne crederis, hoc unum time.

2 Annulum duobus anterioribus digitis oſtentat.

At rara pretio gemma devinxit fidem.
Arridet oculis gemma, naturæ lepos,
Scintilla 2 cæli, concolor ſtellis jubar,
Mundi minoris phœbus, aſtrorum ſatus,
Lux gelida, vinctus compede æterna latex,
Ocel-

Ocellus orbis maximum in minimo decus.
Rerum ſub arctam ducta Majeſtas notam,
Terra ſupellex prima, divitiæ, nitor.
,, *Pretio coëmpta, vincitur pretio fides.*
Adamante, fateor, emit Vlſerus fidem;
Fidem ſed oris, cordis haud emit fidem.
Læſiſſe ſatis eſt. Ira vivaces alet.
Æterna flammas. Ardet articulis lapis,
Odium medullis. Citiùs adamantem rogus,
Quàm mentis æſtum vincet accenſa dies.
Per ego Megaram juro: ſed motos jubet
Celare fluctus cardo. Simuletur quies.

SCENA V.

Theorgus avaritiæ ſtudio duos Aulicos deludit.

DUO AULICI, THEORGUS.

I. AULICUS.

EXoſa quondam limen exceſſit meum
Fortuna, lapſu cuncta maleſauſto fluunt.
Tu flecte votis, flecte muneribus Deam.
Theorg. *Ingens Olympi Numen imploras Iovem*
prenſis habenis mulcet, ac nutu Deos
Frenat minores, quem tamen refuga ſemel
Deſtituit aula, grande niſi cumules opum
Manus, reviſit nunquam. I. Aulicus. *At ecce nobile* 1 Dat inaures.
Gemmis & auro munus. Hic aures honor
Veſtit aperitque. The. *Facilis in tuos pedem*
Refert penates diva: ne præceps fugam
Capeſſat ultra, torque geminato liga.

Digitized by Google

Aure revincta ſtabit æternùm Dea!
I.Aulic. *Auro* 2 *fugacem ſtringe nodoſo. Vale.*
2 Dat torquem aureum. Theor. *Fortuna caſus, ſi qua mortales agit,*
Hunc egit unum proſperè, ut ſtolidum pecus
Mihi ſe litaret, vellere aurato latens.
Ego ara ſortis. Fixit hic ſedem Dea.
Sua cuique mens fortuna. Cui rerum ſagax,
Luciſque dices anima fortunam domi
Felix alumnam ſervat. At ſicui tumet
Sine mente cervix, irrita ſortem prece
Sollicitat. Alas mens ubi cælo quatit,
Subit alta limen ſors; ubi pennas humi
Figit 3 *caduca, ponè pauperiem trahit.*
3 Prodit ſecundus Aulicus. II.Aulic. *Maximè Tonantis Flamen; eſt quod te rogem.*
Poteſne totos fontis Aonii lacus,
Phœbi furores, omne Muſarum melos,
Et quidquid æſtus unda caſtalidum creat,
Has in medullas trahere? Me vatum choris
Iuvat inſeri, ſublime pieridum decus.
Theor *Qua dote Phœbum credis, aut dulces emi*
4 Dat pateram auream. *Pignore Camenas?* II. Aulic. *En* 4 *tibi Gemmis gravem*
A troque pateram. Munus arridet? Theorg. *Placet.*
Aurea poëtam vena gemmatum dabit.
I plenus œſtro, plenus Aonidum choro.
Tibi totus undat gurges Heliconis. Cane;
Vinces vel ipſos ore nectareo Deos.
Nondum caleſcis; aſtra ſydereus olor
Nondum ſalutas? II. Aulic. *Phœbus afflavit iecur.*

Sequar

Sequar aſtra pennis, meque clamoſi levans
E nube vulgi, regna ventorum ſuper,
Vatum canores inter agitabo 5 greges.
Theor. *Vatũ ſtrepentes anſer angebis greges.*

5 Exit.

SCENA VI.

Theorgus accepto Regis munere pecuniario, Lycambrum filium in fraudum adminiſtrum adſciſcit.

LYCAMBER, THEORGUS.

LYCAMBER.

V*Erende Genitor, aureum juſſus fero*
Ab rege munus. Quà patet regnũ, jubet
Aras calere victimis, cælum prece,
Delubra fumo. Repetat Vlſadum ſalus.
The. *Potiamur auro; perdat Vlſadum ſalus.*
Verum Tyranno dedimus immani fidem.
Promiſſa repetet. More ſine priſco Iovem,
Deoſque rursùm ſoſpes Vlſadus colat,
Periit Theorgus Notus Viferi furor.
Quid commiſcar? Rebus in dubiis opem
Affer parenti nate. Lycamb. *Quod ſpiro,*
tuum eſt.
Tu mihi Deorum primus. Imperiis manum,
Mentemque & ora, promptus admoveo tuis.
Robur lacertis, mente verſutus vigor,
Victrix in ore ſuada; quid jubeas, vide.
The. *Audeſne?* Lycamb. *Mandet Genitor, occurram Iovi.*
„ *Vel fulminanti.* The. *Mole ſe tacita movent*
Conſilia ſumma. Fraude non armis opus.

Poteſne pulchra fronte mentiri? dolos
Verſare verbis? arte perfidiam ſequi?
Lycamb. *Poſſum.* The. *Sacrata jus amicitiæ, fidem,*
Dextras, amorem fallere, & pacti vices?
Lycamb. *Poſſum.* The. *Doloſis ora virtutum notis,*
Geſtuſque, & omnem fingere pudoris modum,
Dum corda ſcelerum monſtra polluto latent?
Lycamb. *Poſſum.* The. *Citata volvere ingenium rota,*
Huc nunc & illuc, omnis officii faber;
Servire ſcenæ doctus, ac riſum brevi
Fletumque ſpatio dividens, omnes dare
Capereque flexus mentis, & cordis notas?
Lycamb. *Poſſum.* The. *Quid ultra?* Lycamb. *Quidquid adjiciet parens.*
Vis me ferarum in terga vultuſque efferos
Induere? Pareo. Vis ſub horrendi jubas
Migrem Leonis, dira quem rabies premit
Edendi, & hoſtem gregibus immanem dedit?
Horrendus ultro rugiam in ſylvis Leo.
Vis forma villis referat, ac rictu Lupum,
Lupum furore cædis humanæ, domos.
Latè cruentem? Nocte ſub ſera lupus
Vel tibi tremendus, cæde vaſtabo domos.
Vis teter orbes Anguis immenſos traham
Suffectus igne colla? ſinuoſo ferar
Lapſu per arva coluber, & linguâ viros
Feriam triſulcâ. Diſpice, quid optes magis.
Hydrus, an Hyæna, Taurus an Tygris, Draco,
An Vrſus: omnis placeat ex æquo fera,
Iubente patre, The. *Vincis obſequio patrem*

O

O Nate. Formis tempus haud iſtis eget.
Sed finge vultus. Stet ſupercilio pius
Ex arte faſtus: ore mentitus pudor:
Colludat oculis candor, alloquio fides,
Gravitate geſtus, grandis inceſſu gradus,
Simulata totum ſanctitas pingat virum.
Hoc fretus aſtu, jungere Vlfado comes,
Chriſtumque fuco faſſus, abjura Iovem.
Hinc apta ſeſe pandet ad fraudes via.
Tibi credet animum juvenis, & molli ſinus
Tentabis ictu. Si qua conſilii emicat
Nova lux, parenti perfer, Vlfadum Diis
Reſtitue, & auro colla gemmato premes.
Lyc. *Stat, imperaſſe. Patris imperio, Deos*
Deaſque fraudum ſentio illapſos fibris.
Mihi me remitte. Reliqua fortuna dico.

CHORUS vel Interludium.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

Ulfadus Ruffinum Fratrem in propoſito vacillantem confirmat.

ULFADUS, RUFFINUS.

ULFADUS.

R*Vffine, ſalve.* Ruff. *Servet Vlfadum ſalus.*
Ulfad. *Frater, quid alto ſpiritum è ſinu trahis?*
Ruff. *Telluris imo impreſſus ubi clauſtro, latet*
Obicibus arctis Æolus, hiantem niſi
Laxes meatum, ſævit, ac vaſto ſolum
Tremore quaſſans, ultimam mundo ciet

Digitized by Google

Latè ruinam. Ulfad. *Frater ambages canis,*
Ruff. *Agitor.* Ulfad. *Cupreſſum firmat agitatam Notus.*
Ruff. *Luctor.* Ulfad. *Virilem lucta virtutem probat.*
Ruff. *Titubo.* Ulfad. *Gradum firmare titubantem decet.*
Ruff. *Labo.* Ulfad. *Labanti frater apponit manum.*
Ruff. *Fruſtra labantem ſiſtit, ubi lapſus juvat.*
Ulfad. *Semper nocet labare; quem lapſus juvat,*
Exurgit ille celſus, haud pronus labat.
Ruff. *Quid priſca patria Numina exoſi, novum*
Meditamur ultrò Numen? Ulfad. *O Frater, labas.*
Ruff. *Exurgo celſus.* Ulfad. *Lapſus hic nimium nocet.*
Ruff. *Nocet vetuſtos ritè venerari Deos?*
Ulfad. *Si, quod ſequare melius, in promptu eſt, nocet.*
Ruff. *Nocet verendum patris imperium ſequi?*
Ulfad. *Iniqua cùm ſunt patris imperia, nocet.*
Ruff. *Nocet benigna ſortis amplecti vicem?*
Ulfad. *Præferre ſortis munera ſaluti, notat.*
Ruff. *Sequitur beatam tuta fortunam ſalus.*
Ulfad. *Neſcit bifrontem tuta fortunam ſalus.*
Ruff. *Vlfade, quo nos vana tranſverſos agit*
Imago mentis? Tanta conſequitur fides
Ludibria ſomni? Pudeat illuſum trahi;
Gradumque, quò te genitor invitat, refer.

Re-

Recurſet animo, frater. aurata decus
Imgens Corona, ſparſa divitibus toga
Gemmis; coruſcans aurea, ſceptrum nota,
Doctèque ſecto purus Elephanto torus.
Quid tecta ſummi paria culminibus Iovis?
Quid vis Clientum? Quid ſalutantum vomēs
Vndam ſuperbis fulta cardinibus Domus!
Quid jus in omnes? Quid ſuperbificum tre-
mens.
Nutum regentis vulgus, & plauſu ſequens.
Conceſſa magnis quidquid Imperiis gerit
Regum libido? Frater, hic nondum tuos.
Perſtringit oculos fulgor? Ha nondum faces
Vrunt medullas, molle nec lambunt jecur?
Sin fixa mens eſt. ſtare, quo ſtamus gradu;
Actum eſt, perimus. Vna memoratas premet.
Opes ruina; forſan & vitam premet,
Nota Genitoris ira. Dum fas eſt, pedem
Retrò feramus. Ulfad *Frater, oratum eſt ſatis.*
Sic vanus animum vertit inpraeceps nitor?
Sic muſca rutila capta ludibrio facis,
Excuſſit alas? Frater, ubi toties mihi
Data dextra? Nodus vinxerat fidem ſacer;
Nodum revellis. Vna ſub gemino ſtetit
Mens pectore? Pares pectori mentes facis.
Quae cauſa facti? evanidus Regni decor?
Diadema? curis implicat gravibus caput,
Sceptrum? Timorem pariter, ac odium ciet.
Purpura? Cruentam praecipit regum necem.
Solium? Cacumen, unde per praeceps ruas.
Sic notus alti luſus imperii? rota
Sic nota vitrea ſortis! I nunc & jubar

Miratus aula, linque, quam premis viam.
Ruff. *Cùm tunſa puppis vela pugnaces agunt*
Aquilo, Notuſque, nutat hinc illinc ratis,
Incerta, cui ſe credat urgendam duci.
Ulfad. *Adhuc vacillas?* Ruff. *Spes agit regni tenax.*
Ulfad. *Ergo maligno preſſa ſubſedit ſitu*
Objecta nuper forma regnantis Dei?
Miſerum beato poſthabes regnum miſer.
Captas caducum, Chriſtus æternum parat.
Breve meditaris, pandit immenſum Polus.
Petis agitatum, ſpondet immotum fides.
Quid cæcus ambis? Cerne, quis regno color.
Quæ forma. Monſtrum ditis emiſſum lacu
Iurabis. Oculos turpat inſomnes rubor:
Sedet alba capiti cura: corrugant minæ
Frontem: Bilinguis labra diducit dolus:
Invidia dentes acuit: expallent genæ
Pudore pulſo: divite rapina tument
Manus adunca: latera convellit pavor:
Deformat aures Palpo: inæquales onus
Diſtorquet humeros: Faſtus inceſſum regit:
Totumque decore corpus everſum ſuo
Solvit voluptas improba. O fallax bonum!
Hic ille quondam regibus amatus decor?
Hæc forma tantis meta votorum procis?
Hæc te laceſſit, & laceſſitum rapit
Formoſa ſpecies? vane regnandi furor!
Spes dira ſceptri! Ruff. *Cogit ad patrem timor.*
Ulfad. *Ergo ille Ditis horror, immanem Darſo*

Pandens

Pandens hiatum, ceſſit ex animo fugax?
Potes Acherontis ferre crudelem Ducem,
Nequis parentem? *Frater.* Ruff. *Vbi ſequeris patrem.*
Ulfad. *Socie.* Ruff. *Alienus mente diſſocias jugum.*
Vlfad. *Amice.* Ruff. *Divos abjicis, amicum negas.*
Ulfad. *Ruffine, Amice, ſocie, frater, ô ſacri*
Per quidquid uſquam eſt nominis, ſupplex rogo
Converte greſſum. Ruff. *Patria me pietas vocat?*
Ulfad. *Quid cæca mentis vota pietatem vocas?*
Sed quando cordis error indomiti placet,
Recipe 1 *hoc amoris pignus infelix tui.* 1
En fœdus, en promiſſa Germani en fides Reddit il-
Adamante vincta. Rumpe jam fidei notam, li annulũ
Deus unus, *& quod pectori appreſſum geris,* ſuum.
Remitte munus; omnis ut cæli favor,
Abjuret animum perfida labis reum. 4
O chare ſanguis, unde, quò tendas, vide. Ruffinus
Ruff. *Quis* 2 *ora fervor? Oſſa quis ſubitò calor* dumCru-
Accendis? Auri frigus an flammas parit? cem Fra-
O crux, amoris æthra, de cujus ſinu tri red-
Libravit ignes Chriſtus, & victor ferum dendam
Subegit animum. Redeo do victas manus, oſcula-
Chriſtum per omnes certus ærumnas ſequi. tur, ſentit cor emolliri.

SCENA

SCENA II.

Lycamber, inſequente Patre, periculum ſimulans, ad Ulfadum confugit, ac tandem ei perſuadet, ſe Chriſtianum eſſe velle.

THEORGUS, LYCAMBER, ULFADUS, RUFFINUS.

THEORGUS.

1 Lycamber per ſummam ſimulationem inſequente patre fugit ad Ulfadum.

PRocul hinc ad Orcum ſpuria progenies: peri
Galilaa peſtis. Lycamb. *O Deum! O Chriſti fidem!*
Succurre Princeps, libera inſontem nece.
Theorg. *Morere nefandum ſemen: umbrarum Iovi*
Feralis hoſtia Ulf. *Siſte truculentum impetum*
Stygis Sacerdos. Theorg. *Occuba telo patris*
Stirps execranda: redde vipeream ſtygi
Animam. Ulfad. *Coërce tela.* Theorg. *Rhadamantho refer,*
Hac ferre cultus precia, qui Chriſtum colunt.
Lycam. *Dum ſpiro, Chriſtum ſpiro: nec fixum meis*
Vis ulla fibris vellet; armetur licèt
Phlegetontis in me Dite cum toto furor.
Theorg. *Adhuc latratu cadis horribili patrem!*
Furias in omnes vertor. O ſtygium canem!
Rabies procacem mille per partes trahat.
Ulfad. *Niſi lentus aſtum frangis irarum, peris.*
Theorg. *Quis malè Deorum vindicem cohibet manum?*

Ulfad,

Ulfa. *Vlfadus* Theorg. *Eſto tactu, & aſpectu procul.*
Hoſtis Deorum Tela te patris manent,
Fautor nocentum: quemque Genitoris nequit
Vertiſſe pietas, regis evertet furor.
Ulfad. *Sic nempe carmen Bubo malefauſtum canit.*
Tu fax Averni pectus Vlferi cremas.
Tu furia, ſtygias ſubdis irarum faces.
Tu mala Megara diſtrahis nato patrem,
Tu trux Erinnys; Regis accendis iecur,
Abſiſte monſtrum, laribus exporta pedem
Theorg. *Benè eſt. Recondo, Stet ſuo memor loco*
Vindicta. Patri gratus has peperit ſuo
Laudes Lycamber, tectus Vlfadi manus
Sed patre luſo caſſa perfugia legis
Non te Tonantis Aquila fulmineo ſatis
Defendet ungue: non Iovis profugum ſinus,
Non umbo Martis. Condo ſub furva caput
Plutonis umbra; lumine aterno vigil
Squamis latentem cingat Heſpereus Draco:
Tamen hac revellem dextra demittet Stygi,
Ulfad. *Age nunc Lycamber, vera quærenti refer.* I. Exit,
Chriſtumne ſequeris melior, & toto Iovem
Proſcribis animo? Lycamb. *Totus ejuro Iovem.*
Chriſtum ſecutus, inclytum vitæ Ducem
Ulfad. *O fraudis opifex! Magna nolentem quoque*
Figmenta produnt, Ore non uno dolos
Moliris; ipſo facinus in vultu notat.

Ludos

Ludoſque pandit alius ex alio color.
„ Sic mens profundi conſcia ſceleris, diem
„ Haud arcet omnem; fronte luceſcit nefas.
1 Mõſtrato ſanguine fingit ſe à Patre crudeliter vulneratum.
Fatere fraudes. Lycamb. *Patris* 1 *immenſus furor,*
Hæ plagæ hiantes; fuſus hic venis cruor,
Et jam revulſis anima vix hærens fibris,
Immune fraudis pectus evincunt ſatis.
Sed tuus & iſtas cogit ærumnas amor
Tolerare Chriſte, demat ut verbis fidem
Vlfadus. Ulfad. *Animam vis ut evellam ſinu,*
Si te doloſæ mentis evincam reum?
Lycamb. *Volo, Profare.* Ulfad. *Sica lethalem prius*
Pendeat in ictum. Frater obtutu genas
Oculoſque, & oris prælia intento lege.
2 Sicam diſtrictam intentat.
Hæc 2 *te ſub umbras mittet Acherontis manus.*
An non per oſſa gelidus excurrit pavor?
„ Glaciatque venas frigus? Lycamb. *Applaudit ſibi*
„ Mens labis expers. Obruit ſontes timor.
Ulfad. *Huc te Theorgus.* Ruff. *Sanguis è vultu fugit:*
Subit ora lethi pallor; attonitum ſalit
Cor; imminentis terret exitii metus.
Ulfad. *Patuere fraudes; menſque tot ſcelerum rea,*
Cordis receſſus, ore deſerto, petit. (*ſubit*
Lycamb. *Fraus nulla menti. Pallor exhauſto*
Vigore; hiulco ſanguis exundat ſinu.
1 Principes corpus, an vulneratum ſit, explorãt, Lycãbro deliquiũ animi ſimulãte,
Ulf. *Vbi* 1 *vulnus? oculis plaga conciliet fidem.*
Lycam. *Lethale ſenſus mordet exanimes gelu,*
Firma

Firma labantem Chriſte. Ulf. *Tentamen fugis.*
Cutem Cicatrix nulla violatam notat.
Ruff. *Immunis omni vulnere renidet caro,*
Lycamb. *O 2 grande Chriſti numen! Opo-*
tens Deus! 2 Repentè redit ad ſe, quaſi miraculosè à Christo ſanatus.
Tulit in vocatus rebus extremis opem.
Spiritus in artus rediit: in venas calor:
In oſſa robur: omne ſub membrum ſalus.
Diverberatum mille vulneribus latus,
Nullo tumeſcit vulnerum veſtigio.
O quantus animum vincis ingratum Deus!
Non mille ſiſtent ora; non totidem mihi
Si lingua, & artes paria pro meritis feram
Monumenta laudum. Teſtor æternos tamen
Ignes Olympi, thure perpetuo Deum
Te, Iove relicto, Diiſque proſcriptis, colam.
I nunc minaci ſuſpicax telo, fidem
Diſcute Lycambri; geſta pollentis Dei
Abnue profanus. Si tamen vidi ſatis
Nondum videmur, rumpe 1 nudatos ſinus. 1 Sinum denudatum exponit.
Vlf. *Vincis Lycamber: vincis. Amplexu fidem*
Agnoſco puram labis.--

SCENA III.

Jumina militiæ præfectus à Theorgo per fraudem ſummiſſus, Lycambrum ab Vlfadi latere avellit, & in carcerem amandat, moxque in Principes invehitur.

JUMINA, DUO MILITES, ULFADUS, RUFFINUS.

JUMINA.

A *Vectum 2 ocyùs* 2 Lycamber per ſimulationem in carcerem conjicitur jubente patre.
Rape ad latebras miles. Immani gemat
Sub

Ludoſque pandit alius ex alio color.
„ *Sic mens profundi conſcia ſceleris, diem*
„ *Haud arcet omnem; fronte luceſcit nefas.*
1 *Fatere fraudes.* Lycamb. *Patris 1 immenſus furor,*
Hæ plagæ hiantes; fuſus hic venis cruor,
Et jam revulſis anima vix hærens fibris,
Immune fraudis pectus evincunt ſatis.
Sed tuus & iſtas cogit ærumnas amor
Tolerare Chriſte, demat ut verbis fidem
Vlfadus. Ulfad. *Animam vis ut evellam ſinu,*
Si te doloſæ mentis evincam reum?
Lycamb. *Volo, Profare.* Ulfad. *Sica lethalem prius*
Pendeat in ictum. Frater obtutu genas
2 *Oculoſque, & oris prælia intento lege*
Hæc 2 te ſub umbras mittet Acherontis manus.
An non per oſſa gelidus excurrit pavor?
„ *Glaciatque venas frigus?* Lycamb. *Applaudit ſibi*
„ *Mens labis expers. Obruit ſontes timor.*
Ulfad. *Huc te Theorgus* - Ruff. *Sanguis è vultu fugit:*
Subit ora lethi pallor; attonitum ſalit
Cor; imminentis terret exitii metus.
Ulfad. *Patuere fraudes; menſque tot ſcelerum rea,*
Cordis receſſus, ore deſerto, petit. (*ſubit*
Lycamb. *Fraus nulla menti. Pallor exhauſto*
1 *Vigore; hiulco ſanguis exundat ſinu.*
Ulf. *Vbi 1 vulnus? oculis plaga conciliet fidem.*
Lycam. *Lethale ſenſus mordet exanimes gelu,*
Firma

1 Mõſtrato ſanguine fingit ſe à Patre crudeliter vulneratum.

2 Sicam diſtrictam intentat.

1 Principes corpus, an vulneratum ſit, explorãt, Lycãbro deliquiũ animi ſimulãte,

Firma labantem Chriſte. Ulf. *Tentamen fugis.*
Cutem Cicatrix nulla violatam notat.
Ruff. *Immunis omni vulnere renidet caro,*
Lycamb. *O 2 grande Chriſti numen! O potens Deus!*
Tulit invocatus rebus extremis opem.
Spiritus in artus rediit: in venas calor:
In oſſa robur: omne ſub membrum ſalus.
Diverberatum mille vulneribus latus,
Nullo tumeſcit vulnerum veſtigio.
O quantus animum vincis ingratum Deus!
Non mille ſiſtent ora; non totidem mihi
Si lingua, & artes paria pro meritis feram
Monumenta laudum. Teſtor æternos tamen
Ignes Olympi, thure perpetuo Deum
Te, Iove relicto, Diiſque proſcriptis, colam.
I nunc minaci ſuſpicax telo, fidem
Diſcute Lycambri; geſta pollentis Dei
Abnue profanus. Si tamen vidi ſatis
Nondum videmur, rumpe 1 nudatos ſinus.
Vlf. *Vincis Lycamber: vincis. Amplexu fidem*
Agnoſco puram labis. --

2 Repentè redit ad ſe, quaſi miraculosè à Chriſto ſanatus.

1 Sinum denudatum exponit.

SCENA III.

Jumina militiæ præfectus à Theorgo per fraudem ſummiſſus, Lycambrum ab Vlfadi latere avellit, & in carcerem amandat, moxque in Principes invehitur.

JUMINA, DUO MILITES, ULFADUS, RUFFINUS.

JUMINA.

A*Vectum 2 ocyùs*
Rape ad latebras miles. Immani gemat
Sub

2 Lycamber per ſimulationem in carcerem conjicitur jubente patre.

Sub are, noctis merſus umbroſa domo.
Chriſti furore percitus, Regum quoque
Lymphare pueros tendit, Ardorem ſpecus
Temperet ambula mentis. Lycamb. *O latum diem?*
Ulfad. *Age 3. nunc Lycamber, ſi qua te virtus movet,*
3 *Per damna ab ipſis ducet ærumnis opes.*
Exeunt Milites cum Lycambro.
Jum. *Auferte peſtem viſu, & affatu procul.*
Quid hic remoto teſte, conſilii movet.
Cum fratre Princeps! Vetuit hæc dudum pater
Colloquia. Ulfad. *Dudum, cura te quando hæc coquit.*
Miramur ambo, ſæpe fulmineas Polo
Abſiſtere faces, nec tuum afflari caput.
Jum. *Quo ſcelere merui fulmen?* Ulf. *Oſuvini nece.*
Jum. *Vox perduellis? Merita ſic pendis mea?*
Quid? Te potentis facere conſortem imperi:
Genitoris, auro premere regali, comas.
Sceptroque dextram, crimen eſt? Ulfad. *Regem dolo*
Premere immerentem, crimen eſt. Jum. *Hoſtem Iovis*
Odiumque Superûm premere, virtutem voca.
Quid rumpit ilia, ſcio: Circæo ebrius
Muſto: repente ſomnia Hebræi Ducis
Delirus ambis, Chriſtus afflavit iecur.
Ruffine propera: mandat acciri 4 pater.
Ergo puerili vapulat inclutus probro
4 *lumina? Summa proh Gubernator plaga?*
Exeunt principes
Hac æquus audis, æquus infauſtam ſinis
Spirare ſtirpem? Nec Cycoplea feris
Cuſpide merentes igne tergemino quati?
Ingrata-

Ingrata proles! Nuper extorres domo,
Lucisque egentes, plebis in numero ſiti,
In gloriam ſub ſorte communi diem
Miſeri trahebant: nunc ad imperii decus
Per me vocati, vertice laceſſunt polos.
Regis perempti probra tranſcribunt mihi,
Sibi Regni habenas Cedis invidiam mihi,
Sibi dona Summis precia ſit meritis ferunt.
„ Hac ſcita Regum, Congere ſceleribus ſcelus:
„ Immane pecca: ſcelere dum Regem juvas,
Virtus vocatur: poſce mercedem, nefas.
„ Quæ ſponte cumulans merita, famulatum putant:
Pars ulla juſſis deſit officii, crucem
Habes paratam Stultus eſt quisquis Ducum,
Niſi ſpoliandos prado ſub lares venit,
Sed ecce proceres Aula collecta vocat.

SCENA IV.

Verebodus ab Ulfero damnatus ad flammas, tanquam Jovis everſor, à Ruffino Principe ſeſe prodente liberatur.

THEORGUS, ULFERUS, RUFFINUS, VEREBODUS. JUMINA, FABA, ETHELBERTUS, PROCERES & Milites.

THEORGUS.

Subtile credas fulmen: excelſas ferit 1
Aula Cupreſſos, quodque mireris magis
Intus medullas, fronde non tacta, cremat.
Quot iſta Proceres vaſtat introrſum lues,
Dum fronte pietas ludit. Exemplum dies
Tulit inopinum, turpe Verebodi nefas.

1 Ingrediuntur loquentes.

Ulfer.

Digitized by Google

Ulfer. *Aderit nefandus. Ipſe Rhadamanthi*
vices.

2 Vinctus adducitur Verebobus.

„ Subibo ſolus. Cauſa dum Superûm venit
„ Libranda, Regem nobile Tribunal decet.
Adſis Averni turbo, Furiarum Nepos,
Monſtrum dracone pejus: imperii probrũ.
Delubra Divûm ruere, ſacrilego Iovem
Fœdare ferro, fuerat haud culpa ſatis:
Niſi tabe Circes, Regium inficeres genus,
Meumque dulce pignus, Vlfadum, Diis
Patrique raptum, jungeres Chriſti choro,
Tandem execrandi capitis aſpectu leva
Cœlum ſolumque. Summa te vocat dies
Vocat Acherontis partus in fundo rogus.
Fatale carmen aure tremebunda excipe.
Flammis peruſtis Regna flammarum ſubi.
Ocyùs ad ignes: Spectet Vlfadus necem.
Ver. *Proh ſancta libram ſi qua juſtitia tenes*
Arſtraa! vivus cauſa inaudita cremor?
Vlfere! Ulfer. *Cauſam teſtis evincit nimis.*
Mucro perorat, firmat Vlfadi furor.
Ver. *Fas omne mundi teſtor, imploro, queror:*
Vt innocentem ſæva Verebodum necat.
Ulfer. *Rape contumacem miles.* Vereb. *O re-*
rum fidem!

3 Omnes Proceres contrahunt humeros.

O fida Procerum! Fida ſociorum manus!
Eripite amicum funeri horrendo; moram
Poſcite Tyrannum. Fando detergam nefas,
Ulfer. *Auferte monſtrum.* Ruff. *Siſte feralem,*
pater,
O ſiſte vocem! Mittis inſontem neci,
Non ille putres are fœdavit Deos,
Inceſtuoſi ſigna nec vertit Iovis,

Aras-

Araſve turpes. Vanus heu! nimium colit
Truncos, inanes mentis, effigies Deûm,
Ego fulminantem prorui obnoxius Iovem,
Infame ſaxum. Ego fana, pulvinar, toros,
Lucóſque, & aras penitus æquavi ſolo,
Monumenta fœdi ſceleris, errorum lares.
Nec iſte mentem vertit Vlſado; Deus
Deus ipſe, mundi fræna qui ſolus quatit,
In melius animum retulit, ambobus. Pudet
Pigetque ſaxis thura fumoſis dare.
Ulfer. 1 *O Prolis infelicis, infelix pater!*
Quæ me laceſſunt aſtra? Quis torquet Polus? 1 Hæret
Inimica Divis monſtra, non homines miſer aliquamdiu atto-
Genui ſub auras. Dira fatorum manus! nitus.
Hæc vulnus indit, quà furit gravius dolor.
Et tu parentem Fratris exemplo necas?
Ruffinus? (Horret animus) exoſus Patrem
Deoſque, Chriſtum ſpirat Vlſado Duce?
Ruffinus? Idem, 2 *Gaudium Vlferi? Dolor.* 2
Spes imperi? expes. Patris afflicti ſalus? Fixis ocu-
Funus parentis, Dira lux! Triſtis dies! lis Ruffi-
Fueras paternis dulce luminibus iubar. num in-
Sedes amorum, mollis effigies mei, tuetur.
Aula triumphus; Regia ſydus domus;
Vernantis ævi gemma, purpureus honos.
Ardebat iſtis victor in oculis decor,
Scenaque frontis luſerat Charitum lepos,
Regia venuſtas, æmulus phœbo nitor.
Aut nunc trifauce turpius monſtrum cane,
Informe ſpectrum, Furia ſurrectis hians
Anguibus. Ab ore totus efflatur tuo 3
Acherontis horror. Vade vipereum caput, Exit Ruf-
Tantumque patris amove aſpectu 3 *probrum.* finus.

Verebo-

Verebode, vinclis exue inſontes manus.
Agnoſco purum ſceleris alterius nefas
In te regeſtum fecit errori locum.
Sed mihi Chorebus dira perjurus luce
Supplicia, ferro pariter, & flammis datus.
I[2] Faba, reprenſum morte truculenta neca.
Tu pone luctum, ſume fortunæ pares
Cultus, & ora. Gratior opaca emicans
Ceu nube Phœbus, luce meliori diem
Animi ſerena. Nemo te poſthac mihi
Major per aulam fulſerit: nemo meis
Sic rebus aderit author, & ſceptro comes.
Vereb. *Vos [3] innocentiis curæ quos tangit mei,*
Duces Olympi, Cœlitum illuſtres chori
Sub Iove Tonante: Tuque fluctivagi potens
Neptune regni, turba cui divûm minor
Paret ſub undis: voſque terrarum Dei,
Plutonis aula, veneror, amplector, colo.
Grateſque pronus mente de tanto fero.
Dicabo ad aras victimam æternam memor.
Ulfer. *Dictum eſt abundè; conſtat in ſuperos fides.*
Solvatur aula. Pauca Verebodo loquar.

2 Exit Faba cum Militibus.

3 Flectit genua.

SCENA V.

Ulferus cum Verebodo deliberat, quemadmodum Principes ad cultum Deorum revocari queant.

ULFERUS, VEREBODUS.

VLFERUS.

Verebode, cupidum junge complexum redux,
Ætatis olim ductor, & comes mea,

Ani-

Animique pars prima va; nunc etiam Iovis
Defenſor acer, proximum Vlſero caput.
Dic age (doloſa quippe nequitiam tenes
Omnem caterva) quis venenato genus
Noſtrum ſuſurro luſit, & priſcis novum
Diis anteferre numen edocuit magus?
Vereb. *Vlſere princeps, unus Hebraeos dolus,*
Fraus una cunctos imbuit cantu pares.
Diripere cælo noctis umbroſa ducem,
Repulſa retrò tela fulminei Iovis
Torquere in aſtra, flumina invito pede
Revocare in altum frontis arcani caput,
Fas cuique, Chriſto quem ſemel junxit furor.
Tamen hinc vetuſtum ſurgit haud procul nemus,
Atrum nigrore frondis intonſæ, nemus,
Hic in re eſſu, Summus Hebræi Ducis
Antiſtes agitat. Merſus horrendo ſpecu
Immugit umbris vota, quæ ſuperi tremant,
Hunc ore plebs tuetur attonito ſtupens,
Monitaque fraudis poſcit; & pleno bibit
Circen hiatu. Si quis excuſſo Iove
Chriſtum requirat, ille Theſſalico luem
Inſpirat aſtu, carmen horrendum intonans.
Vocant Ceaddum. Vlſer. *Sæpè memoratum viri*
Nomen recorder. Semper aſpectum horrui.
Vereb *Niſi vana mentis verſit auguria metus.*
Hinc traxit artes; traxit hinc primam mali
Labem doloſque didicit Vlſeri genus.
Vlſer. *Per ſtagna ſacri juro torrentis, perit.*
Vereb. *Moderatus animum vince. Furtivos petunt*

Con-

Conſilia curſus. Studia devinxit levis
Populi Ceadda. Colitur, auditur, valet,
Ducitque mentes alter in terris Deus.
Ulfer. *Hæc ipſa mortem cauſa commeruit, nimis*
Placuiſſe vulgo. Vereb *Detur hîc aris honor.*
Ulfer. ,, *Focos tueri vulgus, haud aras ſolet.*
Vereb. *Et has, & illos impetu alterno tegunt,*
,, *Magis ſed aras.* Ulfer. *Rara plebeos agit*
Pietas in iras. Vereb. *Dat ſuperſtitio faces.*
Ulfer. *Quas rector una difflat imperii nota.*
Vereb. *Religio vulgi læſa metuendos vehit*
Secum tumultus. Ulfer. *Frangit hos Regum timor,*
Vereb. *Timor Deorum major in Reges movet.*
Ulfer. *Obruitur armis vulgus, ubi nequit minis.*
Vereb. *Et arma vulgo ſæpè ſuppeditat furor.*
Ulfer. *Regum opprimendum viribus, ferro, nece.*
Vereb. ,, *Cum Rege ſceptrum penè diviſum gerit*
Armata plebs. Ulfer. *Quam tuta conſiliis domat*
,, *Mens alta Regum.* Vereb. *Tela cùm populus gerit,*
Haud eſſe Regum tuta Maieſtas ſolet,
Niſi tecta ferro pariter. Ulfer. *Haud deerit chalybs,*
Ver. *Obſequia populi tolle, quis ferrum paret?*
Quis arma tractat? peſſimum eſt belli genus
Vt Regna firmes, Regna dirue, & tuum
Id eſſe velle, reddere quod optes nihil.

Ulfer.

Ulfer. *Regibus eundum, quà libet.* Vereb. *Sed cùm licet.*

Ulfer. *Libet licetque pariter.* Vereb. *Incertum prius*

Habeat ſub ictu vulgus, & quidquid mali
Molitur audax rebus in dubiis timor.
Hanc deme legem, quiſquis in plebem furit,
„ Hoſtem creavit. Excutit metum dolor:
„ Expes dolorem, ſequitur à tergo furor:
„ Mavorsfurorem; Martis accenſi chalybs
„ Tentare quidvis audet, ubi ſperat nihil.

Ulfer. *Illæſus ergo Regis in Prolem ſenex*
Spargat venenum: Ver. *Tempus ulciſci vetat,*
Hæc prima patris cura; Natorum ſalus.

Ulfer. *Tu columen aulæ, vocis eloquio potens,*
Aggredere Pueros. Diſce, qui tali artifex
Inſtillet animo virus. Arcanam tibi
Mentem recludens. Nil inexpertum catus
Relinque; vanos, quà licèt, quà non licet,
Inflecte ſenſus; ſana meditari doce.
Luctum parentis ingere, Deorum metus,
Iram Tonantis. Stirpis infamem notam.
Ego quà nefandam ſtirpe convulſa eruam
Gentem. cubili clauſus amoto exigam.

SCENA VI.

Verebodus apud ſe Ulferianæ domus ruinam decernit.

VEREBODUS ſolus.

UBI ſum? Quis orbe geſtat ignoto locus?
Quæ forma rerum? Quis fluit mundi tenor?
Verebode vigilas? Caſſus an mentem ſopor

Ludit figuris? Vnde, quò pedem refers?
Eſt in profundo Tartari tractu ſpecus,
Specus vel Vmbris aula formidabilis.
Sedet intus horror, noctis æterna mora,
Quieſque rerum mœſta, terrificum Chaos.
Faciés Averni, fœdus umbroſum vapor
Incubat in antrum, peſtilenſque ſpiritus:
Inferna qualem ſpirat è fundo palus.
Hanc in cavernam merſus, excluſo die
Diem peregi. Pondus immenſum tuli
Ferri rigentis. Mucida in dapem Ceres,
Liquor cloacæ raptus in potum datus.
Hinc ad Tribunal juſſus horrendum ſteti.
Quæſitor aderat; quales Vmbrarum greges
Rhadamantibus ore terret horribili minax.
Tonuit: Averni turbo, Furiarum nepos,
Monſtrum Dracone pejus, imperii probrum.
En cauſa. Vomuit probra; quæſivit nihil
Iudex ſeverus. Nec reum pro ſe loqui
Paſſus, tremendo carmen effudit ſono;
Flammis peruſtus regna flammarum ſubi.
O digna flammis lingua! Proh juſſa horrida!
Ruat in nefandam flamma feralis domum;
Tonitralis aulam quatiat in partes fragor;
Fulmina cineribus obruant ſtratos lares:
Procella flammeis vecta turbinibus, Patrem,
Natos, Nepotes, ſtirpe cum tota ferat,
Verratque ad Orci ſtagna flammantis. Faces
Si fortè deſint, ſpatia flammati ætheris
Scandam, Iovique Solis eripiam globum,
Vel Avernus ignes volvet in Regem ſuos
Cogente me. Quid? Regna flammarum ſubi.
Æſtuat in iras animus, Immenſo feror

Lym-

Lymphatus œſtro. Quis vaga Oceanus vice,
Qua Scylla, qua Charybdis; Ætneo ſpecu
Quis tantus undat æſtus? Ego ſavi Ducis
Iuſſa truculenta, probra, contemptum, minas.
Et vincla, & umbram ſtygis, & ô pœna genus!
Vultum ferocem pertuli, & regnat tamen?
Regnat ſuperbo tumidus imperio? viget
Proles parente pejor? O lentas nimis
In funera manus. Lentus at grandi moras
Penſabo clade. Firmat ultorem dies.
Verebode, gemmam verſus in faciem, Patrem
Natoſque paribus vince ludibriis vafer.
Natis tenaces mentis injecta altiùs
Infige ſenſus; Caucaſum horrentem induant,
Gelidoſque ſilices, aſq́, durumque chalybem.
Genitoris aure reſpuant ſurda preces;
Minis reponant ludicra, & Chriſtum nece
Emptum ſequantur, facibus adverſis patrem
Vrge, fatiga, punge; furioſo novos
Suffige ſtimulos, ſpicula furoris nova;
Vt mille patria malit extinctos manu
Natos, Deorum quàm ſemel cultus labet.
Hinc certa natis funera; hinc præceps patris
Ruina; nam quis tale dominatu ferat
Pollere monſtrum, prolis exitium ſuæ?
At tibi, Megara pignus, Eumenidum favor,
Atrox Chorebe, nulla terrarum ſatis
Supplicia; tantum noſter haud ſatis nefas
Penſabit ignis. Furva tu ſtygiæ ratis
Moderator, umbram ſceleris immenſi ream
Littoribus arce. Fata ſub ripa ingemens
Interminatas erret annorum vices.

Vel trans paludem vecta, Minois foro
Si judicanda ſteterit, in pœnas vacet
Vnius Orcus. Vna Furiarum faces
Conſumat umbra. Quidquid in cunctos ferox
Paravit Arbiter, una pœnarum ferat.
Perfidia procerum reſtat. Extremis opem
Rebus petenti cunctus obriguit chorus,
Soliſque muta conſtitit humeris fides.
O vane Procerum, vane Magnatum favor!
Humeris amicum ferre ſubductis negat
Iam jam cadentem, dexter in latus comes.
Fortuna ridet? Sequitur; irridet! Fulgit.

SCENA VII.

Verebodus Proceres, à quibus deſertus fuerat in adverſa fortuna, redeuntes ad proſperam nutibus irridet.

VEREBODUS, FABA, EADBERTUS, JUMINA, ETHELBERTUS, Proceres.

VEREBODUS.

E*T ecce reducem turba fortunam pari*
Sequitur regreſſu. Clarus Vlferi favor
Revehit amicos, verna ceu Zephyrum dies.
1 Verebodus ad ſingulorum ſalutationes tantum contrahit humeros.
Fab *Verebode* 1 *Salve.* Eadb. *Fauſta Verebodo ſalus.*
Jum. *Gratulor amico fata diſcuſſa necis,*
Reditumque lata ſortis, Ethelb. *Infandi reum*
Invidia ſceleris egit? Inſontem polus
Probavit Orbi. Nube diſcuſſa micat
Seu Phœbus axe major, & mundum nove
Pingis nitore. Fab. *Gratia Vlſeri vales,*
Quanta per aulam nullus. O felix dies!
Eadb. *Gratamur animis.* Ethelb. *Gaudio*
Exundat ſinus.

Jum.

Jum. *Amore Regum dives, in veteres memor*
Addes amicos merita. Fab. *Iam felix tuos*
Agnoſce famulos, noſque ſuſpenſos tuo
Nutu Clientes, Regis in pectus 2 refer.
Eth. *Taciturna mentem fixit averſam quies.*
Jum. *Æterna fucum premat inhumanũ quies.*
Eat ad ſilentûm ſtipes Vmbrarum gregem.
Elingue monſtrum! Furva per Stygis vada
Iuro, repulſam fungus agreſtem luet.
Hic ore linguam pellet ignavam chalybs.

2 Verebodus contractis humeris omnes ſalutans exit.

Chorus vel Interludium.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

Ceadda Clytum, & Probum (alio nomine Tityrum) Sacerdotes mittit, qui diſſimulata perſona in aulam penetrent, Principeſque baptizent.

CEADDA, CLYTUS. TITYRUS.

CEADDA.

HVC uſque dulces umbra libavit dies,
Iunxitque mentis ocia ſecutos amor.
Nunc opera ad alta Numen excitos vocat.
Sub ſole pulvis, Marte ſub duro labor
Manet evocatos. Alia nunc rerum ſubit
Facies, theatrum, ſcena, Perſonam novo
Vterque cultu fingat. 1 *Hunc aula nitor,*

1 Hic Clytus & Tityr⁹ chlamydes Sacerdotales deponunt, & viſuntur induti habitu ſæculari.

Geſtamen illum ruris innocui tegat.
Nos infulatum more ſolenni decus.
Res agitur ingens ; Regia prolem domus,
Par dulce fratrum traxit ad Chriſti gregem
Virtus Olympi , vivus adnondum latex
Exemit animis labis antiqua notam.
Cuſtode multo Regia incluſos tenet.
Tentemus aditum : Quiſque ſecretam ferat
Vndam. 2 *Bacillo Tityrus , ferro Clytus,*
Nos cruce. Latentem ſi qua ſors aditum dabit,
Luſtrentur ambo. Teſſera ſit Unus Deus.
Audete fortes Cauſa fortunam feret,
Animoſque. Mortem ſi quis optatam vehat
Caſus ; beamur. Aſtra victores manent.
Clyt. *Sequimur ovantes, juſſa quo cæli vocant*
Tityr. O *ſi pericles media ſanguineis diem*
Formoſa rapiat mors ! inardeſco tuis
O *Chriſte faucibus , rumpe tardantes moras.*
Clyt. *At te verende Praſul, in tantos caput*
Offerre caſus prohibet imperii ſalus ;
Nec infulis ignoſcet Vlferi furor.
Cead. *Facies laborum nulla, non Regum furor,*
Non tela, & ignes, mille non lethi via
,, *Teneant euntem. Magna Majeſtas Ducum;*
,, *Major Tonantis. Deme Regales notas ,*
,, *Aliena quas adjecit imperio manus,*
,, *Quid Rex? Nec aliis grandior hominibus homo,*
,, *Nec melior. Animum decore virtutũ colat,*
,, *Deus eſt, nec ipſo quem regit, mundo minor.*
,, *Sin bella cælo moveat , & ſævo Deum*
,, *Laceſſat animo peſſimum eſt fera genus,*
,, *Sed non timendum. Frenat elatos Deus.*

2 Ceadda ex ampulla vitrea aquã infundit in baculum Tityri concavum, in manubriũ, ſeu capulum enſis Clyti, & in ſuam crucem.

Pro-

Properemus, & quò quem diverſus vocat
Per opaca nemorum trames, ineamus viam.
Sed ante charo liceat amplexu frui.
Valete comites, Clyt. *Optime antiſtes, vale.*
Tityr. *Hæc ruris almi dona Ruffino feram,*
Cead *Amore junctos dividat euntes iter.*

SCENA II.

Chorebus ob teſtimonium falſum quæſitus ad ſupplicium cum Fauſto ſocio in ſylvis latrocinari ſtatuit. Tityrus ſacerdos ab iiſdem captus & excuſſus, à Clyto ſocio liberatur.

CHOREBUS, FAUSTUS, TITYRUS, CLYTUS, CEADDA.

CHOREBUS.

QVis me receſſu condat umbroſo locus?
Quæ ſylva dumis? Occidi, ſtrepuit nemus.
Saltus profundi pandite nigrantes ſinus;
Vaſtis hiate faucibus rupti ſpecus,
Parate latebras, lictor à tergo premit.
Fauſt. *Quid tuta metuis? Alta ſylvarum quies,*
Et furva ramis umbra defendit ſatis.
Chore. „ *Et umbra lucem prodat ut ſontes, habet.*
Tacete ſylvæ, tuque lucorum potens
Sylvane, Dryadum Rector, occulta fugam,
Crepuere frondes; vivus ad flammas agor.
O Fauſte, cæcos abde ſub ſinus caput. ¹
Fauſt *Quis hoc Deorum? Numen inceſſu patet.* Ceadda
G 4 Cultu tranſit

¹ proſequendo iter versùs arcam Ulferi.

Cultuque, & oris jubare. Sylvanum coma
Virore 1 cincta prodit. Choreb. O virens Deus!
Tuere profugum Genitor. Cead. O 2 flamma, O faces!
Choreb. Horreſco totus. Ore praſago faces
Flammaſque cantat Bubo. Sylvarum prius
Faces Averni nemore cum toto crement.
Maleſauſta pereat ulula; cernutus Deus.
Fauſt. Etiam procaci Numen alloquio feris?
Choreb. Sibi quiſque Numen ipſe; cui primos decet
Libare cultus; reliqua, dum proſunt, Deos
Quamquam minores, cũ nocent, furias voca,
Fidemne ſpondes Fauſte. Quid longum ſtupes?
Fauſt „ Fidem feſellit oſyùs nemo, fidem
Quam qui ſpoſpondit citiùs. Age, mentem edòce.
Chor. Hac una vita ſuperat explenda via
Vixiſſe rapto. Luſtra per & umbram juvat
Agitare prædas. Antè venati feras,
Poſthac crumenas. Antra nativitas domos,
Cibum colonus, cætera viator dabit.
Natura, mundi magna prædatrix ſui.
Has docuit artes. Luna phœbeum jubar,
Phœbus vapores, uda terrarum vapor,
Tellus Olympi ſemen, aurarum vices
Prædatur ignis, ignibus ſpolia rapit
Æquor, madeſcit alma fluminibus humus,
Omniſque rerum conſtat è furtis vigor.
Quid Regna? Prædis furta populorum vigent.
„ Rapina regum nobilis pœnam fugit;
„ Magnique rerum ſpolia prædones ferunt
„ Im-

1 Gerebat galerum viridi tænia circumdatũ.

2 Exclamat inter meditandum, & exit.

„ *Impunè, plebis ſurta dum cruces premunt.*
Fauſt. *Fide manuq; jungor ad prædam comes,*
Choreb. *Noſtra ergo vaſtum cingat indago nemus.*
Variaſque luſtret calle numeroſo 1 *vias.*
Tityr. *Bacule fidelis, dulce præſidium viæ,* 1 Prodit Tityrus, ferens baculum, & aviculam caveæ incluſam.
Magni miniſter operis; immenſum geris
Sub fonte ſcabra pignus; æthereas aquas,
Cæleſte vitæ flumen. O ſerva fidem!
Sed unde ſubitus membra pervadit pavor,
Greſſuſque retrò vis reluctantem trahit?
Quid extimeſcam neſcio, extimeo tamen.
Nec ſaltus Vrſos, terra nec Lupos alit;
Tamen feroces inter & lupos gradi
Videor, & Vrſos; Cœpta fortunet Deus.
Choreb. *Sta. Redde tela.* Tityr. *Tela, quæ nuſquam gero?*
Fauſt. *Nuſquam ſceleſte? Grande qui nodis geras.*
Ferroq; robur. Tity. *Vimen innocuum vides.*
Sudem innocentem. Choreb. *Tela niſi mittis manu.*
Peris, Avernum teſtor. Tityr. *O regimen viæ,*
Greſſus levamen linque. Choreb. *Cunctantem neco.*
Tityr. *Mopſi Parentis munus, antiquum domus;*
Geſtamen Atavis pignus acceptum meis,
O linque charum, linque virgultum. Fauſt. *Abnuo.* 2
Choreb. *Adjunge nummos.* Tityr. *Eſſe nummorum nihil.* 2 Scipionéabripit.

Sed nec deeſſe crede. Chor. *Vel nummos para,*
Vel te cruentus tundet in nummum chalybs.
Tityr. *Nummis decoram Regis effigiem geram*
Fauſt. *Geres avaram mentis effigiem tua,*
Nepos Charontis. Fare, quò denſas iter?
Tityr. *Vlſeri ad arces* Fauſt. *Limina Tyranni teris?*
Quæ cauſa greſſus? Tityr. *Ruru has opes fero.*
Exigua magno dona Ruffino. Choreb. *O ſcelus!*
Hoſtem Deorum, maximi oſorem Iovis,
Cuius nefando prenſus indicio peri,
Chriſti ſequacem munere agreſti colis?
Lues atroci funere amborum nefas.
Fauſt. *Tibi qua Deorum cura?* Tityr. *Deteſtor Deos.*
Abjuro truncos Numinum infamem gregem.
Sum Chriſtianus. Chor. *Peſtis es, cancer, lues,*
Fauſt. *Magus es, veneni carmen, ac ſtygem vomens,*
Hoc eſt, quod humili vimen orabas prece.
Scelerum patratrix virga deſtituit manum.
Prius involutos veſte ſcrutemur ſinus,
1 *Mox corda.* Choreb. *Formidanda 1 Furiarum flagra!*
Proh ſpolia Ditis! Fauſt. 2 *Dente terribiles plagæ!*
Hami rigentes! Ferrea uncorum ſeges!
Choreb. *Hu torta puerûm turba cuſpidibus perit,*
Dulceſque longa in morte, tormenti genus!

1 extrahunt è loculis Tityri flagellum ex filo ferreo contextũ.

2 Item cingulum ex eadem materia.

Expi-

Expirat animus. Fauſt. *Murmur hic; Magicum latet.* 5

Commiſſa foliis carmina; legamus notas.

M.A.4 Magicum volumen! Totus aliquando pates.

Extrahit codicem Evangeliorum.

Tityr. *Erravit oculus; verba ſic melius refer* 4

Matthæi Evangelium --

Fauſt. *Tace ſceleſte; monſtra verborum canis.*

Legit titulum libri.

Chor. 5 Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Jericho, & incidit in latrones. 5

Nefas! Latrones arte nos magica vocat.

Age nunc; moventur mortis ac vitæ vices.

Statue, quid optes. Morte vis dira opprimi?

Legit ex eodem libro.

Chriſtum fatere; vita ſi placuit magis,

Chriſtum execrare. Tityr. *Vocis ululatum tua*

Execror; inanes temno prædonum minas.

Non, Ditis ipſe ſi regat manus furor,

Si tela Furiæ, tota cum monſtris palus

Acherontis in me ſæviat. Chriſtum auferes.

Sum Chriſtianus; pando venarum ſinus:

Vitam recludo. Pectus en ferro patet.

Chriſtum ſub omni mucro deprendet fibra.

Choreb. *Age Fauſte, proruamus & curſu pari*

Animemus enſes Cordis in medii ſinu 1

Coëat utrinque cuſpis. Clyt. *Adſis, ô Deus.*

Tityrus adeſte fida ſociorum manus,

Adeſte. Fauſt. *Quis me turbat?* Clyt. *Deprendi viros.*

Choreb. *Rapimur ad ignes. Omnis in fuga eſt ſalus.*

Clyt. *Sta; redde tela.* Choreb. *Cape, cape, pereo miſer,*

Prodit Clytus, ſimulatoque comitatu Latrones fugat.

Clyt.

Clyt. *Fugêre nimbis ociùs. Scelerum pavor*
„ Majora veru fingis, & profugos rapit.
Via beatus error excuſſit necem
Iam jam minantem. Tityr. *Pariter excuſſit comis*
Iam jam ferendum fronde victrici decus.
Clyt. *Dilata creſcet palma. Quod ſuperat via,*
Per denſa nemorum carpe feſtinus. 2 *Vale.*
Tityr. *Hoſtis bacillo grande depoſitum abſtulit*
2 Exit.
Luſtralis unda. Quo feram lymphas modo?
Spes una vitro credita Avicula mea.
Hac facilè fallet unda cuſtodes. Benè eſt.
At tu 3 *laboris blanda ſolatrix mei;*
3 Alloquitur aviculam, quam ſecum ferebat in cavea.
Lætitia ruris, dulce ſylvarum melos,
Innocua Siren, gentis aërea decus,
Semperque opificis grata laudatrix tui;
Si te paternis exulem nidis tuli,
Aluique cura, paſſus à primis nihil
Deeſſe plumis; redde nunc vicem memor.
Hanc temperata parciùs lympham bibe.
Sic te, decore capta plumarum, videns
Miretur aula; ſic per excelſas Ducum
Turres canenti, plaudat alituum chorus.

SCENA III.

Ulfadus Lycambrum in carcere inviſit; qui parte ſeorſim applaudente, conſtantiam ſimulat.

5 Adeſt Theorgus inobſervatus.

LYCAMBER, ULFADUS, THEORGUS.

LYCAMBER.

NE *metue Princeps. Lætus ærumnas domo,*

Mihi

Mihi carcer aula, vincla membrorum decus;
Squallor nitores; pædor Elyſius odor
Spirans ab hortis; umbra, ſydereum jubar;
Antri ſilentis horror, abducti ſopor,
Animi ſituſque, blanda curarum quies.
Theorg. *Bellè: nec ipſe melius illudat dolus.*
Lycamb. *In me Theorgus (nomen ejuro patris)*
Laxet furoris fulmen, ac totam Stygæ,
Styge pejor ipſe, moveat innixus Deo,
Vincam furentem. Theorg. *Mens inhorreſcat licèt,*
Tamen feramus. Ulf. *Omne monſtrorum genus*
Uno in Theorgo vince; quo nullam ſinis
Funeſtiorem Tartarus peſtem tulit.
Quem dirus auri trahit anhelantem furor,
Sitis cruoris, livor, ambitio, ſcelus,
Fraus, ira, Fauſtus, error, impietas, nefas,
Cunctaque peſtes nocte tartarea ſata,
Totum ſub uno ſolus Acherontem ſinu
Fert ipſe circum, majus inferno malum.
Theorg. *Rabie tumeſco, pectus ebullit, tremo,*
Prorumpit impotente de ſinu cruor
Ardens in hoſtem. Ulfad. *Cæde ſe cruda necem*
Intentet! Lycamb. *Opto. Dulce pro Chriſto mori.*

Ulfad. *O perge felix: quoque pugnantem vigor*
Animet ab aſtris major, en Chriſti crucem,
Ingens Ceadda munus, Theorg. *Artificem doli,*

Teneo.

Teneo. Lycamb. *Beatum pignus! Ampleſto tuum*

O Chriſte ſolium. Chara crux animos facit.
Te duce per enſes, perque flammarum globos,
Per quidquid æther, pontus ac tellus creat
Horrificum, & atrox, gradiar impavidu
Uiſad. *Moras*

1 *Traxiſſe lentas vetuit excubitor.* 1 *Vale.*

Exit. Theorg. *Patrem beaſti nate, divina dolos*
Commentus arte, Regiam avertit domum
Ceadda, Fraudem pignus egregiam notat.
Lycamb. *Servabo in horam.* Theorg. *Mo ubi Chriſti reus,*
Phœbi ſub ara ſteteris, Vlfero manus,
Palmamque cede victus, & fratres pio
Pervince domita mentis exemplo, Patris
Monita ſecuti, thura ſi Phœbo litent,
Tibi parta laurus, thura ſi phœbo negent,
Perimat utrumque Genitor. In vacua come
Regnabis Aula, & ſi qua Regnorum ſinant
Fata, moderari ſolus imperium potes.

2 Lycamb. *Iubere, patris, obſequi, nati labor.*

Exeunt.

SCENA IV.

Verebodus fidem Chriſti mentitus, Ruffin mentem explorat.

VEREBODUS, RUFFINUS.

RUFFINUS.

Faceſſe fandi victor, & fraudum artifex
Cui cor Vlyſſes, ora formavit Sinon.

2 Verebodum manu protrudit. Vereb. *Ruffine, ſic te longa felicem dies*
„ *Videat, loquentem patere.* Ruff. *Felicem die*
„ *Vbi longa, miſerum reddit.* Vereb. *In patri potens*

Sic evehare ſceptra. Ruff. *Curarum ferax*
Malum precaris. Eſſe qui ſtudeat miſer,
Ad ſceptra currat. Vereb. *Fama ſic clarum ferat*
Et aſtra nomen. Ruff. *Fama tam fragile bonũ,*
Quàm levis in auras aura laudantum volat
Vereb. *In alta ſic te regna ſtellantis plagæ*
Chriſtus, potenti dextera elatum, vehat.
Ruff. *Sapis: Profare, fraude qua ſemper ſoles.*
Vereb. *Generoſe princeps, fateor, irarum impotens*
Effudit olim virus in Chriſtum furor.
Fautor Deorum, ſponte flammatum ſua
Genitoris animum facibus accendi meis,
Sic lex aviti juris, & fallax Deûm
Amor, Tonantis ſic timor cæcus Iovis
Vrgebat, ultro pectus in furias agens.
Nunc alia mentem vis movet; Major Deus
Afflat medullas: igne ſydereo cremor.
Ruffine, Chriſtus; cordis, ô cordis tumor!
Vocem ſub ore pendulam primo tonet.
Ruff. *Effare, quid ſit.* Vereb. *Chriſtus arcanas fibras*
Ardore ſorbet. Ruff. *Fraudis agnoſco viam.*
Vereb. *Vivum, videntem rupta me tellus voret.*
Si quid per aſtum fingitur. Serò nimis
Verſare ſeria didici, exoſus jocum.
Ruff. *Evolve pectus. Spondeo dictis fidem.*
Vereb. *Ruebat axe pronus è media dies,*
Cùm ſolus altam gradior in ſylvam, ocia
Facturus animo. Multa gradientem ſubit
Imago rerum: quis tibi mentem Deus
Impu-

Impulerit, ut me ſceleris efficti reum,
Spe deſtitutum, flammea eriperes neci,
Dum vera fando, Patris irati moves
In te ipſe furias. His inhærentem via
Deduxit ultro, nigra quà lucem premit
Formido caligantem, & informes diem
Tenebræ repellunt? Hæreo. Immani locus
Murmure remugit: nutat intonſum nemus,
Quatit medullas horror; aſſurgunt comæ,
Cùm vox ab aſtris carmen hoc tandem ferens
Pulſavit aures: Quid Giganteo polos
Auſo laceſſis vane Verebode? In Deum
Sacrilegus audet, quiſquis in Chriſtum furit.
Vix miſſa cælo vox, & inſuetus jecur
Depaſcit ignis, jamque per venas datus,
Abſumpſit iras, odia. Furiarum faces,
Noctemque cæca mentis. Exuſto Iove,
Latè minores egit in cinerem Deos,
Acherontis agmen. Solus hac flamma viget,
Aliturque Chriſtus, cordis arcani regus.
Ruffine, per te ſyderum æternum jubar:
Per ſpem juventæ, perque venerandum mihi
Numen potentis, quem colis, Chriſti precor,
Dic unde, quiſve pandat ad Chriſtum viam.
Ruff. *Seriane paſcis?* Vereb. *Teſtor horrendas Poli*
Flammas, repaſco ſeria. Ruff. *Roganti fero.*
Pia Ceadda mentis hortator fuit.
Vereb. *Ceadda? Teneo. Tempus, ac locum refer.*
Ruff. *Hodie per invia fortè dum nemorũ loca*
Prædam ſecutus, patre deſerto, vagor.
Vereb. *Res tanta peragi tam brevi potuit mora?*

Ruff. *Nondum peracta eſt. Nox ubi lucem premet,*
Regrediar, amne ſpargat ut ſacro caput.
Vereb. *Si patere Princeps, inſequar euntem comes.*
Ruff. *Praibo ſolus. Spatia poſt pauca inſequens.*
Veſtigia premes, ne qua conſilium arguat
Suſpicio. Vereb. *Tuta commones. Noctem moror.*
Tenetur; Aurâ fertur optatâ dolus.
Et ecce noſtros Ductor affatus petit.

SCENA V.

Ulferus à Verebodo, Theorgo, & Jumina, in Principes accenditur.

ULFERUS, VEREBODUS, THEORGUS, JUMINA.

ULFERUS.

Effare, gemino pectus evento labat.
Meliórne pueros ſenſus, an pejor trahit?
Vereb. *Vis obſtinatos firmat incepti tenax.*
Rex magne, ſobole digne meliori parens,
Manifeſta fabor: praſtiti juſſis fidem.
Facies in omnes verſus exegi modos,
Arteſque, vel quas acer ingenii vigor,
Vel quas per uſum peperit annoſum dies:
Mens quidquid aptis fœta conſiliis valet,
Expertus egi. Marte ceu celſam vigil
Qui pulſat arcem miles, hac faciles petit
Aditus, & illac, arte ſcrutatus locum,
Aſſultibuſque tuta ne quidquam premit

1 Theorg' ſeorſum adſtans, obſervat commodum querendi tẽpus.

Ca-

Caſtella: pueros talis affatu impiger
Vndique fatigo vanus. Aggreſſum Deos
Probare rident: ſceptra Regifica domus
Spondere, renuunt: ſtirpis infamem notam
Ingerere, ludunt: merita Genitoris; negant:
Procerum favores, deſpuunt: læſi minas
Patris, laceſſunt: Odia, contemnunt: necem,
Quis tale Patrem credat auſurum nefas?
Vlfadus inquit, moxque ſic fatus, gradum
Retorſit amens: rumpat Viferus licet
Ilia, per omnes jura Chriſtiadûm ſequar
Pœnas necesque. Vade, & hac patri refer.
Ulfer. *Vlfadus iſta mandat Vlfero cani?*
Seni puellus? Subditus Regi? Patri
Natus? Medullas ſaxeus oberrat rigor.
Natus parenti? magne tu domitor freti,
Effunde Ponto, qualis Hippolytum fera
In fruſta quondam ſparſit immeritum tamen,
Hic Taurus iras juſtior ponet ſuas.
Theorg. *Regale votum! Subitus hæc patrem premam.*
O triſte juvenum facinus! O vulnus patris!
Ulfer. *Me vox flagellat illa.* Theorg. *Quò tandem ruet*
Domus Theorgi? Ulfer. *Stabit æternùm.* Theorg. *Meus*
Meus ille, Magni cultor egregius Iovis,
Faver Deorum, dulce Cælitum decus,
Meus Lycamber, ô grave Theorgi probrum!
Diis terga vertit, Numen Hebræi Ducis
Amplexus, Auctor mentis everſa, tua
Vlfere proles. Ulfer. *Orcus Vlferi voret*

Cum

Cum patre prolem. Matre Perſephone, pater.
Genui dracones. Fauce tartarea luem
Halant per aulam; monſtra Dii mergant Styge. 1
Jum. *Princeps.* Ulfer *Quid ultra?* Jum. *Vi rius Vlfadus vomit* — 1 Prodit Jumina.
Proceres in omnes. Ore me rabido ferit.
Vovetque diris; vulnere Oſvvinus meo
Quod vomuit animam. Teſtor athereum Iovem,
Niſi frana lingua teneat inculta puer,
Franabit enſis. Mene mordaces pati
Voces inultum. Ulfer. *Plura memorantem pudet*
Audire : Dudum decuit ultori dare
Supplicia patri. Vade & utrumque huc age.
Ius omne teſtor arcis atherea, neci
Demittam utrumque, Genitor ac judex reum,
Niſi thure Divos augeant. Pono patrem.
At tu Theorge, ſterne Phœbaa thoros
Ara: nitenti Phœbus eradiet coma.
Adſit Lycamber; Thure niſi Phœbum colat,
Perdam, Tonantem juro. Pracipita 2 moras. 2
Vereb. *Si mente natos eſſe meliori cupis,* — Exit Theorgus.
Spem fronte ſimula, blanda juveniles domant
Promiſſa mentes. Sin reluctentur, feri,
Partes habenis ira laxatis agat;
Sic mollientur. Ulfer. *Mite conſilium placet.*
Fas nihil inauſum ſinere, quò pueris fruar. 3
Vereb. *Adſunt: reducto cenſor adſtabo gradu.* — 3 In aurem
Vlfade 3 perſta, mentis arrepta memor. — tranſeuntis.

SCENA

SCENA VI.

Rex fruſtra Principum conſtantiam labefactare tentat. Ceadda Regis alloquio prohibetur.

ULFERUS, ULFADUS, RUFFINUS, VEREBODUS, JUMINA, FABA, NUNCIUS, CEADDA.

RUFFINUS.

Adeſte Nati, gloria ſuperba domus,
Spes una ſceptri, certa Genitoris ſalus,
Vterque Chriſtum ſpirat ejecto Iove.
O fœda ſtirpis damna! proh patris dolor!
Quos alta rerum decora, bellorum vices,
Decuit anhela mente moliri, Patrem
Dudum ſecutos, lucis exortes vias
Ingreſſi, Hebræum colitis ignavi Ducem?
Non ſic vigoris degener aviti Leo,
Primis ab annis ocia ſecutus, jacet;
Sed parvus iras acuit, & patria potens
Indole, minores ungue prætentat feras.
Vlfade, Regni ſydus, egregium imperî
Firmamen, avi pudeat exorſum tui
Pigro dicare Numini. Ingentes cape
Generoſus animos, teque reſtitue Iovi.
Sic in paternum victor exurges decus,
Pollentis olim frena recturus plagæ.
Ulfad. *Arguimur ergo mentis ignavæ ſequi*
Ocia, remiſſo Iove, nec in claras agi,
Quò trahimur artes. Fallor, an virtus queat
Se noſtra ferre celſius, quàm cùm Deum,
Numen beatum, præpotens, verum, bonum

Complexa, terras liquit ac Divûm ſuper
Evecta ſedes; quidquid eſt, infra, fugit.
„ *Imbellis animos prodit ignavos timor.*
Tu, ſi libebit, mitte quò Martis furor
Agit phalanges: tela per & enſes ferar,
Si poſcat æquiratio. Non illum metus
Arguit inertem, quiſquis ad Chriſtum migrat.
Vulgus Deorum, longa quos ficti tenax
Sacravit ætas, fateor innumerum hactenus
Colui Sabææ nube: meliorem Deus
Afflavit animum. Sic ubi raptas videt
In devia rotas, flectit in viam retro
Curſor jugales. Ulfer. *Iura regnandi abjicis?*
Ulfad. *Ego certa regni jura præ dubiis amo.*
Ulfer. *Hoſtis Deorum jura quis regni paret?*
Ulfad. *Chriſtus.* Ulfer *Latronum quippe Rex.*
Ulfad. *Regum caput.*
Ulfer *Qui ſtipite olim fixus infami, perit.*
Ulfad. *Idemque ſpoliis clarus ad ſuperos redit.*
Ulfer. *Cujus triumphans clade?* Ulfad. *Devictæ ſtygis.*
Ulfer. *Ditem ille domuit? qui tulit victus necem?*
Ulfad. *Noctemque rurſus fregit ad Superos redux.*
Ulfer. *Erebo ſepultus nemo retraxit pedem,*
Ulfad *Niſi cùm relegit Chriſtus ad ſuperos iter.*
Ulfer. *Haud vivus hauſit credo pœnarum ſatis:*
Iterum probroſa vixit onerandus cruce.
Ulfad. *Stellantis aulæ vixit aditurus domum.*

Ulf.

Ulfer. *Qua vi?* Ulfad. *Suâ, patriſque.* Ulfer. *Quem patrem refert?*
Ulfad. *Cûi facta mundi machina laborat, Deum.*
Deus ipſe, natus par, & æquævus patri.
Ulfer *Vlfade, quæ te ſaga, quis cantu magus*
Trahit impotentem? Talibus monſtris fidem
Veſanus addis? Excute hærentem luem,
Quòque Genitoris urget imperium, veni.
Ulfad. *Quò Chriſtus urget, pergo.* Ulfer. *Si patris leve*
Meditare nomen, Regis ad ſceptrum time.
Ulfad. *Patrem timendum pariter, ac Regem ſcio:*
At mage timendus, Regibus major, Deus.
Ulfer. *Reges in ipſos, fateor, imperium eſt Iovis.*
Iovem timeri jubeo. Ulfad. *Quis truncum timet?*
Ulfer. *O pervicacem! Facere, quod ſponte abnuis,*
Cogere. Ulfad. *Cogi ſi queat virtus.* Ulfer. *Poteſt.*
Cogam rebellem. Proximum ſceptris caput
Ruffinus effert. Ferte. Diadema, igneos
Teſtor penates, fratris emeritus vicem
Ruffinus, auro cinget illuſtri comam.
Age 1 *nate, fulvus tempora irradiet apex.*
1 Ephebus coronam affert.]
Ruff. *Verende Genitor, onere ſub tanto gemens*
Subſidet ætas: Fratris in ſortem vocor.
Ulfer. *Fratrem ſecutus, Nate, deſtituis patrem?*

Ruff.

Ruff. *Chriſtum ſecutus æmulor fratrem comes.*

Ulfer. *O triſte patris funus! ô luctum gravem.*
Tu patris unum rebus in dubiis jubar,
Columen aviti decoris, averſus fugis?
Sic ſancta Generis vincla, ſic blandum patris
Natique nomen ſpernis? Age, mentem exue.

Ruff. *Quam nempe cælo miſit in ſinum Deus.*
Deus ipſe, Deus, arcana ſubjecit fibris
Meliores avi ſemina. O quibus Deus
Mentem figuris pepulit! Ulfer. *Enarra modum.*

Ruff. *Roſeas Eous lucis impulerat fores:*
Cùm ſuetus aulam clangor in ſylvas agit.
Præibat alto vertice decorus pater,
Equi ferocis ilia fatigans. Patrem
Secutus ipſe, Fratris ad latus vehor.
Iam vaſta nemorum ſpatia diffuſi tenent
Procerum juventus. Sedula ferarum domos
Indago cingit : nare ſolerti canes
Venantur auras, luſtra dum preſſo terunt
Roſtro vagantes. Fronte ramoſa feram
Tandem excitatam clamor edocuit. Ruunt
Hinc inde comites: Caſus Vlfadum occupat.
Iacet alta ſylvis foſſa, cui circum imminens
Latus urget omne denſa dumorum coma.
Exigua fundum limpha limoſum tegit.
Huc curſus ambo tulerat. Vlfadus præit,
Primúsque ruere ſenſit in præceps equum.
Reduxi habenas: Frater illæſus cadit,
Hærensque, lapſi terga Sonipedis premit.
Hic dum tenaces trahimus inviti moras.

Equum

Equum eruentes, præda cum canibus volat.
Fugêre Comites. Vaſta dein nemorum loca
Errore longo terimus, & ſoli vias
Fruſtra per invia quærimus. amœna ſuper
Donec locamus fronde defeſſum latus.
Haud mora: Benigno ſomnus obrepſit pede.
Hic mira fabor: adſit oſtento fides.
Imago gemini venit ante oculos Ducis.
Diſpar utrique forma, diſſimilis 1 *nota.*

1 Prodit Nuncius.

Nunc. *Rex magne, tecta Regii advenit laris*
Ceadda Præſul, teque in alloquium petit.
Ulfer. *Chriſti Sacerdos ille?* Nunc. *Chriſtiadûm pater.*
Ulfer. *Infame monſtrum! Méne Circææ palam*
Haurire voces? Egon' ut aſpectum feram?
Arcete peſtem. Siſtite, affabor virum.
Proferte proceres, patiar affatum? Jumin. *Dolos.*
Timeſco. Fab *Radios frontis auguſtæ timens*
Submittet animum. Ulfer. *Perge, ferat intrò gradum.*
Quid imperavi? Vereb. *Sparget affando* 2 *luem.*

2 Prodit Ceadda.

Ulfer. *Procul hinc nefanda peſtis, experta pedem.*
Cead. *Vlfere.* Ulfer. *Fari prohibet Vlferus.* Cead. *loqui.*
Regnator orbis, major Vlfere, jubet.
Ulfer. *Arcete proceres.* Cead. *Cedo non pulſus: tamen*
Cape memor animo dicta, quæ ferus colas:
Chriſti miniſtrum tecto, & affatu amoves;

Tu

Tu tecta ſupplex noſtra, & affatum petes.
Ulfer. *Tractus veneno ſcilicet: Abiſto.* Cead. *Vale.*
Ruff. *Pater Ceadda, quò fugis? Natum* 1 *cape.*
Ulfer. *Retinete Proceres. Proh nigrà domiter plaga?*
Genuimus monſtra, qua ſpetro patre,
Magos adorant? Nunc, *Vinctus à tergo manus*
Trahitur Lycamber. Thura jam phœbo calent.

1 Ruffinus vi avellitur à latere Ceaddæ.

SCENA VII.

Lycamber, qui ſe Chriſtianum ſimulaverat, coram Rege & Principibus thus Phœbo adolet. Principes factum deteſtati amandantur ad arctum carcerem.

ULFERUS, LYCAMBER, THEORGUS, JUMPNA cum reliquis proceribus. Milites Duo.

ULFERUS.

ET tu Lycamber, gente Myſtarum ſatus,
Deſponſus aris, Fautor egregius Deûm,
Chriſtum imbibiſti, peſte Chriſtiadum ſatur?
Tot ſcelere in uno decora veſanus premis!
Te Diis, Patrique redde, dum venia locus.
Lycamb. *Vlfere Princeps, cujus è nutu lubens*
Suſpendo cauſam; certa me mentis ſalus
Chriſto dicavit. Ulfer. *Vana te mentis ſalus*
Diis abdicavit, Litis arbitrium fero.
Fer thura Phœbo, multus Vlferi favor
Manet exequentem juſſa; thus phœbo nega,

Manet abnuentem multus Vlſeri furor.
Huc præmia, huc tormenta. Quis mentem rapit
Error Lycamber? Chriſtus an tuis poteſt
Addere ſalutem rebus, ubi nequit ſuis?
Mortem latrones inter informem tulit,
Inops, inermis, nudus, irriſus, miſer.
Dii dant ſalutem. Phœbus afflatu jubar,
Robur gradivus, Pluto divitias parat.
Iovem poteſtas anteit, Venerem lepos,
Honore Iuno, mente Mercurius valet:

1 Ephebi afferunt inſignia honoris, milites tormenta.

Omniſque pulchra dote præfulget 1 *Deus.*
Vtrinque cernis fata. Quid ſtatuas, vide.
Lycamb. *Nec torva rerum, blanda nec facies movet.*
Virtuti vincor. Oris immenſum tui,
Cauſaque pondus cogit errores palam
Damnare princeps. Thura do Phœbo 2 *lubens.*

2 Accipit Cochlear thuris.

Ulfad. *O proditorem! Siſte deteſtabilem,*
Proh! Siſte dextram. 3 *Stygia divinos ferant*
Portenta cultus? Ruff. *Ruat* 4 *avernalis Draco.*

3 Excutit è manu th'.

Theorg *Dii fulminantes? phœbus in præceps ruit.*

4 Phœbi ſtatuam deturbare tentat, accurrente Theorgo.

Jum *Cernimus inulti fœda Divorum probra.*
Quis iſta Biſten, paſtus aut nivibus Geta?
Ante ora patrum, Regis in oculis Deum,
Deum, nitentis frena qui lucis gerit,
Sic proruiſſe? Grande proh mundi nefas?
Ulfer. *Frigeo, rigeſco. Membra ſaxificus gelat*
Rigor. Stupori cedit irarum tumor.
Nec ipſa noſtros Ætna ſuccendat fibras,
Phlegethon nec unda flammea. Obriguit ſinus.

Vicare

Vicere furias monſtra. ſtat ſilens furor.
Verebodus.& Theorgus hunc & hunc nigro.
(Qualis per antra regnat umbrarum nigror)
Nigro involutos lateris anguſti ſpecu
Condant, premantque. Iuſſimus. Mortem inclyto
Furore gravidus ſtatuet horrendam 1 *diei.*

1 Abducũtur in arctam cuſtodiam principes,

Chorus vel Interludium.

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

Theorgus variis artibus Ulfadum fruſtra oppugnat.

THEORGUS, ULFADUS, RUFFINUS, Sex Lemures in ſpeciem Deorum transformati, ſex itidem alii Deorum Ephebos mentiti.

THEORGUS.

UBique nox eſt; carcer & mundus pares
Denſant tenebras. Mira res 1 *Ferro jacent*
Situque preſſi, mortis haud ictu procul;
Tamen ſopore blanda permulcet quies.
Nunc ſi quid artis, ſi quid imperii manet
Agiles in umbras, Morpheus partes agat,
Pulchreque Iuvenes Numinum eludat choro.
Vbi nodus arte major humana incidit;
Inflecte ſuperos; ſi nequis, Erebum cie.
Calumne an orcus, tenue diſcrimen, modò
Rogata peragant. Virga pollentis manus
Vtrumque pandit limen. Audimur. Sonat.

1 Principes viſuntur in ſuo quiſque carcere dormiẽs.

Iupiter honores. Plutus Attalicas opes,
Illuſtre Phœbus numen, invictum malis
Animum Gradivus; robur Alcides feret.

Prodeunt hîc falſi Dii, ſuo quemque Ephebo præeunte. Ephebi Deos canendo celebrant à dote cujuſque propria.

CANTUS.

JUpiter Princeps hominum Deûmque,
Jure qui primas ſibi poſcit aras,
Sceptra Regnorum, trabeaſque Regum
Dividit Orbi.

Phœbus afflabit decus invidendæ
Lucis, & latè volitans per urbes
Nomen, Æterno comes ibit ævo
Fama Superſtes.

Arma Bellorum pater, Arma Mavors
Spirat; & ſævo metuendus enſe
Spargit invictu nimium flagrantes
Pectoris ignes.

Mercuri, Summi Jovis ac deorum
Suada; cui fande natatore virtus.
Vim dabis mentis, rapidumque linguæ
Ducere flumen.

Robur Alcides benè copulati
Corporis firmat, ſolidaſque nervis
Artuum vires, húmeris potentum
Tollere cælum.

Pluto ſemotas opulentas auri
Proferet venas, & amica ſceptris
Dona Telluris. Fluet Aula fulvæ
Munere lamnæ.

Er go

Ergo Panchæi pia dona thuris,
Dulce Par, ſenis adolete Divis,
Mox ſacer pingues cruor hoſtiarum
Imbuat aras.

Peracto cantu Epheborum, Dii choreas agunt, quibus nondum finitis,

ULFADUS.

Diſrumpe ſpectra, diſſipa larvas Deus.
Evaneſcentibus repentè Lemuribus,

Theor. *Pervicta fraus eſt. Reſtat horrifico patris*
Terrere juſſu. Fata vel ſuperi timent.
Exurge. Somno tempus æternum manet.
Ulfad *Quis me quiete ſolvit in curas?* Theo. *Dies*
Fati ſuprema. Cernis? 1 *Hac metam tuis* — 1 Exhibet clepſydrã horariam.
Appone annis hora, qua lapſa rogus
Ardebis igne lento, & inviſam Diis
Animam ſub umbras, Diti plaudenti, feres.
Hæc juſſa Patris, fatum ineluctabile.
Ulfad. *Ergo moriendum eſt? Grata vox! Blandum melos!*
Sed ante fata gratiam exilem rogo.
Da, fratris uno frater aſpectu fruar.
Theorg *Optem, ſed arcto Regis edicto vocor.*
Ulfad. *O per tuorum, quidquid eſt uſquam tibi*
Charum, roganti cede. Theorg. 2 *Tentabo* (*patrem.* — 2 Exit relicta Ulfado clepſydra.
Ulfad. *Benè eſt. Beamur. Vna quod vita eſt ſuper,*
Abſolvet hora, latice furtivo fluens
O perge dulcis Vnda, feſtinos age

Amica lapſus, meque trans vitæ ſolium
Æſtu beato celeris in portum refer.
Morum Magiſtra ſpecimen effingis mei,
Exulat uterque, fonte tu, cœlis ego.
Vincimur, ambo vitrea te compes ligat,
Me vincla terræ pariter & ferri premunt.
Tu vincta fontem quæris, Oceani ſinum.
Huc cura, pondus, lapſus, huc murmur vehit,
Curris, recurris, quærula rimaris viam,
En, quo venire gurgite undoſo nequis,
Vel fila mittis. Flumen in venas abit;
In fila venæ; fila de guttis fluunt,
Vndamque pellit. Vnda præeuntem ſequens:
Et ſtilla ſtillam trudit, & laticem latex.
Sic tenue lymphis agmen it, redit, fluit
Refluitque; nullus retrahit euntem labor.
Nec unda requiem poſcit, aut curſus moram.
Me vita paribus acta momentis vehit,
Revocatque in ortus, dulce principium mei.
Æternitatis tempus elapſum ſinu,
Volvitur eodem tempus in ſæclis volat,
Sæcula ſub annis, annus in menſes fluit.
Menſes diebus effluunt, horis dies;
Diſſecta parvis hora momentis fugit.
Ventum eſt ad horam; pauca quam ſuis ſecant
Momenta punctis; cumque poſtremum ſtetit
Sine parte punctum, pandet immenſum ſuis
Æternitatis æquor immenſus Deus.
2 *O perge dulcis unda, feſtina, vola,*
Redit *Laxa meatum, meque per tuas vehe*
Theorg. *Aquas ad ignes, Ignis ad cœlum 1 movet.*

Theor.

Theorg. *Spectare placuit, intuens Fratris caput,*
Quos in furores ardeat; ſeu quo ſtupens
Rigore, ſaxa vincat & ſilicum gelu.
Lætare; Fratris dabitur aſpectu frui.
Hic 2 *cerne fati ſpecimen horrendum tui,*
Et diſce, quem te Chriſtus in caſum vocet.
Ulfad. *Bellua cruoris avida, ſanguineæ lacus,*
Hic cerno mentis ſpecimen horrendum tuæ,
Et diſco quas te Chriſtus in pœnas vocet.
Ergo antevertis fata Majoris minor,
O chare frater? Sanguine impenſo fidem
Teſtatur, arcem victor æthereum ſubis?
I ſorte felix anima, ſydereos cole
Novus hoſpes orbes. Additum ſtellis decus
Fulge ſerena ſydus æternum plaga.
O quando jungar dulci in amplexu comes!
Pars anteceſſit, aſtra dimidium mei
Rapuêre, vivo medius. O vel ſic mori,
Liceat, beato totus ut toto fruar.
Anguſta ripis unda ſe jungit, brevi
Enaviganda, Latus interea tuum
Grator triumphum, cujus è radiis nitor
Vultum ſuperſtes afflat. Ætherea rubes
Vt ante flamma. Morte nil periit tui;
Et ſua decore mixta Majeſtas manet.
O ter quaterque fauſta, quæ rapuit dies!
Theorg. *Immane monſtrum, rupe Caucaſea ſatum.*
Sic in perempti fratris exultas nece?
Repete latebras fera. Sequêris illico. 1

2 Oſtendit Ulfado caput Ruffini in diſco menſæ ſuper impoſito. Erat verò ipſū Ruffini adhuc viventis caput.

1 Clauditur Ulfadi carcer.

SCENA II.

Tityrus Sacerdos ad Ruffinum admiſſus, dum eundem parat baptizare, capitur. Ruffinus, eluſo Lycambro, fingit è carcere.

LYCAMBER, THEORGUS, TITYRUS, RUFFINUS.

LYCAMBER.

VIS rideamus Genitor ? Hanc pecudem vide.
Advenit agris, grande Ruffino ferens
Donum, Volucrem Stemus abducto gradu,
Dum principem ſalutat, & munus dicat.
Theorg. *Benè eſt, Remotis pateat obicibus ſpecus,*
1 Lycamb. *En 1 patuit aditus. Vade, Ruffinum vides.*

1 Aperit aliũ carcerem, & oſtendit Ruffinũ.

Tityr. *Vt prata rivus, imber arentes agros,*
Vt aura flores mulcet, agricolam ſeges:
Sic tuus ameno Tityrum vultu juvat
Aſpectus, Alme Iuvenis. Hanc plumis tibi
Cantuque pulchram, munus, Aviculam fero.
Mulcebit aures cantus, atque oculos color.
Ruff. *Virtuſne dono ſubſit, an dolus, hareo*
Anceps: Caducam rara fortunam fides
Comitatur. Vnde tantus è campis amor,
Vt jam cadentem munere agreſti colat?
Hoſtis an amici, munus amplector libens.
Cernoque vivam ſortis effigiem mea.
Claudit revinctam carcer; exilium tamen
Solatur, ore murmur artificè movens.
Quin ergo letos exigam cantu dies,
Amore Chriſti vinctus? O dulcis comes!

Vicem

Vicem referre vota ſi mentis queant;
Vicem rependo. Sola de priſcis manet
Opibus voluntas. Tityr. 2. *Arbitro locus vacat*
Generoſe Chriſti miles, Aſtrorum pugil, 2 Circumſpicit, an teſte vacet locus.
Adſum Ceadda miſſus imperio. Ruff. *Sacer*
Chriſti Sacerdos? Tityr. *Ipſe.* Ruff. *Qua fidem nota*
Evincis? Tityr. Unus *teſſeram præſtat* Deus.
Ruff. *O ſors beata! Charus ô ſuperum favor!*
Ades Sacerdos ſancte, da 3 tuis feram
Ter mille plantis oſcula. Tityr. *Avertat* Deus,
Famulare trahimus ambo ſub Chriſti jugum; 3 Projicit ſe ad pedes Tityri.
Tu propior aſtris; quem per ærumnas Deus
Exercet ultrò, perque victrices agit
Palmas ad arces Cœlitum. Ingentes empe
Generoſus animos; vita ſi fluxum neget
Ævum triumpho dives ac ſpoliis necis,
Scandes; beatas lucis ætherea domos.
Ruff. *O chare cælo Myſta, divinum prius*
De more fontem ſparge; Baptiſmum expeto.
Deterge lymphis crimina. Vbi ſacer latex
Chriſto dicârit, totus unius caput
Laceſſat orcus, ſtabit effultus Deo
Ruffinus. Tityr. *Hæc me cura properantem tulit.*
Ruff *O quis lavacrum! Quis dabit lympham Deus?*
Tityr. *Diſpone mentem, comedat Avicula ſuas*
Amica lymphas. Ruff. *Sortis ô fauſta vicem!*

L 5 *Aſſu-*

1 Procũbit in genua baptizandus.

Affuſus 1 undam genibus. -- Theorg. *O 2*
ſtygium nefas!
Sic Regis altum ſternis ad pedes genus?
Hac ludit aulam larva, geſtamen dolus?
Lycamber, arcta claude Ruffinum ſera.

2 Subitò erumpit è latebris.

Ego Architectum ſceleris, Vlferi dabo
Furiis necandum. Myſta furiarum, 3 veni,
Lycamb. *Ruffine Princeps.* Ruff. *Strix avernalis procul:*
Procul hinc nefandi fictor. O vultus feri!

3 Tityrum abducit ad Ulferũ.

Spectate Superi. Nullus effrontem pudor,
Vis nulla ſcurram vincit. Etiamnum genas
Frontemque & oculos proditor eoſdem gerit.
Adhuc doloſo ludit in vultu fides,
In ore virtus, corde perfidia ſedet,
O juſte larvam deme fallacem, Deus:
Deterge vultus, ore clareſcant doli:
Ne levis aulam fucus in fraudem trahat,
Quàm timeo, vaſto rupta ne tellus voret
Ambos hiatu. Deſere actutum latus.
Lycamb. *Proh cautè genitum pectus! O crudum jecur?*
Faceſſe lapſum. Vis, ut in barathri chaos
Deſertus animam ſpontè præcipitem feram?
Vis, ut per umbras exul æternas fremam,
Laceremque probris aſtra, Naturam Deos?
Salutis expes, vis, ut immenſum premam

4 Crucem ab Ulfado accèptam reddit.

Chriſti cruorem pedibus? At ſceleris nego
Egiſſe quidquam. Thura demiſit manus
Intacta mens eſt; Chriſtus in fibris ſedet.
Hoc jam ſecutus ſpecimen Vlfadus, rogum
Latè flagrantem fugit. En 1 fidei nota.
Hoc te, precatur pignore, ut Chriſtum ſilens
Adoret

Digitized by Google

Adoret animus, thura det Phœbo manus.
Sic aſtuantis fata defugies pyra.
Ruff. Hoc te precatur pignore, ut Chriſtum ſilens
Adoret animus, thura det phœbo manus?
Agnoſco pignus. Chriſte, quid moveam, 1 *expedi.* — 1 Hæret aliquādiu cogitabūdus.
Benè eſt. Paretur calamus. Ad patrem breves
Dabimus tabellas. Lycamb. *Tuta conſilia occupas.*
Io 1 *triumphe! Vicimus. Chartam lubens* — 1 Versùs ſpectatores.
Calamumque promo. 2 Ruff. *Latus umbrarum locus;* — 2 Exit ſcribendi inſtrumēta laturus.
Suavis aura; dulce vinclorum mihi
Pondus Tot inter una delicias premit
Luſtralis unda cura Chriſtiadum Deus,
Si juſta poſco, ſterne poſcenti viam:
Pateat ad amnes facile vitales iter.
Lycamb. *En praſto cuncta.* Ruff. *Pauca mandabo Patri.*
Lycamb. *Tolles ad aſtra gaudio ingenti patrem.*
Ruff. *Proh ſcabra nimium pluma! Scalpellum, rogo.*
Regi patrique pingimus, Lyc. *Cultrum cape.*
Ruff. *Iam* 3 *te ſub ictu teneo, ſceleratum caput:* — 3 Lycambrum per collum apprehēdit, intento in jugulum cultello,
Perjure talo, fraudis infanda ſator.
Doli Architecte, quantus haud unquam Styge
Prodiit ab ima. Stas ineluctabili
Sub mortis ictu. Lycamb. *O parce!* Ruff. *Si verbum: peris.*
Age, vincla deme: diſcute actutum feram.

4 Lycĩber metu coactus vincula Ruffino detracta ſibi ipſe injicit.

Lycamb. *Iam 4 jam.* Ruff. *Moraris prædo? Iam ſera tuas*
Ferroque plantas illiga. Lycamb. *O Princeps!* Ruff. *Draco,*
Hiſcis? cito, niſi guttur horrifico velis
Pateat hiatu. Claude, da claves mihi.
I nunc, & ore lude ſimulato 1 Deum.
Lycamb. *Hæc 2 premia doli? Fraudis hic felix honor?*

1 Exit projecto cultello.

Premunt Lycambrum vincla Ruffinum fuga
Eripuit? O me luce maleſauſta ſatum!
Peſtis Parentem. Peſtis Vlſeri domum,
Peſtis Tonantem perdat, & Phœbum & Deos.

2 Circumſpicit lẽte omnia, carcerem, vincula, &c.

Æternus Aula riſus ac ludus ferar.
Quo vota vertam? Morte redimendum eſt probrum.
Huc 3 execrande mucro, quem flamma Cyclops
Finxit nefaſta; cuſpis in domini ultimam
Formata cladem, pande ſub Manes iter.

3 Arripit cultellũ.

Extunde vitam. Vulnus hac indam via?
An hac an ſtac? Guttur effringat manus.

4 manu ferrum contrectat.

Age, rumpe nervos. Friget 4 attactu chalybs.
Tamen feramus. Vos, quibus cordi cruor,
Sontumque pœna, torva furiarum cohors,
Spectate facinus, quale vel Ditis queat

5 Totus contremiſcens paulatim admovet gutturi cultrũ, quẽ vix tactũ repentè abjicit.

Decere famulas. Regna Plutonis peto.
Valete Superi; me vocat avidum 5 Chaos.
Ah! pereo. Nimium pungit immanis rigor.

SCENA

SCENA III.

Verebodus, occiſo Lycambro, Ulfadum abire liberum jubet ad Ceaddam.

VEREBODUS, LYCAMBER, ULFADUS.

VEREBODUS.

SIC eſt. Supremus fabulæ ultricis mihi
Peragendus inſtat actus. In furias patrem,
In vincla natos egimus. Tanta furor
Sub mole rerum ceſſet? Vmbroſum juvat
Luſtrare clauſtrum, nequis effugium dolus
Expediat, umbras inter & noctis moras.
Quid hoc Lycambrum vincla? Lycamb. *Depreſſum tenent.*
Vereb. *Ruffinus ubinam?* Lycamb. *Liber arripuit fugam.*
Vereb. *Quis vincla ſolvit?* Lycamb. *Ipſe, Theſſalico modos*
Fundens ab ore, neque nolentem ligans.
Vereb. *Ignave, ſic te ſtravit imbellem puer;*
I, ſequere triſtis umbra 1 *fugientem: peri.*

1 Hic ſubitò clauditur carcer, dum cædes patratur, & rurſum aperitur.

Lycamb. *Pereo, Trucidor. Ferte populares opem.*
Vereb. *Habet. Peractum eſt. Pulcher ultricem cruor*
Depingit aciem. Quam bene hoc pecudum genus.
Animas inanes mentis, enatos humo
Fungos, in hominum finxit effigiem, parens
Natura, magnis quò ferant viris opem,
Etiam necandi! Scelere cumuletur ſcelus.
Eadem ſoluto pateat Vlfado fuga,
Crimenque dira cadis in fratres cadat.

Quis-

Digitized by Google

Quiſquis furorem premere conſilio poteſt,
Iramque vultu tegere, ſint fera licèt,
Quas verſat artes; ſumma votorum feret.
1 *Exolve* 1 *Princeps ære nodoſo pedes,*
Fas emigrare. Ulfad. *Vocis ô fauſta ſonum!*
Fati ſupremam latus ingredior viam.
Moriamur. Vereb. *Abſit. Fauce Verebodum priùs*
Tellus hiante mergat, infanda exequi
Quàm juſſa cogar: Pando fugienti fores.
Caſuſque in omnes junctus incedo comes,
Hinc ad Ceaddam celere præripiat iter,
Ambóſque luſtret amne divino Pater.
Mors expiatos ſi premat, tutos premet.
Luſtralis arcem pandet æternam latex.
Ulfad. *Fidéſne verbis certa?* Vereb. *Quam teſtis videt,*
Firmátque, tacita mentis inſpector, Deus.
Ulfad. *Hoc teſte vincis. Non ego victus malis*
Do terga. Sola flammat æthereæ ſitis
Unda. Salutis una firmandæ rapit
Cupido. Vereb. *Tutus noctis officio, viam*
Silente luna carpe. Præeuntem ſequar.
Ulf. *Tu ſydus orbis Chriſte præluſtra fugam.* 2
Vereb. O *quàm ſecundo fertur afflatu ratis!*
Provehimur alto. Ponè præeuntes ſequar
Pueros: ſed unà junctus Ulferi furor
Veſtigia premet. Mucro vindictam dabit.

Aperit carcerem, Ulfadi, quem alloquitur.

SCENA

SCENA IV.

Ruffinus à Latronibus captus, & vinctus in ſylvis, occurrente Ulfado, liberatur.

CHOREBUS, FAUSTUS, RUFFINUS, ULFADUS.

CHOREBUS.

O *Pulchra nimium præda!* 1 *Sat ſpoliis datum.* 1 Ruffinum in ſylva captum adducunt
Tibi, Fauſte, gemmas ſors tulit, nummos mihi.
Iam proditorem digna ſceleribus premant
Supplicia, Linguam primus evellat furor:
Viſcera ſecundus, corque & infidum jecur,
Vulturibus eſcam truncus & foris dabit
In fruſtra caſus. Fauſt. *Spolia ditarunt ſatis.*
Nil ſanguinis opus. Regis in prolem nefas
Vibrare ferrum. Choreb. *Nempe mittatur manu,*
Vt arma vindex moveat. ac in me undique
Agreſtis omne quatiat indago nemus:
Fauſt. *Medium ſequamur. Vinctus ad truncum manus,*
Quicumque vinctum caſus excipiat, ferat.
Choreb. *Age, vinciamus. Pabulum hinc ſtriges petant.* 2
Ruff. *Silente mundo ſolus in curas vigil* 2 Arbori alligatum relinquũt.
Pernocto ſylvis, vinctus ad truncum manus.
Solus ferarum proſtat in paſtum miſer
Ruffinus, aula, patre, famulatu, domo,
Et (qui medullas gravius incurſat dolor)
A fratre profugus, Magne Chriſtiadûm Deus,

Cui

Cui cura pernox, oculus æternum vigil,
Spectare vinctum. Non ut ærumnas leves,
Oro; Triumphat rebus in miſeris amor.
Lymphas anhel● corde luſtrales pete.
Lymphis in ipſis moriar, ut vivam 2 tuus.

2 Prodit Ulſadus.

Ulſad. *Si ritè callem relego, jam propius dom●*
Abſum Ceadda. Ruff. *Frater.* Ulſad. *Attonitum quatit*
Vox nota fratris. Vmbra felices quoque
Mentitur animas, Forma Ruffinum refert,
Sic ille cultus ora, ſic oculos tulit.
Effare mens beata, quid fratrem 3 rogas?

3 Silens oſtendit ſe vinctum.

Sudor per artus manat. A tergo manus.
Nodo revictas arbor infelix tenet.
Felix Olympum ſubiit, & vinctus tamen
Inſedit atrum nocte ſubluſtri nemus.
Perplexus animum pulſat horrentem pavor.
Tibi per potentem, quem colo, Chriſtum impero:
Eloquere, quid ſis? Albus an niger, moves
Hæc ſpectra Genius? Fare, ſic mandat Deus.
Ruff. *Deſine timoris frater, & vincla excute.*
Ruffinus ego ſum, luce qui tecum fruor
Haud luce caſſus. Teſſera ſit Unus Deus.
Ulſad. *O fraus Theorgi! Frater, æthereas trahis*

4 Vinculis expeditus annulum ore extractum oſtendit.

Auras ſuperſtes? Ruff. *Vivo.* Ulſad. *Fac Gemmâ fidem.*
Ruff. *Agnoſce 4 pignus.* Ulſad. *Iunge complexus redux.*
Stringantur ulnæ: totus in pectus rue.
Ruff. *O Frater, una fratris afflicti ſalus!*

Vt me beaſti! frontis ut ſelix tua
Laxavit animum ſydus! O quantus pluit
In immerentes æthere ſecundo favor!
Vel hac potentem ſorte deprende Deum.
Stat Numen iſtac: ſpirat in portum Deus.
Ulfad. *Mihi, te reperto, vota cumulavit polus.*
Hoc regna vultu, Regiam his oculis geris.
Hoc ore ſolium, ſceptra, dominatum refers.
Vno beatus fratre, nil terra moror
Fumos, opesque, grande fortuna chaos.
Sed quis revinctum caſus huc tulerit, doce,
Ruff. *Mora longa rerum. Luna præcipitat polo,*
Fallamus ambo vicibus alternis iter.

SCENA V.

Ulferus, dum de Principum ſupplicio deliberat, Verebodi fraude actus in rabiem, Principes inſequitur, Furore comitante.

ULFERUS, THEORGUS, JUMINA, FABA, ETHELBERTUS, EADBERTUS, VEREBODUS, FUROR.

ULFERUS.

Spectata procerum rebus in ſummis manus:
Vis alta regni: Spem patris geminam abſtulit
Galilæus error. Quantus amentum furor
Inflarit animos, atra cum Phœbum manus
Erueret aras ira cum ſtratas daret,
Spectaſtis ipſi. Vos, quibus recti tenax
Aſtræa juſtam mandat arbitrii vicem,
Librate cauſam. Nullus interſit favor.
Per ego ſacratam conſcii ſolis facem

Iuro

Cui cura pernox, oculus æternum vigil,
Spectare vinctum. Non ut ærumnas leves,
Oro; Triumphat rebus in miſeris amor.
Lymphas anhelo corde luſtrales peto.
Lymphis in ipſis moriar, ut vivam 2 *tuus.*

2 Ulfad. *Si ritè callem relego, jam propius domo*

Prodit Ulfadus.

Abſum Ceadda. Ruff. *Frater.* Ulfad. *Attonitum quatit*
Vox nota fratris. Umbra felices quoque
Mentitur animas, Forma Ruffinum refert,
Sic ille cultus ora, ſic oculos tulit.
Effare mens beata, quid fratrem 3 *rogas?*

3 Silens oſtendit ſe vinctum.

Sudor per artus manat. A tergo manus.
Nodo revictas arbor infelix tenet.
Felix Olympum jubiit, & vinctus tamen
Inſedit atrum nocte ſubluſtri nemus.
Perplexus animum pulſat horrentem pavor.
Tibi per potentem, quem colo, Chriſtum impero:
Eloquere, quid ſis? Albus an niger, moves
Hac ſpectra Genius? Fare, ſic mandat Deus.
Ruff. *Deſine timoris frater, & vincla excute.*
Ruffinus ego ſum, luce qui tecum fruor
Haud luce caſſus. Teſſera ſit Unus Deus.
Ulfad. *O fraus Theorgi! Frater, æthereas trahis*
Auras ſuperſtes? Ruff. *Vivo.* Ulfad. *Fac Gemmâ fidem.*

4 Vinculis expeditus annulum ore extractum oſtendit.

Ruff. *Agnoſce* 4 *pignus.* Ulfad. *Iunge complexus redux.*
Stringantur ulnæ: totus in pectus rue.
Ruff. *O Frater, una fratris afflicti ſalus!*

Vl

Vt me beaſti! frontis ut felix tua
Laxavit animum ſydus! O quantus pluit
In immerentes æthere ſecundo favor!
Vel hac potentem ſorte deprende Deum.
Stat Numen iſtac: ſpirat in portum Deus.
Ulfad. *Mihi, te reperto, vota cumulavit polus.*
Hoc regna vultu, Regiam hus oculis geris.
Hoc ore ſolium, ſceptra, dominatum refers.
Vno beatus fratre, nil terra moror
Fumos, opesque, grande fortuna chaos.
Sed quis revinctum caſus huc tulerit, doce.
Ruff. *Mora longa rerum. Luna præcipitat polo,*
Fallamus ambo viribus alternis iter.

SCENA V.

Ulferus, dum de Principum ſupplicio deliberat, Verebodi fraude actus in rabiem, Principes inſequitur, Furore comitante.

ULFERUS, THEORGUS, JUMINA, FABA, ETHELBERTUS, EADBERTUS, VEREBODUS, FUROR.

ULFERUS.

SPectata procerum rebus in ſummis manus:
Vis alta regni: Spem patris geminam abſtulit
Galilaus error. Quantus amentum furor
Inflarit animos, atra cum Phœbum manus
Erueret aras ira cum ſtratas daret,
Spectaſtis ipſi. Vos, quibus recti tenax
Aſtræa juſtam mandat arbitrii vicem,
Librate cauſam. Nullus interſit favor.
Per ego ſacratam conſcii ſolis facem

Iuri

Peſtis adoleſcit: Teſtor, impendet ſacris
Vltima ruina. Carcer aſtrictos premat.
Quàm ſæpè ruptis lapſus è vinclis reus
Implevit orbem cædibus, furtis forum?
At exulem. Vlfere da veniam: mala
Horreſco formidanda, ſi natos fugas.
Fortuna cæcam volvit inſtabilis rotam.
Pœnas triumphis mutat, & patria fugam,
Famulosque Ducibus. Facilè regnorum trahet
Opem vel ætas flore vernanti vigens.
Aliena Regum ſceptra demeriti, lares
Bello repoſcent. Magna Polynices tulit
Documenta quondam, ſcelere fraterno exulans.
An non Adraſto fretus, Argivûm Duce,
Amphionis trophæa, Thebarum arduas
Pulſavit arces, Marte civili redux?
„ Dum ſperat hoſtis, nemo ſe tutum putet.
Rex magne, pateris, cauſa qua peſcat, loqui?
Solus tonantem ſanguis iratum poteſt
Placare regno. Fab. Cæde natorum imbui
Pietas reclamat. Theorg. Nempe quam Furia probant.
Natura, Divûm ſanxit inimicis, necem
Fab. An per parentis dexteram? Immanem argue,
In chara quiſquis pignora cruentes furit.
Ulfer. Ego chara ducum pignora, inviſos Polo,
Superis rebelles, nomen exoſus patris.
Sanctum, verendum nomen? Hos natos vocem?
Pereant, necentur. Vereb. Sanguis, 1 heu! ſanguis fluit.

1 Prodit Verebod.

Daturę ſtragem! Genitor in natos furit.
Rumpare pietas; urget impietas patrem.
Natura frende: jura calcantur tua.
Gemiſcite patres, veſtra ſe lædit fides.
Adeſte Tigres; aliquid hinc dira fluet
Feritatis in vos. Genitor in prolem furit.
Furoris hic triumphus. Horrenda necis
Impulſor adero. Limina Ceadda peto.

SCENA VI.

Principes jam à Ceadda baptizati, audito Patris adventu, mutuis amplexibus ſeſe animant ad mortem.

CEADDA, ULFADUS, RUFFINUS, Nuncii duo.

CEADDA.

Tandem 1 *expiatos amne luſtrali caput*
Tunica nivalis ambit, & puri nives
Animi fatetur. Orta jam menti dies.
Iam purpurantis ſcripſit hæredes plaga
Chriſtus, corona jure donatos ſua.
Ulfad. *O me beatum! Qualis amoto diu*
Qui latuit antro, quo nec aurati jubar
Penetrabat axis, lucis aut fulva nitor;
Si quando ad auras liber evaſit, ſtupet,
Vix nota lucis dona revocata videns:
Talis inopinam jubaris ætherei facem
Viſus tueri, miror, & noctem procul
Ceſſiſſe latus, lucis artificem colo.
Ruff. *Nunc alma vitæ munera capeſſo nova*
Melioris aura videor afflari vice.
O quàm ſecundo luſtra tenuimus pede,
Invia ſecuti! Lapſus optatus, caput

1 Principes recenter baptizati, tunicas talares gerunt, candore conſpicuas.

Vbi ſit in aſtra ferre labenti licet!
Sopor ſerenus, tale quid viſum ferat!
Venatus auro melior, in prædam Deus
Cùi ceſſit ipſe! Quàm ſibi tacito ſinu,
Gratatur intus animus, & plauſum ciet!
Ulfad. *Iam fucus aula, jam ſupercilii tumor*
Regentis orbem ſordet. Hic animi tenor,
Integer iniqua labis, hæc cæli quies
Immane quantum vincit imperii bona!
Cead. *Generoſa pubes, unus hæc menti creat*
Ocia, ſereno cuncta qui nutu regit,
Chriſtus; ſuperba quem per illecebras domus,
Nudos per enſes, mille per lethi vias,
Per quidquid ira verſat Vlferi, ſequi
Par eſt. Uterque. *Sequemur,* Ulfad. *Nulla me ſortis rota*
Sic vertet, ut ſubvertat, Auſonia licet
Frænator aulæ, juris in partem vocet.
Non, ſi minaci torvus in pœnas flagro
Conjuret Orcus. Ruff *Vota quam felix mea*
Secundet enſis, cujus inflictu via
Pateat cruori? Quidquid in venis meat,
Efflueret ultro, teque fugienti Deum
Teſtarer aura Chriſte. Cead. *Delapſam æthere*
Agnoſco flammam. Pectus obvallat fides.
Nunc. 1. *O fugite, fugite Principes, inſtat parens.*
Duce Verebodo properat, & nudum vibrat
Furibundus enſem fugite, ſi cordi eſt ſalus.
Ruff. *Suſpectus ante prodit in lucem dolus.*
Cead. *Pugiles beati, ſtate, quo ſtatis gradu.*
Iam candicantem rore ſanguineo togam
Imbuere fas eſt. Gratior pratis honor,

Vbi

Vbi liliorum candor admiſſo rubet
Oſtro roſarum. Venit ad cædem pater.
Audete contra. Robur afflabit Deus,
Nec vile pigeat lucis occiduæ jubar
Projicere. Clara cernite aurata domus
Lumina. Beatós luce purpurea dies
Illic trahetis, ſortis exempti malis.
Quin & rubentes inter excelſi Duces.
Ævum per omne gaudia, triumphos, choros
Plaudetis ambo. Tanta quis fuſo neget
Emere cruore præmia? Ulfad. *O cæli vigor!*
Quæ pectus aura mulcet? agnoſco Deum.
Ruff *Quis hic repente ſerpit in fibras calor?*
Contemptor animus tela nil patris timet.
Ulfad. *Germane frater, dulce dimidium mei.*
Fratris amor, ævo digne Cumæo, fuge,
Fuge tutus: enſi ſolus occurram patris,
Ibo: cruentam ſolus explebo ſitim.
Ruff. *Ego, te perempto, Frater ut vitam extraham?*
Fraternus ut me ſervet illaſum cruor?
Omen tremiſco. Me furor, me vis petat:
Tu Frater, auras latus æthereas trahe.
Ulfad. *Ruffine ſiſte* Ruff. *Siſtat Vlfadus prior.*
Ulfad. *Ego major ævo.* Ruff. *Iure meliori potes.* Abeuntē retinet.
Vivere: Minoris vita jus habet minus.
Cead. *Lites amoris! frater in fratrem pius.*
Prævertere alter pugnat alterius necem.
Quin par utrumque ſors ferat. Neuter patri
Occurrat ultrò. Melius ad ſacras opem
Poſcamus aras, fas ubi artifici Deo

Sacra-

Sacrare mortis pariter, ac vitæ vicem.
Ulfad *Niſi ſævientis ante ſiſtamus gradum,*
Te ſimul iniquo Genitor exitio dabit.
Occurrere neci liceat; Cead. *O chara ſoboles,*
Oratus iſta meliùs inſtituet Deus.
Nunc *Fuge, fuge, Præſul; urget Vlferus; fuge.*
Cead. *Devota Chriſto capita, ſolvamus pii*
Vices amoris; jungite amplexum. Brevi
Super aſtra junctos nulla disjunget dies.
Valete. Forti pergite in cælum gradu.
Ulfad. *Vale verende Præſul,* Ruff. *Extremum vale,*
Chare pater. Olim Chriſtus ingenti manu
Præmia reponet. Ulfad. *Frater, 1 æterno mihi*
Sociare nexu: junge complexus? pari
Chriſtum profeſſi robore, aſtrorum domos
Ineamus ambo. Ruff *Frater, extremis comes*
In rebus, Aulæ cogimur, & avi decus
Fugere caducum Chriſtus æternum parat.
Et avum, & aulam. Perge. Nos aræ vocant.

1 Hærent mutuo in amplexu.

SCENA VII.

Ulferus Verebodi tandem impulſu filios in ſacello Ceaddæ propria manu interficit.

VEREBODUS, ULFERUS, ULFADUS, RUFFINUS.

VECEBODUS.

HÆC *murmurantis conjcia Ceaddæ caſ*
Hic in parentem tela Cyclopes parant.
I, perge: Phœbo perage vindictam, Iovem
Vlciſcere pius. Vindica inſontis necem.

Ulfer

Digitized by Google

Ulfer. *Ibo, & rebelles proruam natos pater.*
Quid elocutus videor? In natos pater?
Vlſadus, hæres Imperi, ætatis roſa;
Ruffinus; aulæ lumen, Vlſeri favor,
Hac tranſadacti cuſpide æternum ruant?
Dii melius! Abſit. Vereb. *Ira molitur fugam,*
Oblita refugos. Ulfer. *Abdicant profugi patrem*
Chriſti ſequaces? Patris ejurant Deos?
Redivivus æſtu creſcit inflatu furor.
Mactentur, opprimantur. Inſontes tamen
Quid ſceleris auſi? Culpa Tartareum ſenem
Tangit Ceaddam tota. Quid rerum inſcii
Potuere pueri? Dicar infelix parens
Morſiſſe, Natos funere. O vivat mea,
Vt ante, Proles, Vivat; Vereb. *Et patrem manu,*
Patriam ruina, templa cineribus, Deos
Oblivione mergat. Ulfer. *Inſontes voco,*
Quibus hæc coquuntur ſcelera? Filios voco,
Qui Barbari, qui genere vipereo ſati,
Letho Parentem deſtinant? Meos voco,
Qui tela cogunt, ne quid exuperet mei?
Ingrata Proles! Patris in cædem? Furor,
Furor intus ardet. Repetit antiquam dolor
Iram: repoſco tela: dediſco patrem.
Ulfad. *Pater* 1 *benigne.* Ulfer. *Patris ad vocem intima*
Tremuere viſcera. Languet in vulnus manus.
Ruff. *Pater* 2 *ſupreme.* Ulfer. *Patris ô nimium potens,*
Nimiumque blandum nomen! Inceptis amor

1 Intra ſcenam, & quaſi Deum alloquens.

2 Intra ſcenam.

I *Obſtat*

Obſtat paternus. Vereb. *Pateris imbelli ſono*
Divina frangi cœpta? Caleſtem abjicis
3 Intra ſcenam. *Mollis furorem? Iupiter mentem regit.*
Vlciſcere Deos. Ulfad. *Chriſte ; Genitorem doma,*
Ulfer. *Egóne domandus perfide. indomitum* (*ſcies.*

SCENA ULTIMA.

Verebodus detecto per inſaniam dolo divinitùs punitur. Ulferùs dolore ſceleris captus, filiorum precibus ad Chriſtum convertitur.

Verebodus, Jumina, Faba, Ethelbertus, Eadbertus: Milites, Theorgus, Chriſtus, Duo Angeli vindices, Animæ Ulfadi & Ruffini, Ulferus, Clytus Sacerdos, Genius Furoris.

VEREBODUS.

PErgit. Ruenti patuit in caſam via.
Iuvat intueri cadis horrenda modum.
Geminus ad aras natus in preces vacat,
Haret Tyrannus; carpat aternum prius
Vter ſoporem cujus Vlfadum necat,
Ictuque jugulum rumpit immani chalybs.
Ruit in parentem Natus. Atroci pater
Animatus auſo, corda Ruffini petit,
Sternitque foſſum Truncus in fratrem cadit.
Io triumphe reſonet infernum chaos.
Gen. Fur. *Io triumphe reſonet infernum Chaos*
Vereb. *Iam regno: jam triumpho: jam celſo polos*
Vertice laceſſo; victor, & vindex cano:

Io triumphe. Ang. I. *Chriſte.* 1 Vereb. *Iam ſuum invocent*
Chriſtum Puelli. Ang. II. *Vindica inſontûm necem.*
Chriſt. *Vindico.* Vereb. *Dolentis pono jam ſortis notas.*
Rubeo cruentus quam juvat oculos color!
Quid 2 hoc? Cruoris migrat in ſpeciem polus!
Sanguis Diana; ſanguis aſtrorum comis,
Tellure ſanguis, ſanguis aëreo rubet
Campo. Cruenta ſpectra, Sangnineus mihi
Mundus reclamat. Sum nocens. Cædes patrem
Damnat nocentem. Me juvat ſparſus cruor.
Iuvat cruentum cernere theatrum poli,
Soliquè ſurva. 3 *Proh Stygis facies! Niger.*
Niger horror! Orbis repetit antiquum chaos.
Vbi ſum? ſub aſtris? Vivus an furvam invehor
Plutonis Aulam? Iupiter euntem tene.
Mergor perſundo, mergor. Has tutum reor
Subire latebras. Enſis ad manum comes.
Si fanda, ſi nefanda Rhadamanthus petat,
Scelera fatebor; enſe furiarum tamen
Arcebo flagra. Theorg. *Lycamber* 4 *heu! Lycamber heu!*
Lycamber. Vereb. *Vmbra pallida Lycambri quatit.*
Theorg. *Lycamber! O Lycamber!* Vereb. *horribilem amove.*
Feralis umbra, luce ſanguinea, facem.

I 2 *Non*

1 Hic viſitur in nubibus Chriſtus medius inter duos Angelos vindices, quorum alter vexillum rubrũ gerit, alter nigrum.
2. Primus rubrum explicat, & Verebodum circũiens velut involvit.
3 Secundus ductu conſimili nigrum vexillum circũfert.
4 Facem accenſam præferens Lycambrũ in ſylvis quærit amens.

Google

Non ſum Lycamber. Theorg. *Quiſquis es, Patri ſuum*
Monſtra Lycambrum, Vereb. *Petiit hac avidum chaos.*

1 Exit.

Theorg. *Lycamber, O Lycamber.* 1 Jum. *Hac lares jacent.*
Vereb. *State furialis tuba! Quis via furor?*
Jum. *Cerne Verebodum?* Vereb. *At ille Rhadamanthi negat*
Rapi ad Tribunal. Ite, & inferno Jovi

2 Mente dejectus hæc prodit.

Iſta memorate. Funera 2 Lycambro attulit
Verebodus; actu ſuaſit è clauſtro fugam
Pueris; adegit prolis ad cædes patrem:
Et jam triumphabundus ad ſcelerum abnuit
Venire pœnas. Ite. Fab. *Proh ſuperûm fidem!*

3 Tāquam in Furias involat.

Vereb. *Reſtatis 3 ultra?* Jum. *Contine miles manum.*
Me, me laceſſit. Vereb. *Te nigra umbrarum Soror,*
Te peto, Megæra; morere. Jum. *Veſane occuba.*
I, pete Charontem, Cuſpis hæc naulum dabit.
Vereb. *Supremus enſem condat in ſinus furor.*
Jum. *Iam te ſub Orcum fata, jam furiæ vocant.*
Ulfer. *Cohibete dextras.* Ethelb. *Mutua occumbunt nece.*

1 Deſilit in Barathrū.

Gen. Furor. *Io triumphe reſonet infernum 1 Chaos.*

2 Lethaliter vulneratus exit; inſequente ſacerdote hactenus incognito.

Jum. *Baptiſma. Morior. Quis mihi 2 lymphas.* Clyt. *Ego*
Chriſti

Chriſti ſacerdos. Amnis hic 5 *ſacer latet.*
Ulfer. *Quæ cauſa pugnæ?* Ethelb. *Prohibet effari ſtupor.*
Ulfer. *Silentiumque prohibet inviſum ſtupor.*
Ethelb. *O fraus nefanda? Funera Lycambro attulit*
Verebodus. Aſtu ſuaſit è clauſtro fugam
Pueris. Adegit prolis ad cædes patrem.
Hæc ante fatus ipſe, nocentem ſtygi
Demiſit, Hoſtis pariter extinctus manu.
Ulfer. *Stravi innocentes? Torva tartarei lacus*
Properate monſtra! Gorgones, Lerna malum,
Chimæra flammis cincta; Centauri truces,
Scyllæ biformes, Vultur, Harpyiæ, canis,
Ferte, agite, rapite, tundite infauſtum caput.
Furor nefandus! Regis horrendum nefas!
Truculenta dextra! Mucro crudelis patrem
Qui liberis orbavit. At cunctis pater
Crudelior Hydris, Prolis exitium ſuæ!
Tantum feroces vicit Ulferus feras.
O ſancta Tellus; ſcelere ſi noſtro nocens
Ferare, vaſtum faucibus ruptis hia,
Hia profundum. Pateat ad Manes iter.
Natos ſequemur, Ducis inhumani fore
Pœnas daturi. Cujus admiſſi reus?
Decuit meorum ſanguine ulciſci Deos.
Ille, ille Gentis auctor, & caput mage,
Numen profanum, vile, malefauſtum mihi,
Chriſtus, Parentem prolis in cædem impulit.
Ulfad. *O ſiſte* 1 *dextram Chriſte; Natorum ſalus*
Tibi pro parente ſupplicat. Chriſt. *Non eſt Pater.*

5 Indigitat capulum enſis, in quo aquã ferebat.

1 Viſitur iterum Chriſtus inter Ulfadum & Ruffinum jam beatos.

Digitized by Google

Ruff. *Genuit.* Chriſt. *Peremit.* Ulfad *Fraude deluſus.* Chriſt. *Nocens.*

Ruff. *Veniam repoſcit ſanguis.* Chriſt. *Et pœnas.* Ulfad. *Dabit*

Vltro ſuperſtes; Chriſte ſervatum tibi

Tranſcribe Patrem. Chriſt. *Fiat,* Ulfer. *O quis me Deus*

Transformat intus, meque ſurreptum mihi

Reſtituit alium? Grande vitiorum chaos

Oberrat oculis. Fronte quam torva ingruit

Imago ſcelerum! Conſcia mentis pavor

Animum flagello tortor horribili quatit.

Diſrumpor. Ipſas cordis in fibras furit,

Heu furit, atroci preſſus inflictu dolor.

Tumeſcite ſinus. Volvor: immenſo impotens

Volvor tumultu. Fab *Mitiga, Princeps malum.*

Ulfer. *O Faba: mille pectus in partes abit,*

Impar dolori: Mille vulneribus jecur

Crudeſcit! Atra cadis & vita reum.

Succurre Præſul: affer heu miſero manum.

1 *Pater* 1 *Cedda: Pater Cedda.* Cead. *Quis vocat?*

1 Flexis genibus ad portam ſacelli.

Ulfer. *Vlferus.* Cead. *Ille Prolis extinctor ſuæ?*

Ulfer. *Ego ille ſum, qui viſcera extinxi mea.*

Ego præpotentis Numen abjeci Dei,

Saxa veneratus. Sceleris immenſi dolor

Pungit, repungit: morſibus mentem leva.

Cead. *Chriſti miniſtrum nuper affatu amovens,*

Nunc tecta ſupplex noſtra, & affatum petis.

Ulfer. *O parce ſonti; fateor; admiſi nefas.*

Veniam

Veniam ropeſco pronus, & Chriſti potens
Agnoſco Numen. Iunge me Chriſto Pater.
Cead. *Exurge princeps: lumina ſub axem refer.*
Ulfer. *Egon' aſtra tanto læſa portento intuar.* 2 Perſtat in genibus.
Ego vivus auras duco, quas rapui nocens
Inſontibus? Ego jure naturæ fruar,
Cujus refregi Vincla? Ego Regis queam
Audire nomen, prolis extinctor meæ?
O mitte juſtam ſontis in caput facem!
O plecte vindex, crimen horrendum Deus!
Cead. *Vlfere luctum frange; te ſolo leva.*
Veniæ potiris. Mite Chriſtiadæ colunt,
Blandumq; Numen. Creſcat immenſum licet
Culpa miſeratur ſcelera dum plangis, Deus.
Ergo age: Deoſne linquis? Ulfer. *Abjuro Deos.*
Cead. *Vnum, beatum præpotens Numen colis?*
Ulfer. *Colo:* Cead. *Salutis principem humanæ, Deûm*
Hominumque, Chriſtum amplectere, Ulfer. *Amplector.* Cead. *Ducum.*
Regumque ſceptra Regis æterni premi
Nutu fateris. Ulfer. *Fateor & regni notas,*
Chriſto libens remitto. Nec ſceptrum manus,
Nec 1 *ſtemma crines, Trabea nec humeros tegat;* 1 Abjicit diadema.
Donec piârit unda luſtralis, caput.
Cead. *Nec mora. Supremus ritè cum pueris honor*
Conſtiterit, amne pectus ethereo abluam.
Ulfer. *Amica procerum, fida famulantum manus;*

Quos noſter, acri læſit exemplo, furor.
Revocate greſſum, meque melioris Ducem
Vitæ ſecuti, quo vocat Chriſtus pedem
Referte. Vanus, credite experto, Iovem
Colit error. Vnus dominator Deus,
Vnus Britannum Chriſtus imperium regit.

THEOCTISTUS,
SIVE
CONSTANS IN AULA VIRTUS.
TRAGOEDIA.

Romæ ſub Ferias Bacchanales Anni 1654. à Nobiliſſima Juventute Italica Seminarii Romani ſæpiùs cum plauſu data.

ARGUMENTUM.

SUblatus è vita Theophilus, Orientis Imperator, Filium reliquit Michaëlem, Imperio moliendo nondum maturum, Bardæque Avunculo, & Theoctiſto Logothetæ in tutelam commiſſum. Aulam ſub ea tempora penitus corruperat flagitioſa libertas. Hinc Michaël inter nequiſſimos Ephebos adoleſcens, in omnia ſeſe vitia præcipitat. Ruentem impellit Stilbo Pædagogus, homo ad ultimam nequitiam profligatus; quem tamen puer ſic amat, ut planè immerentem pugnet honoribus ampliſſimis augere. Theoctiſtus interim, vir integerrimis moribus ſummaque conſtantia, in-

ten-

tentus in ſalutem imperii, ex Theodoræ Imperatricis viduæ ſententia, iniquiſſimos adoleſcentis conatus refutat. Hinc in eum totius pene Aulæ clandeſtina machinatio. Pœdagogus quippe ſimul Bardæ, ambitioſiſſimi hominis hortatu ſuccenſus, ſimul Jannis Pſeudopatriarchæ (quem paulò ante Methodio reſtituto, de gradu dejecerat Theoctiſtus) arte magica adjutus, viro innocentiſſimo cædem infert. Cui quidem ſceleri eò lubentiùs viam præbet Michaël, quòd Bardæ ſuaſu crederet hunc unum ſibi, ne ſceptra ſolus capeſſeret, obtento imperatricis nomine, obſtare. *Ex Hiſtoriis Orient.*

PERSONÆ.

MICHAEL Imperator.
BARDAS, ejus Avunculus.
THEOCTISTUS Logotheta.
BASILIUS Protoſtrator.
STILBO Michaëlis Præceptor.
JANNES Pſeudopatriarcha.
ARSAVERUS, ejus frater.
BERILLUS Epheb⁹ Imperatori chariſſimus.
MELINDUS Ephebus Theoctiſti.
Sex alii Ephebi Michaëlis.
MANUEL Equitum præfectus.
EUBULUS Theoctiſti Amicus.
Duo Famuli Theoctiſti.
MISANDER Sicarius.
Sex Aulæ Lemures.
Milites aliquot.
Nuncius.

Vbi ſis in aſtra ferre labenti licet!
Sopor ſerenus, tale quid viſum ferat!
Venatus auro melior, in prædam Deus
Cui ceſſit ipſe! Quàm ſibi tacito ſinu,
Gratatur intus animus, & plauſum ciet!
Ulfad. *Iam fucus aulæ, jam ſupercilii tumor*
Regentis orbem ſordet. Hic animi tenor,
Integer iniquæ labis, hæc cæli quies.
Immane quantum vincit imperii bona!
Cead. *Generoſa pubes, unus hæc menti creat*
Ocia, ſereno cuncta qui nutu regit,
Chriſtus; ſuperbæ quem per illecebras domu
Nudos per enſes, mille per lethi vias,
Per quidquid ira verſat Viſeri, ſequi
Par eſt. Uterque. *Sequemur,* Ulfad. *Null*
me ſortis rota
Sic vertet, ut ſubvertat, Auſoniæ licet
Frænator aulæ, juris in partem vocet.
Non, ſi minaci torvus in pœnas flagro
Conjuret Orcus. Ruff. *Vota quam felix mea*
Secundet enſis; cujus inflictu via
Pateat cruori? Quidquid in venis meat,
Efflueret ultro, teque fugienti Deum
Teſtarer aura Chriſte. Cead. *Delapſam æthe*
Agnoſco flammam. Pectus obvallat fides.
Nunc. 1. *O fugite, fugite Principes, inſta*
parens.
Duce Verebodo properat, & nudum vibrat
Furibundus enſem fugite, ſi cordi eſt ſalus.
Ruff. *Suſpectus ante prodit in lucem dolus.*
Cead. *Pugiles beati, ſtate, quo ſtatis gradu.*
Iam candicantem rore ſanguineo togam
Imbuere fas eſt. Gratior pratis honor,

V

Vbi liliorum candor admiſto rubet
Oſtro roſarum. Venit ad cædem pater.
Audete contra. Robur afflabit Deus.
Nec vile pigeat lucis occiduæ jubar
Projicere. Clara cernite aurata domus
Lumina. Beatos luce purpurea dies
Illic trahetis, ſortis exempti malis.
Quin & rubentes inter excelſi Duces.
Ævum per omne gaudia, triumphos, choros
Plaudetis ambo. Tanta quis fuſo neget
Emere cruore præmia? Ulfad. O cæli vigor!
Quæ pectus aura mulcet? agnoſco Deum.
Ruff Quis hic repente ſerpit in fibras calor?
Contemptor animus tela nil patris timet.
Ulfad. Germane frater, dulce dimidium
mei.
Fratris amor, ævo digne Cumæo, fuge,
Fuge tutus: enſi ſolus occurram patris,
Ibo: cruentam ſolus explebo ſitim.
Ruff. Ego, te perempto, Frater ut vitam extraham?
Fraternus ut me ſervet illæſum cruor?
Omen tremiſco. Me furor, me vis petat:
Tu Frater, auras latus æthereas trahe.
Ulfad. Ruffine xiſiſte Ruff. Siſtat Vlfadus prior. r
Ulfad. Ego major ævo. Ruff. Iure meliori pœtes. Abeuntē retinet,
Vivere: Minoris vita jus habet minus.
Cead. Lites amoris! frater in fratrem pius.
Prævertere alter pugnat alterius necem.
Quin par utrumque ſors ferat. Neuter patri
Occurrat ultrò. Melius ad ſacras opem
Poſcamus aras, fas ubi artifici Deo

Sacra

Sacrare mortis pariter, ac viæ vicem.
Ulfad *Niſi ſævientis anteſiſtamus gradum,*
Te ſimul iniquo Genitor exitio dabit.
Occurrere neci liceat, Cead. *O chara ſoboles*
Oratus iſta meliùs inſtituet Deus.
Nunc *Fuge, fuge, Præſul; urget Vlferus;*
fuge.
Cead. *Devota Chriſto capita, ſolvant ui pii*
Vices amoris; jungite amplexum. Brevi
Super aſtra junctos nulla disjunget dies.
Valete. Forti pergite in cælum gradu.
Ulfad. *Vale verende Præſul,* Ruff. *Extremum*
vale,
Chare pater. Olim Chriſtus ingenti manu
Præmia reponet. Ulfad. *Frater,* 1 *æterno mih*
Sociare nexu: junge complexus? pari
Chriſtum profeſſi robore, aſtrorum domos
Ineamus ambo. Ruff *Frater, extremis comes*
In rebus, Aulæ cogimur, & avi decus
Fugere caducum Chriſtus æternum parat.
Et avum, & aulam. Perge. Nos aræ vocant.

1 Hærent mutuo in amplexu.

SCENA VII.

Ulferus Verebodi tandem impulſu filios i[n] ſacello Ceaddæ propria manu interficit

VEREBODUS, ULFERUS, ULFADUS, RUFFINUS.

VERCBODUS.

HÆC murmurantis conjecta Ceaddæ ca[ſ]
Hic in parentem tela Cyclopes parant.
I, perge: Phœbo perage vindictam, Iovem
Vlciſcere pius. Vindica inſontis necem.

Ulfe[rus]

Ulfer. *Ibo, & rebelles proruam natos pater.*
Quid elocutus videor? In natos pater?
Vlfadus, hæres Imperi, ætatis roſa;
Ruffinus; aulæ lumen, Vlferi favor,
Hac tranſadacti cuſpide æternum ruant?
Dii melius! Abſit. Vereb. *Ira molitur fugam,*
Oblita refuges. Ulfer. *Abdicant profugi patrem*
Chriſti ſequaces? Patris ejurant Deos?
Redivivus æſtu creſcit inflatu furor.
Mactentur, opprimantur. Inſontes tamen
Quid ſceleris auſi? Culpa Tartareum ſenem
Tangit Ceaddam tota. Quid rerum inſcii
Potuere pueri? Dicar infelix parens
Morſiſſe, Natos funere. O vivat mea,
Vt ante, Proles, Vivat, Vereb. *Et patrem manu,*
Patriam ruina, templa cineribus, Deos
Oblivione mergat. Ulfer. *Inſontes voco,*
Quibus hæc coquuntur ſcelera? Filios voco,
Qui Barbari, qui genere vipereo ſati,
Letho Parentem deſtinant? Meos voco,
Qui tela cogunt, ne quid exuperet mei?
Ingrata Proles! Patris in cædem? Furor, 1
Furor intus ardet. Repetit antiquam dolor Intra ſcenam, & quaſi Deum alloquens.
Iram: repoſco tela: dediſco patrem.
Ulfad. *Pater 1 benigne.* Ulfer. *Patris ad vocem intima*
Tremuêre viſcera. Languet in vulnus manus.
Ruff. *Pater 2 ſupreme.* Ulfer. *Patris ô nimium potens,* 2 Intra ſcenam.
Nimiumque blandum nomen! Inceptis amor

 Obſtat

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Io triumphe. Ang. I. *Chriſte.* 1 Vereb. *Iam ſuum invecent*
Chriſtum Puelli. Ang. II. *Vindica inſontûm necem.*
Chriſt. *Vindico.* Vereb. *Dolentis pono jam ſortis notas.*
Rubeo cruentus quam juvat oculos color!
Quid 2 hoc? Cruoris migrat in ſpeciem polus!
Sanguis Diana; ſanguis aſtrorum comis,
Tellure ſanguis, ſanguis aëreo rubet
Campo. Cruenta ſpectra, Sangnineus mihi
Mundus reclamat. Sum nocens. Cœdes patrem
Damnat nocentem. Me juvat ſparſus cruor.
Iuvat cruentum cernere theatrum poli,
Solique ſurva. 3 *Proh Stygis facies! Niger,*
Niger horror! Orbis repetit antiquum chaos.
Vbi ſum? ſub aſtris? Vivus an furvam invehor
Plutonis Aulam? Iupiter euntem tene.
Mergor perſundo, mergor. Has tutum reor
Subire latebras. Enſis ad manum comes.
Si fanda, ſi nefanda Rhadamanthus petat,
Scelera fatebor; enſe furiarum tamen
Arcebo flagra. Theorg. *Lycamber* 4 *heu! Lycamber heu!*
Lycamber. Vereb. *Vmbra pallida Lycambri quatit.*
Theorg. *Lycamber! O Lycamber!* Vereb. *horribilem amove.*
Feralis umbra, luce ſanguinea, facem.

1 Híc viſitur in nubibus Chriſtus medius inter duos Angelos vindices, quorum alter vexillum rubrũ gerit, alter nigrum.

2. Primus rubrum explicat, & Veredodum circũiens velut involvit.

3 Secundus ductu conſimili nigrum vexillum circũfert.

4 Facem accenſam præferens Lycambrũ in ſylvis quærit amens.

Google

Non ſum Lycamber. Theorg. *Quiſquis es, Patri ſuum*
Monſtra Lycambrum, Vereb. *Petiit hac avidum chaos.*
1 Exit. Theorg. *Lycamber, O Lycamber.* 1 Jum. *Hac lares jacent.*
Vereb. *State furialis tuba! Quis via furor?*
Jum. *Cerne Verebodum?* Vereb. *At ille Rhadamanthi negat*
Rapi ad Tribunal. Ite, & inferno lovi
2 Mento dejectus hæc prodit. *Iſta memorate. Funera* 2 *Lycambro attulit*
Verebodus; actu ſuaſit è clauſtro fugam
Pueris; adegit prolis ad cædes patrem:
Et jam triumphabundus ad ſcelerum abnuit
Venire pœnas. Ite. Fab. *Proh ſuperûm fidem!*
3 Tāquam in Furias involat. Vereb. *Reſtatis 3 altra?* Jum. *Contine miles manum.*
Me, me laceſſit. Vereb. *Te nigra umbrarum Soror,*
Te peto. Megara; morere. Jum. *Veſane occuba.*
I, pete Charontem. Cuſpis hac naulum dabit.
Vereb. *Supremus enſem condat in ſinus furor.*
Jnm. *Iam te ſub Orcum fata, jam furiæ vocant.*
Ulfer. *Cohibete dextras.* Ethelb. *Mutua occumbunt nece.*
1 Deſilit in Barathrū. Gen. Furor. *Io triumphe reſonet infernum* 1 *Chaos.*
2 Lethaliter vulneratus exit; inſequente ſacerdote hactenus incognito. Jum. *Baptiſma. Morior. Quis mihi* 2 *lymphas.* Clyt. *Ego Chriſti*

Chriſti ſacerdos. Amnis hic 3 ſacer latet.
Ulfer. Quæ cauſa pugnæ? Ethelb. Prohibet effari ſtupor.
Ulfer. Silentiumque prohibet inviſum ſtupor.
Ethelb. O fraus nefanda? Funera Lycambro attulit
Verebodus. Aſtu ſuaſit è clauſtro fugam
Pueris. Adegit prolis ad cædes patrem.
Hac ante fatus ipſe, nocentem ſtygi
Demiſit, Hoſtis pariter extinctus manu.
Ulfer. Stravi innocentes? Torva tartarei lacus
Properate monſtra! Gorgones, Lernæ malum,
Chimera flammis cincta; Centauri truces,
Scyllæ biformes, Vultur, Harpyiæ, canis,
Ferte, agite, rapite, tundite infauſtum caput.
Furor nefandus! Regis horrendum nefas!
Truculenta dextra! Mucro crudelis patrem
Qui liberis orbavit. At cunctis pater
Crudelior Hydris, Prolis exitium ſuæ!
Tantum feroces vicit Vlferus feras.
O ſancta Tellus; ſcelere ſi noſtro nocens
Ferare, vaſtum faucibus ruptis hia,
Hia profundum, Pateat ad Manes iter.
Natos ſequemur, Ducis inhumani fore
Pœnas daturi. Cujus admiſſi reus?
Decuit meorum ſanguine ulciſci Deos.
Ille, ille Gentis auctor, & caput magæ,
Numen profanum, vile, malefauſtum mihi,
Chriſtus, Parentem prolis in cædem impulit.
Ulfad. O ſiſte 1 dextram Chriſte; Natorum ſalus
Tibi pro parente ſupplicat. Chriſt. Non eſt Pater.

3 Indigitat capulum enſis, in quo aquā ferebat,

1 Viſitur iterum Chriſtus inter Ulfadum & Ruffinum jam beatos,

Ruff. *Genuit*. Chriſt. *Peremit*. Ulfad *Fraude deluſus*. Chriſt. *Nocens*.

Ruff. *Veniam repoſcit ſanguis*. Chriſt. *Et pœnas*. Ulfad. *Dabit*

Vitro ſuperſtes; Chriſte ſervatum tibi

Tranſcribe Patrem. Chriſt. *Fiat*, Ulfer. *O quis me Deus*

Transformat intus, meque ſurreptum mihi

Reſtituit alium? Grande vitiorum chaos

Oberrat oculis. Fronte quam torva ingruit

Imago ſcelerum! Conſcia mentis paver

Animum flagello tortor horribili quatit,

Diſrumpor. Ipſas cordis in fibras furit,

Heu furit, atroci preſſus inflictu dolor.

Tumeſcite ſinus. Volvor: immenſo impotens

Volvor tumultu. Fab. *Mitiga, Princeps malum*.

Ulfer. *O Faba: mille pectus in partes abit,*

Impar dolori: Mille vulneribus jecur

Crudeſcit! Atra cadis & vita reum.

Succurre Præſul: affer heu miſero manum.

1 *Pater* 1 *Ceadda: Pater Ceadda*. Cead. *Quis vocat?*

1 Flexis genibus ad portam ſacelli.

Ulfer. *Vlferus*. Cead. *Ille Prolis extinctor ſua?*

Ulfer. *Ego ille ſum, qui viſcera extinxi mea.*

Ego præpotentis Numen abjeci Dei,

Saxa veneratus. Sceleris immenſi dolor

Pungit, repungit: morſibus mentem leva.

Cead. *Chriſti miniſtrum nuper affatu amovens,*

Nunc tecta ſupplex noſtra, & affatum petis

Ulfer. *O parce ſonti; fateor; admiſi nefas.*

Veniam

Veniam repoſco pronus, & Chriſti potens
Agnoſco Numen. Iunge me Chriſto Pater.
Cead. *Exurge Princeps: lumina ſub axem refer.*
Ulfer. *Egon' aſtra tanto læſa portento intuar.* 2 Perſtat in genibus.
Ego vivus an..as duco, quas rapui nocens
Inſontibus? Ego jure naturæ fruar,
Cujus refregi vincla? Ego Regis queam
Audire nomen, prolis extinctor meæ?
O mitte juſtam ſontis in caput facem!
O plecte vindex, crimen horrendum Deus!
Cead. *Vlfere luctum frange; te ſolo leva.*
Veniæ potiris. Mite Chriſtiadæ colunt,
Blandumq; Numen. Creſcat immenſum licet
Culpa miſeratur ſcelera dum plangis, Deus.
Ergo age: Deoſne linquis? Ulfer. *Abjuro Deos.*
Cead. *Vnum, beatum præpotens Numen colis?*
Ulfer. *Colo:* Cead. *Salutis principem humanæ, Deum*
Hominumque, Chriſtum amplectere. Ulfer. *Amplector.* Cead. *Ducum.*
Regumque ſceptra Regis æterni premi
Nutu fateris. Ulfer. *Fateor & regni notas,*
Chriſto libens remitto. Nec ſceptrum manus,
Nec 1 *ſtemma crines, Trabea nec humeros tegat;* 1 Abjicit diadema.
Donec piârit unda luſtralis, caput.
Cead. *Nec mora. Supremus ritè cum pueris honor*
Conſtiterit, amne pectus æthereo abluam.
Ulfer. *Amica procerum, fida famulantum manus;*

Quos noſter, acri læſit exemplo, furor.
Revocate greſſum, meque melioris Ducem
Vitæ ſecuti, quo vocat Chriſtus pedem
Referte. Vanus, credite experto, Iovem
Colit error. Vnus dominator Deus,
Vnus Britannum Chriſtus imperium regit.

THEOCTISTUS,

SIVE

CONSTANS IN AULA VIRTUS.

TRAGOEDIA.

Romæ ſub Ferias Bacchanales Anni 1654. à Nobiliſſima Juventute Italica Seminarii Romani ſæpiùs cum plauſu data.

ARGUMENTUM.

SUblatus è vita Theophilus, Orientis Imperator, Filium reliquit Michaëlem, Imperio moliendo nondum maturum, Bardæque Avunculo, & Theoctiſto Logothetæ in tutelam commiſſum. Aulam ſub ea tempora penitus corruperat flagitioſa libertas. Hinc Michaël inter nequiſſimos Ephebos adoleſcens, in omnia ſeſe vitia præcipitat. Ruentem impellit Stilbo Pædagogus, homo ad ultimam nequitiam profligatus; quem tamen puer ſic amat, ut planè immerentem pugnet honoribus ampliſſimis augere. Theoctiſtus interim, vir integerrimis moribus ſummaque conſtantia, in-

ten-

tentus in ſalutem imperii, ex Theodoræ Imperatricis viduæ ſententia, iniquiſſimos adoleſcentis conatus refutat. Hinc in eum totius penè Aulæ clandeſtina machinatio. Pœdagogus quippe ſimul Bardæ, ambitioſiſſimi hominis hortatu ſuccenſus, ſimul Jannis Pſeudopatriarchæ (quem paulò ante Methodio reſtituto, de gradu dejecerat Theoctiſtus) arte magica adjutus, viro innocentiſſimo cædem infert. Cui quidem ſceleri eò lubentiùs viam præbet Michaël, quòd Bardæ ſuaſu crederet hunc unum ſibi, ne ſceptra ſolus capeſſeret, obtento imperatricis nomine, obſtare. *Ex Hiſtoriis Orient.*

PERSONÆ.

MICHAEL Imperator.
BARDAS, ejus Avunculus.
THEOCTISTUS Logotheta.
BASILIUS Protoſtrator.
STILBO Michaëlis Præceptor.
JANNES Pſeudopatriarcha.
ARSAVERUS, ejus frater.
BERILLUS Ephebus Imperatori chariſſimus.
MELINDUS Ephebus Theoctiſti.
Sex alii Ephebi Michaëlis.
MANUEL Equitum præfectus.
EUBULUS Theoctiſti Amicus.
Duo Famuli Theoctiſti.
MISANDER Sicarius.
Sex Aulæ Lemures.
Milites aliquot.
Nuncius.

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

BERYLLUS Ephebus de acceptâ ab Imperatore gemmâ gloriatur, ſeque ad otium & ludos excitat.

1 Manu præfert gemmam aureæ catenæ alligatam.

O Me beatum 1 ferio ſublimis polum.
OM Cæſar ardet. Solus Auguſti ſinum
Inſideo fœlix: Solus in oculis feror,
Nec vanus ore ludit in vacuo favor.
Ceſſere factis dicta. Nodoſo micant
Pretia ſub auro: fulget in Gemmis amor.
Hoc Cæſar animi pignus æternum ſui,
Amabilemque cordis effigiem dedit.
O dulce munus! Digne 2 Cæſareâ lapis
Dextrâ perenni 3 pectus obſigna fide:
Famulique corda corde meliori bea.
Faceſſe luctus. Cura ſollicitas procul
Emoveat artes. Abſit imperio labor.
Gratos perenni lege ludorum dies
Iubet ire Cæſar. Latera Theoriſte crepent.
Rumpatur excors. Aurea Iuventam quies,
Pax aurea ſales inter ac riſum fovet.
Quid æſtuamus? Mole quid tanta rotam
Torquemus ævi? Ludit humanis Deus
In rebus. Orbem, ceu pilam, verſat manu,
Lætaque mundi frænat imperium vice.
Sic alta Regum ſceptra curarum procul
Strepitu ferantur. Spontè ſe volvunt ſua
Imperia. Ludus regnet in præſens; nihil
Trepidetur ultra. Sorte quid fauſta juvat
Latè imperâſſe gentis humanæ Duces?

2 Oſculatur.

3 Pectori admovet

Si

Si par Tyrannos cura cum populo premat,
Vacet aula ludis; Vexet agricolas ager.
Ducunt choreas aſtra. dum tellus gemit.
Iamprimus avi gemmat Auguſto decor,
Niſi flos recluſo laxet ornatu ſinus,
Opeſque ſolvat; gemma ſub nodo perit.
Otia juventam ſola generoſam creant.
Sed ecce cludos ara ſolennes canunt.
Stat palma curſu. Cæſar in circum venit.
Certant Ephebi, planta cui pernix amet
Primos honores; quem pedum princeps vigor
Ad ampla meritum dona victorem vocet.

1 Tubæ clangunt.

SCENA II.

Ephebis ſex in horto regio ad pedeſtris curſus certamen jam paratis, adeſt in umbroſa pergula Michaël, certaminis author, dumque plauſu manuum dat ſignum ad exſiliendum, repentè dies eripitur horribili tempeſtate; fulgurat, tonat, fulminat.

EPHEBI ſex, MICHAEL Imperator.

PRIMUS.

A*Gite, ruamus.* Secund. *Haurit arrectum pavor*
Animum ſub æſtu laudis, In curſum pedes
Immenſus urget ardor. A tergo Notos
Linquam fugaces. Tertius. *Olea me victrix manet,*
Non mihi per alta ſegetis illæſa volans
Certet Camilla. Cedat alatis iter
Tranare pedibus ſuetus Atlantis puer,

Digitized by Google

Quart. *Scilicet Achilli lenta teſtudo viam*
Præripiat. Iſtis palma ſub plantis viret.
Vincam volando quidquid eſt uſquam leve
Aquilam, ſagittas, fulmen. Quint. *O pigrum pecus!*
Mentis volatum noſtra prævertit fuga.
Sext. *Mentis volatum tenue momentum præ*
Velocis avi. Temporis eundo moras
Prægrediar. Agiles Curſor horarum Deas,
Ipſaſque vincam ſolis alati rotas.
Aëreus ego ſum. Terra nil fingit mei.
Quint. *Tacete pueri.* 1 *Cæſar ad ludos venit*
Erumpe phœbo majus æthereo jubar.
Primus. *O mitiores funde radiorum faces!*
Nec totus arde. Vincis humanam Deus
Aciem. Coruſcos ferre fulgores negat
Aſſuetus umbræ viſus. Secund. *Illæſis diem*
Metire terris, dumque inoffenſo micas,
Benignus orbe, luſibus Ephebi vacent.
Tertius. *O dulce Regum, dulce regnorum decus!*
Spes alta mundi! Gentis Eoæ lepos!
Superûm propago. Pectus, os humeros Deo
Similis. In uno totus aſpectu ſedet
Olympus: Orbe dignus immenſo decor.
Quart. *Quis fulgor oculis! Quantus in vultu ſapit*
Animus? Coruſcat fronte Majeſtas. Genis
Labriſque Martis ardet accenſi calor.
Præradiat auro fulva Cæſaries. Amet
Aurora tales crine purpureo comas.
Imp. *Paſcimur amica laude. Votorum placet*
Sociatus ardor, Eſſe nec phœbum pudet,

1 Apertâ ſcenâ viſitur Cæſar ex altiori pergula proſpiciens in ſubjectam planitiem.

Cûi tot benignus adſtet aſtrorum chorus.
Vos alma regni ſydera : imperii faces:
Pollentis Aſiæ robur : Auguſtis honor
Columenque Ducibus: Orbis Eoi roſa:
Cæſaris amores, gaudia triumphus favor,
Sed mitto ſeria. Tempus ad curſum vocat,
Spectate [1] *pueri. Quanta victores manent*
Cum laude pretia? nec ſuo victos feram
Carere dono, Sceptra divitias creant.
Par ergo limes teneat arrectos. Manum
Vbi terna plauſu feriet elato manus,
Corripite campum. Prim. *Stamus* [2] *æquati gradum.*
Secund. *Dii ſoſpitales! Quò rapit Phœbus diem?*
Tert. *Ad ſtagna Ditis Orcus horrendam ſinu*
Efflavit umbram. Nocte tartarea premor.
Quart. *O trux Deorum livor! Innocuis diem*
Negaſſe ludis? mergat æternus Iovem
Acherontis horror, turpe tenebrarum chaos.
Quin. [3] *Fulgura tremenda! totus in flammas abit.*
Iratus æther, vel ſuos Phlegeton rogos
Eructat alto gurgite. Cyclopum igneis
Exhauſta telis Ætna, flammarum vomit
Vndas in orbem. Verſus in ſtygem polus.
Sex. *Occidimus:* [4] *axe mundus effracto labat.*
Diſſilit Olympus. Orbe diſrupto volat
In fruſta cælum. Tota cum ſuis cadit
Impulſa Divis, Arcis æthereæ domus.
Prim. [5] *Invidia ſævos egit in rabiem Deos.*
Ruant ſceleſti, perque monſtrorum vias,
Quà ſpirat ignes Taurus, infrondet Leo.

1 Oſtendit præmia, gemmas, torques, &c.

2 Ephebis jam ordine diſpoſitis, dum Cæſar ternâ manuum comploſione dat ſignũ, ad curſũ ſubito nubium interventu occultantur.

3 Fulgurat.

4 Tonat.

5 Fulgurat & tonat iterum.

Latrat

Latrat Moloſſus, Hydra ſeptenis hiat
Faucibus, in aſtra virus exhalat Draco,
Erebi profunda clauſtra præcipites petant.

SCENA III.

Cunctis, quà data via, diffugientibus, Jannes viperam dextrâ præferens, ſinuque nudato, ſubitò exilit è nube, ſeque ad mortem violentam parat.

JANNES ſolus.

SIC inter iſtas Orbis attoniti vices,
Interque cæli buſta, terrarum rogos,
Immugiente tartaro, fracto Polo,
Iuvat perire. Stante me, Mundus ſtetit;
Cadat cadente. Tota vel nolens meum
Natura funus, mole convulſa, gemat.
Hic næniæ fragor: Vaſtus hic ſummam præit
Mugitus horam. Quemque demiſſum ſtygi
Non flebit orbis, murmure invito fleat.
Sic eſt profectò. Molliùs nemo jacet,
Quàm qui ruinam conditus rerum jacet.
Vna morientis urna ſit mundi chaos.
Iannes, quid iſta ſortis extremæ parant
Monumenta? Mortem vipera triſulco gerit
Sub orbe. Nudus proſtat in morſum ſinus:
Patet orcus: urget Furia. Rex Erebi vocat.
O crimen aulæ! Sola de tantis manent
Hæc opibus arma? Solus in ſocium draco?
Ego ille Iannes, cui quod annoſi gradus
Indulſit ævi parca, tot magna extulit
Trophæa mentis. Non mihi priſcos genus
Actum per atavos: nullus ignavum parens
Opibus onuſti ſcripſit hæredem Laris.

Sed vis potentis ingeni, & multa labor
Impenſus arti, nomen æternos dedit
Iturum in annos. Grande de culta ſophos
Tuli Minerva juvenis: immenſo procul
Memoratus orbi, moxque devotam Deo
Frænare juſſus prole numeroſa domum,
Majora merui. Teſtis Eoa potens
Aula Theophylus, quem per egregias Togæ
Martisque leges, noſtra deductum manus
Artifice finxit pollice, & magnis parem
Cæſaribus oſtentavit, & ſceptro dedit.
Hinc fructus operi. Mille de viris legor
Dignior ovili paſtor, & ſacro gregem
Procuro paſtu: quoque vix aliud videt
Sol majus, orbem crine quà geminum ferit,
Geſſi infulatum vertice Auguſto decus.
Geſſi, meoque mundus è nutu regi
Didicit Eous. Proh vaga rerum vices!
Ludibria lannis. Vnde? quo præceps globum
Fortuna volvis? Ferrea Theophilum quies
Vrget ſepultum. Pavidus ad virgam puer
Sub Matre Michaël fræna terrarum tenet.
Sed fallor; Ille Dite Tartareo ſatus,
Ille furiarum paſtus uberibus, lues
Illa ſtygis, odium ſyderum, æternis rapus
Dandum tenebris (nomen horreſco viri)
Theoctiſtus, aulam frenat imperio impotens.
Cujus nefando raptus impulſu mihi
Honor tiara, tempora Methodii premit,
Exulis, inertis, invidi, ignavi ſenis.
Hinc pro tiara turbo ventorum comas
Horrificat, oſtro ſquallet erepto ſinus:
Collecta ſpiris vipera in pedem ſimul,

Gem-

Gemmamq́ cesſit. O bene! Hac quiſquis bonis
Captis retraxit opibus, infelix diu
,,Niſi ſponte non eſt. Cauſa cui vita perit;
,, Miſer eſſe meruit, ſpatia ſi vitæ petit.
Age! Draco ſortis unus afflictæ comes.
1 *Si te profundo nemore concretum, ſuit*
Alloquitur viperam. *Aluêre guttis aſtra tabentis poli,*
Telluſque gelidâ pavit herbarum lue.
Nunc in venenum totus immigra. Fluat
Peſtifera in ore quidquid eſt uſquam necis,
Intende virus. Dente lethali potens
Iaculare in imas frigus æternum fibras.
Si dente nequeas, lingua non dubiam gerens
Peſtem, ſupremum condat in venis gelu.

SCENA IV.

Arſaverus Jannem, Fratrem ſuum ſpe vindictæ avertit à morte voluntariâ: mox in diſceſſu incidunt in Berilli cadaver fulmine ſemiuſtum, cui Jannes gemmam detrahit.

ARSAVERUS, JANNES.

ARSAVERUS.

Horribile ſpectrum! Jan. *Dii, quibus Erebi domos,*
Maneſq́ ſontûm cogere imperio, datum:
Pandite nigrantes Orbis inferni lacus.
Immane tellus hiet. Avernales iter
Tendimus ad oras. Tota monſtrorum cohors,
Furiæque, & omne Ditis occurrat chaos.
Subit hoſpes ingens. Una Tartarei ſenis
Ratem gravabit umbra; nec ſtygias onus
Tranavit undas grandius. Iannes venit.
Ars. *Horreſco totus. Cerno fraternum caput?*

Jan.

Jan. *Valete cuncta. Túque fortuna favor,*
Theoctiſte, noſtra, ſortis everſor, vale.
Sed quo per avum ſcelera longinquũ aggeras,
Erebique pœnas unus exaques, vale.
Sic imprecatus, viperam 1 horrendam -- Ars.
O nefas!
Frater, 2 Quis iſte cadis accita furor?
Jan. *Quis deſtinatum funeri avertit manum?*
Permitte mortem Ars. *Frater, effrenem doma,*
Placatus iram. *Quò ruis?* Jan. *Adumbras.*
Ars. *Volens?*
Jan. *Lubensque.* Ars. *Qua te cauſa pracipitat?*
Jan. *Pudor.*
Ars. *Virtus pudorẽ gignit.* Ia. *Aliquando ſcel⁹.*
Ars. *Peccaſſe pudeat, ſemper effugies ſcelus.*
Jan. *Quem ſic pudet peccaſſe, committet ſcelus.*
Ars. *Virtute ſcelera vincit innocuus pudor.*
Jan. *Virtute vitam vincit impatiens pudor.*
Virtus, pudor, ſcelusve: me Genius vocat.
Ars. *Albusne, an ater?* Ian. *Ater, Infernus, re-*
cens.
Ars. *O ſiste furias, frater, in ſontûm rogos*
Mergeris ultro? Ian. *Quando ſyderea domus*
Adempta ſpes eſt, mergar. Æternos negat
Perferre luctus animus. Ego mundi jocus,
Ego ludus aula, ego Theoctiſti probrum,
Telluris odium, riſus Aſtrorum, Stygis
Pignus, per omnes exul errabo ſinus?
Orcum praopto vivus O liceat mori.
Ars. *Si certa juras fata, fraternas prior*
Mucrone 1 fibras pelle. Germano ſine
Occumbere nefas. Ian. *Frater, immenſum*
places.

1 Nudo pectori paulatim applicat viperam.

2 Iannis manum arripit.

1 Dat Ianni pugionẽ ſuum.

2 *Procul 2 hinc Dracones, lenta fatorum via.*
Abjicit viperam. *Iſtu reſolvit mucro. Momentum ſat eſt*
Vel Iannis anima. Ars. *Proh ſcelus! Fratris cadat*
3 *Mucrone 3 frater?* Jan. *Et patris. Laxa manum.*
Iterum Jannis manum detinet. *Cûi cadere certum? quo cadat ferro, parū eſt.*
Moriemur. Ars. *Vno mors ruet caſu duos.*
Jan. *Vel mille proruat, unus ut certo ruat*
Iſtu. Beamur, una ſi geminos premat,
Quos genuit, hora. Ruere ſi mecum ſedet
Erebi ſub umbras, junge fraterno latus
Lateri. Vigorem vulneri adjiciet furor,
Vt una geminam cuſpis infligat necem.
Measque lethum per tuas glaciet fibras.
Ars. *Tuasque lethum per meas glaciet fibras?*
An iſte Iannes? frater? humano latens
An furia vultu? Jan. *Fratris in vultu labas?*
Ars. *Ejuro monſtrum, genus abominabile.*
Spiras Megæram totus horrendum tulit
Nox atra pignus, tabe viperea ſatum,
I furor averni, ſemen inferni canis,
Ferale monſtrum. Mille vulneribus trucem
Extunde vitam, corque rabioſo madens
Cruore, macta, dirue, in partes ſeca,
Et ne qua certo deſit exitio via.
4 *Recipe! Draconem, ſpecimen horrendum tui.*
Reddit Janni viperam. *Si cuſpis erret, peſtilens animam vapor*
Demittet orco. Vade: fraternos procul
Damnatus oculos tempore æterno fuge.
Jan. *Heu ſæva Iannis aſtra! Cui vitam pari*
Mortemque pœna finxit infeſtam Deus.

O inveteuſtum liceat exolvi chaos!
Tabeſcit animus æger. Et ſanguis meus?
Et rebus etiam frater extremis fugit?
Ars. *Fugio furentem Quid fera mactas nece,*
Quem fata nondum ſine maturo necant?
Gradu repulſus ingemis? Mirum ciet
Fortuna luſum, quoſque ſummovit loco,
Alterna priſcam ducit in ſortem vidux
Quin vive potius, inque vindictam vigil,
Qua ſors dabit, virtuſque Theoctiſtum preme.
Jan. *Fortuna me virtuſque jactatum pari*
Hinc inde ludo verſat. Immani latus
Sciſſum flagello, buque centeno ſinus
Verbere petitos teſtor. Aggreſſus dolos
In abominandum ſtruere Methodii caput,
Patui retectus, Crimen impuræ luis
In me retortum damnat, exilii reum.
Quin & ſuſurri murmur infauſti ſtupet.
Magicaque virtus artis, & quidquid mali
Orco magiſtro longa patefecit dies.
Periere, frater, cuncta. Quid prohibes mori?
Ars *Moriere inultus?* Jan. *Pereat incaſſum labor,*
Si quid per aſtum tentet irriſus ſemel.
Pudet integrare fraudis eluſæ modos.
Ars. *Fraus ſæpè luſa, ſæpè luſori nocet.*
Jan. *Ludibria primus meruit, & fugam dolus*
Vincula ſecundus metuit, & flammam, & crucem
Fugere jubentis adde Theodora minas,
Terras priuſquam craſtinum afflabit jubar.
Niſi urbe cedo. Ars. *Diſce, quo ſolers fugam*

Aſtu

Aſtu retardes. Curiam implebit modo
Procerum corona. Ingrediar & fandi vicem
Nactus benignam, cauſa quæ poſcat, loquar.
Cæſarea ſupplex genua complexus, preces
Miſcebo lacrymis, téque concepti canam
Tactum dolore ſceleris, æterno caput
Damnaſſe luctu. Si quid addubitent, pedem
Per me vocatus infer, & falſi notas
Mentitus eris, pectus in gemitum cie.
Hac arte capti ſpatia laxabunt fugæ.
Tum fas, in hoſtem ferre Theoctiſtum faces
Vltrice dextra; juncta conſiliis mora,
Quà ſe dabit fortuna, vindictam exiget.

1 Jannes, abjectâ viperâ & reddito pugione, ruit in Fratris amplexus.

Ian. *Tandem revixi.* 1 *Frater amplexum cape,*
O digna Phœbo monita! Curarum ſedet
Huc ferre pondus, mœſtus ut vultum color,
Horror capillos, latera ſingultus, genas
Lachryma, lacertos, ictus, illætabilis
Vocem querela. fictus ad luctum ſitus
Horrificet artus. Venia ſi fraudes beat,
O quantus iras exeret in hoſtem furor!
Non ſic renatis Hydra capitibus luem
Vomuit in hoſtem, peſte numeroſa potens,
Non ſic reprenſum ſæva raptorem undique
Leæna frangit, prolem ubi repetit ſuam:
Non ſic reſorbet ſcylla, quas vomuit prior
Irata naves, ut per hoſtiles ego
Bacchabor acies, viribus, cantu, dolo.
Theoctiſte moreris, ſi quis eſt Ianni vigor,
Si quis Acheronti: Ars. *Frater, iratum eſt*
ſatis.

1 Incidunt in cadaver Berilli, fulmine ſemiuſtum.

Quis 1 *hic? Quis ora pronus incumbit ſolo?*
Corpúſne an Vmbra? Stirpe non humili ſatum

Produnt

Produnt rigentes aureo cultu ſinus.

,, Jan. *Aurata cenſum, non genus prodit Chlamys.*

,, *Fucatus oſtro ſæpè plebejos honor*

,, *Accendit humeros, priſca dum virtus latet.*

Ars. *Mortiſne victum ſtravit, an ſomni quies?*

Scrutemur. Atra fulmen afflavit face.

Jan. *Ferale ſpectrum! Medius horribili jacet*

Nigrore toſtus. Noſter hic luſit furor.

Berillus eſt. Agnoſco. Flammarum ultima,

Quam fudimus, procella, damnavit ſtygi.

Iam puer amores Cæſar exſtinctos fleat.

Tu, ne quis afflet conſcium cadis vapor:

I, propera in aulam, Sterne venienti viam.

Ego pauca rapiam ſpolia, quæ Diti ſacrem:

Ante alia 1 *gemmam, Regiæ donum manûs.*

Hos implicata veniet in nodos fera.

Fatalis uni gemma Theoctiſto micat.

1 Detrahit Berillo gemmam à Cæſare datam.

SCENA V.

Michaël Imperator, refragrante Theoctiſto, Iannis exilium biduo ſuſpendit: ſimulque Stilbonti Pædagogo denegari honores, ægerrimè fert.

MICHAEL Imp. METHODIUS Patriarcha, TGEOCTISTUS, MANUEL, BARDUS, BASILIUS, EUBULUS, ARSAVERUS, IANNES.

IMPERATOR.

V*Erende Præſul, cuique curarum vices,*

Tranſmiſit, orbis fræna qui movet, Deus,

Tandem

Tandem ſuperbis aſtra meditatur comis
Recreata virtus; quam nec impura luis
Afflavit aura, nec venenati probrum
Iannis repreſſit. Potiùs objectas procul
Animoſa nubes egit, & puro jubar
Patefecit ore. Lator excuſſum nefas.
Grator triumpho. Iam procelloſum ſuper
Evectus Eurum, carpe tranquillos dies;
Mecumque gentes, lege meliori tamen;
Moderare felix. Paſce ſydereis gregem
Dapibus. Ovino ſi quis ornatu lupus
Furtim per agmen ſerpat, Auguſtum mone,
Teſtor verendas capitis, ac dextra notas;
Imperia teſtor, canibus excutiam feram,
Sacroque pulſam nemore, cuſpidibus premam.
Meth. *Auguſte Princeps, flore quem primo Ducem*
Suſpicit Eous; tabis afflicta probrum
Fateor abactum. Gratior Olympi favor
Hac eſſe purum labe Methodium dedit.
Eſt major animo cura; qua vaſtum geram
Cervice pondus. Turba pradonum undique
Obſidet ovile, quodque memorantem ferit.
Poſita per aras marmora, & cæli duces
Colore pictos; are vel ductos agunt:
Feruntque penitùs. Illa Circaum cohors
Iannem ſequuta, ſævit, ac nondum ſui
Oblita, ſacras vertit Heroum notas.
Theo. *Vbi pulſus urbe fugiet, & terras petet*
Alio calentes ſole, pradonum caput
Iannes, profana concidet gentis furor.
Imp. *Nondum profugit peſtis?* The. *Exilio dies,*

Venit

Venit ſupremus. Imp. *pergat & fines metu,*
Contage Cives, templa criminibus levet.
Ars. O 1 *ſiſte juſſa Cæſar! O cohibe fugam!*
Pro fratre genibus frater advolvor 2 *tuis.*
Imploro dextram pronus: imploro fidem.
Da, da, per avum fratris amplexu frui.
Hoc Arſaverus poſcit in fratrem pius.
Hoc ore Iannes ipſe fraterno rogat.
Quem jam proterva frontis oblitum pudor
In melius egit. Sceleris immenſi reus,
Mentis tribunal ipſe formidat ſua.
Veniam repoſcit, queritur, æternis Deum
Lacrymis fatigat, conſcias tundit fibras
Impar dolori. Cæſar exilio moras
Adjunge clemens ſic ad annoſas nives
Beatus orbem parce florenti regas.
Imp. *Vitam peroſus frater exactam gemit?*
Ars. *Gemit profundum.* Meth. *Verba vix faciunt fidem.*
Man *Citius procellas Eurus, Oceanus minas,*
Æſtum charybdis ponet, horrorem chaos,
Quàm ſcelera Iannes. The. *Citius in ceram chalybs,*
Scopulus in undas migret, in cælum ſolum,
Ille in tenacem mentis innocuæ virum
Quàm migret unquam. Ars. *Conſtet exemplo fides.*
Miſerande prodi frater; huc mœſtus 1 *refer*
Miſerande vultus. Fare: Regali dolor
Pateat theatro: pectus effando proba.
Quid impotenti latera ſingultu quatis?
Egere dolorem frater. Ian. *O cælum! ô ſolum!*
Cælum ſceleribus, tabe Circæa ſolum

1 Infert ſe atratâ veſte lugens,
2 Provolvitur in genua.

1 Prodit Jannes nigrâ veſte talari, cinere conſperſus, ac totus adpœnitentiam compoſitus,

Leſi

Laſi profanus. Nullus immenſa capax
Oceanus unda, ſceleris admiſſi lavet
Maculas, per omnem deditas animæ ſinum.
O morſus! ô dolore convulſum jecur!
Te, te, Verende Præſul excuſſi gradu.
Tibi infulati capitis exemi decus.
Tibi cruciatus, vincla, ſquallentes fugam
Peperi ſub oras. O ſcelus nullo ſatis
Luctu piandum! Falſa commentus probra
Impurus ipſe, labis impura notâ
Sparſi innocentem. Mentis infanda pudet.
O parce, parce Præſul, & ſcelus reo
Dona fatenti. Cæſar injuſto favor
Si pateat ullus, urbe da pœnæ locum:
Vt quando noſter urbe graſſatus furor,
Immane nocuit, Vrbe teſtatus dolor
Tollat ruinas: utque Methodium invidus
Petis maligno dente, Methodio pius,
Inflicta famæ vulnera nocentis levem.
Imp. *Effare Præſul: Vrbe das pœnæ locum?*
Meth. *Auguſta ſedem fixit auxilii parens.*
Decétne Cæſar! Cauſa me fari vetat.
Imp. *Referte proceres, exul, an civis manet?*
Bar. *Quæ gens, quis orbe durus Arctoo Geta,*
Fraterna rumpat vincla? Quis reum ſuo
Sic ingementem, crimini, & multò nefas
Quæſtu fatentem ſpernat? Hoc regni Duces
Æquavit aſtris; ferre ſupplicibus opem,
Levare lapſos, tegere fugientes Lare.
Quid premimus ultra miſerum? an is tolera-
parum,
Qui juſſus alto ferre de gradu pedem;
Sacrætiaram frontis, & ſummas opes

Oculo irretorto liquit! Et patrios adhuc
Fugiet penates? Quid, quod eximias patrem
Duxit per artes rector, & magnis fugam
Meritus redemit. Cæſar expelli veta.
Bas. *Natus. Parentis vota ſi ſpectes, veta.*
Theo. *O credula nimis rebus in dubiis fides!*
Cavete Proceres, ne qua diverſos agat
Fabula Sinonis. Mimus in vultu dolus
Capit theatrum, corde ſed pectus latet.
Teſtor doloſo flamma ſub cinere calet.
An quod coactus ora diffundat liquor,
Planctuque pectus reſonet, exacti decet
Credi dolorem, ſceleris? Et ſaxis natat
Aliquando ſummis unda, nec mollit tamen.
Intenta præda, fingit humanum vorax
Hyæna quæſtum. Ludit in luctu ſcelus.
Conditque pectus atra ſanguineum toga.
Man. *Difficile quàm ſit, decora virtutum ſequi,*
Vitia peroſum, quiſquis Acheronti ſemel
Devovit ævum, turba teſtatur maga.
Meliora rarus dite deſerto, ſapit,
Qui magica verſat. Optat urbanos lares.
Fraudis theatrum nempè quò priſcum ſcelus
Contagione ſpargat, & Chriſti gregem
Per fanda, per nefanda ſub ſtygem trahat.
Theo. *I peſtis; oras exul horrentes pete,*
Vbi nemo ſpiret, fraude quem lædas tua.
Hic Matris animus, Cæſar, Auguſta fuit,
Efferre celerem juſſit ubi regnis pedem.
Dudum exiiſſe decuit. Imp. *Haud matris moror*
Imperia; frænos regna non capiunt duos.

Bas. *Lenire Cæſar Matris edictum poteſt.*
Bas. *Violare Cæſar Matris edictum poteſt.*
Man. *Detur propinquus mœnibus fuga locus.*
Jan. *Potius remotus. Vrbe ni liceat frui.*
Theo. *Melior querelis luctus.* Ars. *Exempli frequens*
In urbe vulgus. Imp. *Perge dum binos labor*
Phœbeus orbes luſtrat, exilium moror.
Quid conſequatur, acta præſtituet dies.
Ars. *Exige beatos nube depulſa dies.*
Jan. *Imperia terris, nomen æquabis polo.*
Imp. *Complector omen. Fida Ductorũ manus;*
Stilbo Iuventa rector, & præſes mea,
Exors honoris merita perpetuo tamen
Auget tenore. Mentis oblita nefas
Videar adire, pretia ni curis feram.
Si lex honeſti poſcat, & procerum favor,
Oſtro decoros inter emineat patres,
Lumen Senatus. Bard. *Quæ minor meritis poteſt*
„ *Gratia referri? Laude ſe quidem ſua.*
„ *Virtus in artes urget egregias; tamen*
„ *Animata donis ocyùs in axem volat.*
„ Bas. *Vitæ magiſtrum nemo donorum vice*
„ *Compenſat unquam. Gignit incultos parens,*
„ *Rudeſque rerum; rector ætatis probos,*
„ *Veri tenaces, rebus imbutos facit.*
Theo. *Id eſſe regni fateor egregium decus,*
Virtus honorque ſede cùm fulgent pari;
Tamen alta Regni decora maturo decet
Conferre ſenſu. Fungus haud umquam ſolet
inter

Inter cupreſſos ferre ſydereas caput,
Qui per nitentes Cereris infelix comas
„ Regnare lolium patitur, exitium parat
„ Meſſi colonus. Quod fuit pronum aſſequi;
„ Magnificum & ingens nemo jam partum
putat.
Quis purpurantis ambiat honorem Togæ
Martis labores poſt & excultam Themim:
Si cretus ima plebe per trabeas Ducum
Immeritus ibit? Caſar, exili nimis
Pretio ſenatum vendis. Hac noſtro parens
Auguſta fatur fatur ore. Stilbontem vetat
Oſtro rubere. Imp. *Semper inviſa ingeres*
Edicta matris? Matris imperium abnuo.
Regnare ſolus, ſolus imperio frui,
Solus per Orbem Rector immenſum cœli;
Adverte mentem, ſolus (Æternas poli
Teſtor favillas) Solus, & ſolus volo.

SCENA VI.

Nunciata Berilli morte, viſoque cadavere, Michaël in furorem agitur, jactis in Deum ac Theoctiſtum maledictis.

NUNCIUS cum præcedentibus.

NUNCIUS.

O *Caſum atrocem! Cæſar, occubuit tuus*
Occubuit, heu! Berillus. Mich. *Horrendum nefas.*
Quis cadis author? Nun. *Igne fulmineo ſolus*
Mic. *Proh furor Olympi! Grande proh Superûm nefas!*
Flammâ ſolutus flagret ultrici polus.
Ruat alta Divûm, turre cum celſa, cohors.

Berillus Aulæ ſydus, Auguſti favor
Rabido Tonantis igne ſuccenſus perit?
Crudele cœlum! Quo jacet corpus loco?
Nunc. *Devectum in aulam proximi aſſervant 1 lares.*

1 Aperta ſcena viſitur in alto feretro, Cadaver Berilli ardẽtibus hinc inde cereis.

Mic. *Horribile ſpectrum! Talis Auguſto redis Berille, quondam ſolis exuperans facem?*
Quis me triformes vertat in flammas, polo
Sua ut reponam fulmina? Huc cœli meos
Egerit amores livor? O Divûm ſcelus!
Adeſte Furiæ, meque ſerpentum jugo
Rapite per auras. Ibo, quà truces vomit
Injuſta flammas æthra. Diripiam faces.
Malè jaculanti fulmen excutiam Deo.
Meliore vindex tela reſutiam manu.
Meth. *O parce princeps: parce ſacrilego Deum*
Temerare queſtu. Mic. *Tale qui ſpectrum meis*
Paravit oculis ultor? O pereat manus,
Sævo Berillum quæ meum ſtravit rogo.
Theoc. *Stetêre crines. Cæſar indignas preme*
Sanus querelas. Iactus in cælum furor
Repetit furentem. Mic. *O murmur infauſtæ ſtrigis!*
Crimen Deorum cernis, infermi datum
Letho Berillum, dulce Michaëlis decus;
(Tuere buſtum; ſpecimen horrendum vide.)
1 *Tamen dolori ponis ardenti modum?*

1 Erumpit furibundus.

Te fax triſulca; te malus cœli vapor:
Te turbo flammeus igne ſulphureo gravis
Involvat, urat, fœdat, 1 incendat, necet.

SCE-

SCENA VII.

Bardus perſpectâ Cæſaris indignatione, in ſpem venit Imperii occupandi, Theoctiſto ſublato.

BARDUS ſolus.

Tandem favillam ſparſit optatam ſilex,
Incendiique fauſta naſcentis dedit
Auſpicia. Primas aulas concepit faces:
Addam ſupremas. In Theoctiſtum ferox,
Inflavit animos Caſar. Extremos brevi
Iaculetur ignes ultor, hic Bardi labor.
Ambimus. Orbe mundus exuſto ruat,
Vt me ruina tollat in Iovem ſua.
Hac nempe rerum graſſor ad culmen via,
Qua pravia Ducum turba, per fas, per nefas.
Quà culta fuco VERBA, quà cacas DOLI
Fixere ſedes: LIVOR excubias agit:
Funeſta tendunt ODIA; ſanguineas FVROR
Explicuit acies; rubet inhumanum SCELVS.
Mala mentis adſtant GAVDIA, ultrices quibus
Haſere CVRÆ. Lava SVSPICIO ſedet,
Geminoque ſemper ore PERFIDIA latet.
His aula monſtris, ceu nigri limen Iovis,
Media refodit. Stet Meduſaa licet
Cervice Gorgon: Cerberus hiatu fores
Triſauce teneat. Hydrus eluctet luem,
Chymera flammas, Turba furiarum minas,
Et quidquid altâ nocte terrificum latet,
Vmbra, Dracones, monſtra, Quaſitor, faces,
Veſtibulo in ipſo proſtet, occurram tamen.
Quovis emuntur ſceptra mercatu bene.
Et ne per avia error incertum trahat,

Indicia præſtant. Omnis ad regnum ferens,
Adhuc recenti ſanguine madeſcit, via.
Quàm fallor, enſi ni Theoctiſtus meo
Objiciat iras! Quippe Theodora jubar,
Aulaque Titan, vulgus aſtrorum, die
Nimiùm potente vincit. In ſolio puer
Poſitus paterno Michaël, Regni gerit
Inane numen, Matris ad nutum tremens.
Muliebris ergo patior imperii jugum?
Puerumque patior? O probrum! O famæ lues!
Patietur ante ſyrtis innocuo rates
Gurgite natare; Frigora Ætnæus feret
Citiùs caminus, fræna quàm pueri ſequar,
Aut fœmina, excors. Barde terrarum Deus
Ama vocari Poteris. In medio jacent
Poſita occupanti ſceptra. Sors, tempus, vocat,
Qua cœpit ira Cæſar, in præceps eat.
Materna ferre ſceptra, probroſum putet.
Æſtuet in iras, regio donec lare
Matrem releget. Vnus obſtabit, ſcio
Theoctiſtus. Obſtet, me duce, ut cladem ſibi,
„ Mihi regna caſus pariat. Inſanos habet
„ Iuventa motus, quoque præcipitem rapit
„ Regni libido, fertur, & quidquid vovet,
„ Vel per cruorem ſequitur; Hinc certam ſubit
Theoctiſtus iram Cæſaris, cædem refert,
Quid Stilbo tandem, quem ſitibundi coquit
Honoris ardor? Volvit irarum minus,
Vbi rapta ſentit pignora, Hircanus Leo.
Quàm ſpe repulſus Stilbo purpureâ furet,
Sed ecce noſtris Stilbo conſiliis adeſt.
Hunc ego Miniſtrum ſceleris adſciſcam mei,
„ Tamen inſcientem. Proprius hic regum eſt
dolus, „ *Aliena*

„ *Aliena paſcant ſcelera, dum tegunt ſua.*
Pœnas utrique cùm Theoctiſtus dabit,
Pars quota ſuperſit? Levior Auguſti caput
Ictus revellet; non eget ferro puer.
Tunc ego ſuperbos Syrmate undoſo gradus
Glomerabo in Aula Cæſar, Imperio potens.

SCENA VIII.

Bardus Stilbontem mendaciis accendit in Theoctiſtum.

BARDUS, STILBO Imperatoris Pædagogus.

BARDUS.

AGE Barde cautam fraudis ingreſſus viam
Comple virû furore. Quò Stilbo gradus?
Stil. *Bardum petebam.* Bar. *Bardus æterno tibi*
Amore vinctus, ſpatia prævertit. Roga.
Stil. *Quæ ſpes honoris?* Bar. *Nulla.* Stil. *Nec vita mihi*
Spes ulla ſuper. Bar. *O ſemper egregius nocens*
Invidia meritis! Dira livoris manus!
Stil. *Etiamne noſtras ungue per laudes furit?*
Bar. *Furit profectò,* Stil. *Sceleris authorē doce.*
Bar. *Subtile poſtquam mentis eximia decus,*
Opeſque ſophiæ, flumen eloquii, Themis
Fas omne, reliquam pectoris gazam tui,
Quâ voce valuit, Cæſar effando extulit;
Ego proximam ſortitus arbitrii vicem,
Merita recluſi non rubra dono Toga
Æquanda rigido cum ſupercilio tumens
Theoctiſtus inſit: Fungus haud unquam ſolet
Inter cupreſſos ferre ſydereas caput.
Pudeat rubenti vile mancipium toga!
Donare Cæſar. Mater edicto vetat,

Indicia præſtant. Omnis ad regnum feren
Adhuc recenti ſanguine madeſcit, via.
Quàm fallor, enſi ni Theoctiſtus meo
Objiciat iras! Quippe Theodora jubar,
Aulaque Titan, vulgus aſtrorum, die
Nimiùm potante vincit. In ſolio puer
Poſitus paterno Michaël, Regni gerit
Inane numen, M[illegible]is ad nutum tremens.
Muliebris ergo p[illegible]or imperii jugum?
Puerumque patior? O probrum! O famæ lu
Patietur ante ſyrtis innocuo rates
Gurgite natare; Frigora Ætnæus feret
Citiùs caminus, fræna quàm pueri ſequa
Aut fœmina, excors. Barde terrarum Deu
Ama vocari Poteris. In medio jacent
Poſita occupanti ſceptra. Sors, tempus, voca
Qua cœpit ira Cæſar, in præceps eat.
Materna ferre ſceptra, probroſum putet.
Æſtuet in iras, regio donec lare
Matrem releget. Vnus obſtabit, ſcio
Theoctiſtus. Obſtet, me duce, ut cladem ſibi
„Mihi regna caſus pariat. Inſanos habet
„Iuventa motus, quoque præcipitem rapi
„Regni libido, fertur, & quidquid vovet,
„Vel per cruorem ſequitur; Hinc certam ſub
Theoctiſtus iram Cæſaris, cædem refert,
Quid Stilbo tandem, quem ſitibundi cequ
Honoris ardor? Volvit irarum minus,
Vbi rapta ſentit pignora, Hircanus Leo.
Quàm ſpe repulſus Stilbo purpureâ furet,
Sed ecce noſtris Stilbo conſiliis adeſt.
Hunc ego Miniſtrum ſceleris adſciſcam me
„Tamen inſcientem. Proprius hic regum e
dolus, „*Alien*

„ *Aliena paſcant ſcelera, dum tegunt ſua.*
Pœnas utrique cùm Theoctiſtus dabit,
Pars quota ſuperſit? Levior Auguſti caput
Ictus revellet; non eget ferro puer.
Tunc ego ſuperbos Syrmate undoſo gradus
Glomerabo in Aula Caſar, Imperio potens.

SCENA VIII.

Bardus Stilbontem mendaciis accendit in Theoctiſtum.

BARDUS, STILBO Imperatoris Pædagogus.

BARDUS.

AGE Barde cautam fraudis ingreſſus viam
Comple virũ furore. Quò Stilbo gradus?
Stil. *Bardum petebam.* Bar. *Bardus æterno tibi*
Amore vinctus, ſpatia prævertit. Roga.
Stil. *Quæ ſpes honoris?* Bar. *Nulla.* Stil. *Nec vita mihi*
Spes ulla ſuper. Bar. *O ſemper egregius nocens*
Invidia meritis! Dira livoris manus!
Stil. *Etiamne noſtras ungue per laudes furit?*
Bar. *Furit profectò,* Stil. *Sceleris authorẽ doce.*
Bar. *Subtile poſtquam mentis eximia decus,*
Opeſque ſophiæ, flumen eloquii, Themis
Fas omne, reliquam pectoris gazam tui,
Quâ voce valuit, Cæſar effando extulit;
Ego proximam ſortitus arbitrii vicem,
Merita recluſi non rubra dono Toga
Æquanda rigido cum ſupercilio tumens
Theoctiſtus infit: Fungus haud unquam ſolet
Inter cupreſſos ferre ſydereas caput.
Pudeat rubenti vile mancipium toga!
Donare Cæſar. Mater edicto vetat.

Stil. *Pudeat rubenti vile mancipium togæ*
Donare? Qua me furia, qua diras agat
Rabies in iras? Rumpe Tartareum chaos
Ocyus averni rector; huc flammas vome.
Evome procellam peſte ſulphurea gravem,
Quam ſub loquentis guttur ac linguam ingeram.
Ego fungus? O trauſaueis impurum canis
Murmur! Bar. *Doloris fræna conſilio rege.*
Stil. *Libet ire in hoſtem.* Bar. *Fructus irarum perit,*
Si pandis odia. Stil. *Mitis occulto æſtuat*
Sub corde luctus, magnus exundat dolor,
Bard. *Qui probra tacitus verſat, & vultus impetus*
Ridente celat, tutior in hoſtem furit.
Stil. *Invadam inermem ſubitus.* Bar. *Eventis caret,*
Si fortè rabies, hoſtis in tuum refert
Converſa jugulum tela. Qui palam furit,
Monuit pericli. Stilbo, tunc anguem time,
Quando ſilenti virus in morſu vehit.
Præſibilantem quiſquis audivit, fugit.
Stil. *Tacita voluptas nulla vindicta foret.*
Bar. *Secreta mentem paſcit ultricem quies.*
Stil. *Dilata pereunt odia.* Bar. *Si mite oderis.*
Ingens in hoſtem livor, augeſcit mora.
Stil. *Qui teſte læſit orbe, det pœnas palam.*
Bar. *Certas iniquo Marte.* Stil. *Quas virtus negat,*
Dabit ira, vires. Bar. *Ira vix certum vehit*
Effrænis ictum. Stil. *Si vehat grandem, ſat eſt:*
Me-

Megara certum faciet. Bar. *Errabit furor.*
Age Stilbo, ſi te flammat invidiæ vapor;
Hac flecte greſſus. Tectus auguſti manu,
Rem perage tutus, & Theoctiſtum neca.
Ætatis ipſe Cæſar impulſu calet,
Sceptrumque ſolus, matre dejecta, vovet.
Quà vergit, urge. Pudeat imbelli virum
Subeſſe matri. Dic Theoctiſti dolo
Regnum occupari. Sceptra ſi ſolus probet,
Hunc proruendum penitus. Annuerit modò.
Cervice cæſa facilè divelli caput.
Stil. *Sic ſit agendum Barde, Conſiliis virum*
Habeo obſequentem. Pallas, & Mavors procul,
Noſtro faceſſant ore. Meliores dein
Indam ſuſurros auribus, Cæſar, tuis.
Bar. *Nec mora. Nitentes ante phœbæus comas:*
Quam reddat orbi fulgor, in laqueos pedem
Perducet hoſtis. Stil. *Pareat paribus modo*
Conatus animis. Bar. *Mente conſpiro, & manu.*
Audiet Olympus. Pectus illæſa fide,
Nullique rebus perfidum in dubiis, voto.
Ego ſortis indignatus opprobrium tuæ,
Furias in aquas moveor, & dextram gravi
Subdo ruinæ. Stilbo, quà vires dabunt,
Adero, tuamque pronus in cauſam ferar.
Stil. *Votum ſecundet Axis. Heroum genus!*
Quæ te tulêre ſæcula? Quis orbi parens
Talem creavit? Barde, Cumæas ſenex
Tranſcende luces, & ſuperbifico potens.
Molire nutu jura terrarum precor.

SCENA IX.

Stilbo vindictam meditans Jannem ſtatuit in ſocietatem ſceleris accerſere.

STILBO ſolus.

QVI cœpta fauſto texit ex orſu catus,
Sperare metam poteris inceptis parem,
O quam ſecundo vota vindicta gradu
Vltrò feruntur! Bardus à puppi ſinus
Implevit aurâ, Bardus Eoa decus
Aula, propinquo proximum Auguſto caput.
Fungum vocavit hoſtis. Ego fungi vicem
Perfungor hodie. Fungus expanſo tegit
Corpus Galero; totus in capite latet,
Ego in doloſum totus evadam caput.
Vt fraude capiam, cujus excutiam caput.
Non mea ſuperbos, fateor, Arridas domus
„ Numerat parentes. Fucus eſt, pigrum pecus,
„ Ceras avorum quiſquis exugens, decus
„ Captat alienum. Me meus jactat labor.
Quem rara virtus plebe ſublatum vehit
Per alta mundi ſpatia. Purpuram negat
Theoctiſtus. Vada ſaxo purpureas vomat;
Quibus rubeſcat, cana, quam Stilbo togam
Fert candidatus. Adſit ad eadem comes
Iannes, Averni columen, & ſtygii Iovis
Ingens propago. Fama ſed memorem ſui,
Scelere relicto, ſana meditari canit.
Quid fama garris? Novi ego mentem viri,
Devotus orco voluit æternum nefas.

Chorus vel Interludium.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Jannes ubi rabiem in Theoctiſtum evomuit, Stilbontem vindictæ pariter cupidum ducit ad delubrum magicum.

JANNES, STILBO.

JANNES.

Quam mente ſemper horrui, evaſi fugam.
Grandi ſed emptam premio evaſi fugam.
Terram cecidi pronus, & dextrâ genu
Complexus, hoſtem ſupplici oravi prece.
Gemui. Furenti pectus infregi manu.
Etiam indecoro vultus in fletu ſtetit.
Doluere cuncti. Solus obriguit fero
Theoctiſtus ore. Solus, O durum jecur!
Injurioſo vota calcavit pede.
I peſtis, oras, inquit, horrentes pete:
Vbi nemo ſpiret, quem lædas tuâ.
Sic me remittis? Ipſe dum ſpiras tamen,
Erit, erit hoſtis, peſte quem lædam meâ.
Iannes reſiſtit? Ibit incaſſum dies,
Tantis petita precibus, & tantis data?
Quin impotentes ultor in flammas agor?
Quin auſpicor tremenda terrarum mala!
Non fraude ditis, non erit furiis opus.
Luſtrabo memet. Intus horrendum ſatis,
Satis inquinatum corde reperiam chaos.
Omnia ſubiſto monſtra conduntur ſinu.
Eſt hic Erinnys; eſt Hydra. eſt tervus canis;
Et quidquid altâ nocte poſſeſſum latet,

Digitized by Google

Eſt hic malorum. Monſtra bene novi mea.
Hinc ergo in hoſtem ſævus ultrices para.
Diras, Furorem, Fulmen, Exitium, Necem.
Sed cui maligna mentis officium dolo
Credam? Quis iræ quadrat ultrici modus?
Et ecce rebus Stilbo maturus meis.
Stilbo nocere promptus, & ſcelerum faber.
Hinc aucupabor arte pellaci 1 *virum.*

1 Simulat ſe Stilbõtem non videre.

Stil. *Cernóne Iannem? Vota fortunat polus.*
Jan. *Quò tela vertam? quis mihi promptam feret*
Manum miniſter? Stil. *In Theoctiſti caput*
Stilbo paratam ſemper accinget manum.
Jan. *Huc fraudulentus aliquis, aſtutus, bifrons;*
Quem velit Vlyſſes inſequi ad fraudes Ducem.
Stil. *Ego verſipellem, detur ulciſci modo,*
Superabo Proteûm, frontis efficta notis.
Jan. *Eundem anhela vexet imperii ſitis.*
Stil. *Non alia pectus flamma, non vapor coquit.*
Jan. *Sit dirus, implacatus, & ſcopulo ſatus.*
Stil. *Dum jaciam in hoſtem, mente caucaſeas geram*
Silices Jan. *Ab hoſte læſus, irarum impotens,*
Efferat habenas; quantus Ætnæo ſpecu
Exundat æſtus; flamma dum premi negat.
Stil *Si bene furorem cordis agnovi meum,*
Frigebit Ætna, Stilbo cùm flammas vomet.
Jan *Idem pudoris fræna, pietatem, fidem,*
Fas omne ſpernat, dummodo ulciſci queat.
Stil. *Ego jura cæli, jura proculco ſoli,*
Ego fas, ego decus, ego ſedem, ego juſſa omnia

De-

Deteſtor, abnuo. dummodo ulciſci queam.
Jan.*Sed hoſtis uni ſit Theoctiſto.* Stil.*Bene eſt.*
Habes 1 *miniſtrum rebus optatum tuis.*
Tu modo fideli cœpta promoveas ope;
Horrifica ſolus clauſtra nocturni Iovis
Penetrabo vindex, & Theoctiſtum premam.

1 Janni ſe ſiſtit.

Jan. *Penetrabit orcum vivus?* Stil. *Et ſolus quidem.*
Jan. *En* 2 *porta Ditis, limen* 3 *inferna domus.*

2 Pede terram percutit.

Hic ſolvit ora furvus Vmbrarum lacus.
Hàc manibus iter. Vaſtus immenſo patet
Hiatus antro, Tartari ad fundum ultimum.
Ingredere ſolus. Vivus Acherontem ſubi,
Quid ſtas? Stil.*Vbi ſum?* Jan *Luridi ad fauces lacus:*
Veſtibulo in ipſo ſtygis inexpleta. Videns,
Ingens ut atro tramite vorago vocat?
Stil. *Receſſit animus. Quaſſat invitum tremor.*
Gelidus per omnem ſanguis obriguit ſinum.
Quò me repente rapis inaſſuetum? Jan. *Stygis*
Ad ora Stil.*Mœſtum vivus ut ſubeam chaos?*
Jan. *Fidem repoſco.* Stil *Fac Theoctiſtum prius*
Vlciſcar hoſtem. Jan. *Tartaro ultrices pete*
Furias. Stil. *Ab orbe nemo Tartareo redit.*

3 Scena repetè mutatur in lucũ horrendum: ubi apparet os ingens nigræ cavernæ, velut oſtium inferorum.

Jan. *Perrupit olim Tartara Herculeus labor,*
Stil. *Nullũ ſub umbras Herculem traxit labor.*
Quid clauſtra Ditis, Monſtra quid Erebi juvant,
Vbi Iannis ardet pectus? Hic orcus 4 *latet,*
Hic Styx, & Acheron. Pande cor ſcelerum ferax,
Et velut Averno, quà datur, peſtes ruunt,

4 Tangit Jannis pectus.

Ira-

Digitized by Google

Iraque, turbineſque, plagaque & neces.
Aderunt flagello vindice ultrices Deæ.
Tibi me remitto, cujus è ſinu faces,
Furiaſque & omnis tela vindictæ petam.
Jan. *Te quando noſtram penitus in curam refers:*
Ludus pateſcat artis. In ſacram Stygi
Laxetur ædem, rupis anfractu, [1] ſpecus
Patuére noctis limina, Hircæo Iovi
Stat Ara. Gentis vota Circæa nitent
Suſpenſa muris. Si quis infantem ſinu
Raptum parentis, funeri horrendo dedit:
Hanc ſanguis aram ſpargit: Hoc artus tholo
Votiva pendent munera, Hi truncum caput,
Illi revulſum, latere diſſecto, jecur,
Pars cruda fibris corda, pars oculos ferunt.
Stil. *Nullúsne ſacris Myſta liminibus præeſt?*
Jan. *Huc Arſavere, proximum Diti caput:*
Huc, frater, adytis effer infernis pedem,
Inaugurandus Ditis auſpicio ſubit
Novus hoſpes Aram.

[1] Rupe apertâ viſitur quaſi Sacellum cum ara Hircum geſtante: circa parietes, varia mẽbra corporis humani, tanquam anathemata.

SCENA II.

Stilbo inter ſacra magica devovet ſe Hircæo Jovi. Applaudunt inferorum Genii. Mox apertâ venenorum apothecâ, per ſtatuam ceream Theoctiſto perniciem intentant.

JANNES, ARSAVERUS, STILBO.

Ars. F*auſta Stilbonti ſalus*
Te nemo Stygios gratior pulſat Lares.
Nec ſola vulgi turba Cocytum colit.
Et noſtra Proceres aula Theſſalicos habet.

Age

Age nunc: & artis prima Theſſalica cape
Documenta. Sacri quidquid 1 *è cœlo tenes,*
procul amoveto. Stil. *Cælitum* 2 *exuvias,*
crucem,
Carmen Davidis pono. Ars. *Nunc limen ſubi.*
Stil. *Quis* 3 *me repentè figit attonitum rigor!*
Stupuêre greſſus. Ian *Arcet inſuetum timor.*
Molire plantas, uſus audacem dabit.
Stil. *Arcana retrò vis reluctantem trahit.*
Ars *Nullumne cæli pignus etiamnum geris?*
Scrutare temet. Stil *Ritè ſcrutatus nihil*
Deprendo ſacri. Ars. *Gemma nil ſancti pre-*
mit?
Stil. *Nomen MARIÆ.* Ian. *Proh gubernator*
Stygis!
Proh Numen Hecates! nomen horrendũ gerens
Hanc auſus oram premere malefauſto pede?
Averte peſtem: procul abominabile
Procul age nomen. Ars. *Gemma cum titulo* 1
procul
Inauſpicatos miſſa funeſtet rogos.
Stil. *Bene eſt. Averni totus obſequiis vaco,*
Ditisque limen, Dite poſſeſſus, tero. 2
Veniant in iſtas monſtra Phlegethontis fibras.
Veniant Erinnes. Fare, quid peſcis novi?
Ars. *proſtratus Hircum thure Panchæo cola.*
Stil *Proſtratus Hircum thure Panchæo colo.*
Ars. *Cælum Deumq́; & cælitum ejura greges.*
Stil. *Cælum Deumque, & Cælitum ejuro*
greges.
Ars. *Continge manibus Aram, & Hircœo*
Iovi,
Domino Acherontis, maximo umbrarum Deo
Corpus

1 Jubet abjicere, ſi quid habet apud ſe ſacri.

2 Abjicit thecam Reliquiarum, Crucem, & carmina David.

3 Volentẽ ingredi Sacellum, arcana vis detinet.

4 Aſpicit gemmam annuli, in qua ſculptum erat MARIA.

1 Abjicit annulum.

2 Intrat Sacellum.

Digitized by Google

Corpus animamque fœdere æterno vove.
Stil *Contingo manibus Aram, & Hircao Iovi*
Domino Acherontis, maximo Vmbrarum Deo
Corpus animamque fœdere æterno. 3 Jan.
Quid hoc!

3 Hæret elinguis.

Sacrilegus, inter ſacra cunctando ſtupes?
Stil. *Deſtituit animum lingua. Nolenti moram*

4 Hircus caput quaſſat.

Res addit ingens fœdere æterno? Ars. *Nefas!*
Perimus 4 omnes. Iovis inardeſcit furor.
Citò ſtringe vota. Stil. *Fœdere perenni, dico.*
Jan. *Plauſere 5 Manes. Læta Cocytus dedit*

5 Fit ſtrepitus inſtar mugitus, vel tonitrui.

Auguria. Lævum tonuit Eumenidum pater,
Lætitia feſtum ne qua deſtituat diem;
Faxo, choreas monſtra feſtivas agant,
Monſtra Phlegethontis. Stilbo, 1 ſta preſſo gradu.

1 Stilbontem circulo includit.

Tartari chaos ſepultum, vosq; nigrantis plaga
Regna, lucis orba, tuque furve Regnator ſtygis
Pallido laxate ab orco monſtra, Centauros, Hydrum.
Stil. *Deſiſte Iannes. Horror attonitum quatit;*
Deſiſte, formidanda ne tantus tona
Murmura. Jan. *Quid horres? Prima ſunt iſthæc Magi*
Auſpicia cantus. Stil. *Prima ſat faciunt fidem,*
Vltima recuſo. 2 *Spectra tartarei lacus?*
Diſpelle Iannes monſtra. Quid miſerum necas?

2 Aliquot monſtra hinc inde exeru nt capita.

Fræna timorem Stilbo. Sic larvas times?
Qui ſemel Averno famulus addixit caput:
Aſſueſcat umbris, perque terribiles eat
Formas neceſſe eſt. Ian. *Perge tandem quando piger*

Au-

Digitized by Google

Audire murmur, torva quo barathri cohors
Prodit ſub auras: ore leviori canam.
Et quæ per aulam turba Geniorum volat;
Hanc non timenda fronte ſpectandam dabo.

CANTUS.

HUC *age Pubes inclyta Ditis;*
Quæ Cæſareas ſparſa per ædes,
Procerum flectis ſubdola mentes,
Stygiis informes exue vultus. 1 Fit ſonit⁹ muſica: ad quam prodeunt Genii tripudiãtes.
Oculoſque truces. Niteant placida
Frontis honores, cultique ſinus
Proprio ſignent quemque colore.
Audimur: 1 *Aula clamor ingenti ſonat.*
Primus citatum Genius evexit pedem.
Hic 2 *avida procerum corda flammanti cremat* 2 Genius Ambitionis.
HONORIS æſtu: ſceptra meditari docet,
LIVORIS; 3 *iſte ſubdit obliqui faces,* 3 Genius Invidiæ,
Semper alienæ lucis exoſus jubar.
Hic fraudulento 4 *fœdera refringit DOLO,* 4 Genius Perſidiæ.
Riſu ſerenat ora, dum furtim necat.
Quem 5 *fraude nequeat, iſte FURIOSO ferit* 5 Genius crudelitatis.
Ictu: cruentat cæde cognata manus.
Hic ſceptrum 6 *adeptos pulſat æterno METU,* 6 Genius formidinis.
Male parta ne quis Regna præripiat manu,
Sin aberit hoſtis; rebus in lætis tamen
Quatit 7 *ille flagra tortor, & pectus fodit,*
Refoditque INIQUI CONSCIUM, & culpæ reum.
Stil. *Sociata* 8 *ſpecimen turba jucundum refert.*

Jan.

7 Genius deſperationis. 8 Suo quiſque ornatu & inſignibus internoſcitur.

Jan. *Agite doloſis fœta criminibus cohors,*
Dum mos amico geritur, ad chelym gradus
Numerate prompti. Terra diſcurſu premat.

Tripudiant ſimul.

9 Hic ſcena mutatur in Aulam, in quam ingrediuntur Genii.

Ite, ite pernix turba. Sat choreis datum.
Repetite notum Regia 9 limen domus.
Vnum rogabo, paria ſi veſtris creem
Scelera. Tyranno digna ſi ſtygio geram,
Theoctiſtus, illa gentis humanæ lues,
Fax illa terræ, mente viduatum caput.
(Virum tenetis: hoſtis eſt, inquam meus)
Vexetur, opprimatur: horridis virum
Lacerato monſtris. Nulla tranquilla trahat

1 Hic ſcena iterum fit horrida ſolitudo, ut antè.

Momenta vitæ, donec inimicam expuat
Sceleſtus animam. Ditis adituram domos.
Monuimus. Ite, juſſa quò vocant mea.
Hic hic ſuper nos obſidet lares chorus:
Hic peſte proceres, peſte dominantes replet.
His & miniſtris noſter utatur dolor?

2 Ex prædicto Sacello promit Effigiem ceream Theoctiſti.

Ars. *Age 1 nunc. atroci vis Theoctiſtum nece*
Torquere, vitam lentus ut carpat dolor?
Stil. *O ſi!* Ars. *Nefandi 2 prende ſimulacrum viri.*
Hûic tu malorum quidquid appones, geret
Theoctiſtus ipſe, Ditis hoc famulis datum,
Vt quem propinquo ſternere aggreſſu nefas,
Hoſtem remoti vel per effigiem premant.

3 Sacellum vertitur in officinam apothecarii.

Stil. *Quas ergo peſtes orcus immanes tulit,*
Evolve, monſtrum tabe lethali obruam.
Ars. *Patet 3 officina.* Stil. *Prome funeſtas opes.*
Ars. *En 4 ſanguis Hydræ.* Stil. *Fundat in venas luem.*
Ars.

4 In variis ampullis exhibet diverſa venena, quibus ungitur effigies.

Ars. *Stigia cicuta ſuccus.* Stil. *In fauces eat,*
Flammetque guttur. Ars. *Spuma tergemini canis.*
Stil. *Rabiem medullis condat.* Ars. *Harpyiæ cruor.*
Stil. *Ventrē perungat, dira quem rodat fames.*
Ars. *Pythonis atro lectus è buſto cinis.*
Stil. *Spargat inimicum peſte ferali caput.*
Ars. *Dens Colchici Draconis.* Stil. *Infodiat latus.*
Ars. *Gorgonis atroci fronte ſudatus liquor.*
Stil. *Horrificet ora belluæ.* Ars. *Infernæ ſtrigis,*
Mœſtique fel bubonis. Stil. *Offundat jecur.*
Ars. *Sphingis cruenta cor.* Stil. *Theoctiſti ferum*
Pars dira cor cruentet. Ars. *In oculos pluat*
Gutta Baſiliſci lapſa luminibus. Stil. *Diem*
Eripiat hoſti noctis æterna mora.
Ars. *Reſtat malorum turba. Collectum vides*
Phiala ſub una, quidquid optabis mali.
Stil. *Hac una totum vaſtet* 1 *inimicum lues.* 1 Perungitur tota effigies.
Jan. *Aſſervet* 2 *ara pignus. Exitium negent* 2 Reponitur effigies in ara ſacelli.
Si fortè peſtes, alius ex alio dolus
Proſternat hoſtem. Frater, ignotos, age.
Mentire vultus, teque ſylvarum ſatrum
Habituque & oris arte cultorem refer.
Tum Michaëlis nactus affatum, doce
Inſtare ſævum Regio capiti nefas.
Sic ferre Numen, perque non dubios poli
Signare monitus, impia artificem necis,
Theoctiſtum. In ipſum regerat authorem ſcelus.
Ars. *Teneo. Peractum eſt.* Jan. *Aula Stilbonem vocat.*

SCE-

SCENA III.

Theoctiſto ſolitudinem meditanti, Melindus Ephebus adhærere ſtatuit, nec poteſt avelli.

STILBO, JANNES, ARSAVERUS, THEOCTISTUS, MELINDUS.

STILBO.

1 Vident Theoctiſtum appropinquantem.

O Ccidimus: 1 *Hoſtis admovet contra gradus.*

Jan. *Agnoſco Ditis pignus.* Stil. O *dirum caput.*

Jan. *O ſegne terra pondus!* Stil. *O mundi lues!*

Jan. *O Cerbere trifaux! ut mihi tumido ſinus Odio fatiſcunt!* Stil. *Rumpor aſpectu impotens:*

Cor fervet intus. Jan. *Creſcit irarum tumor.*

Stil. *Quin involo? quin dente rabioſo canem Diſcerpo, lacero, ſpargo?* Ian. *Quis flammas mihi*

Faces? quis ignem, ſulphur, ut monſtrum impetam?

Stil. *Diſcede tellus, Merge terrarum probrum.*

Jan. *Diſclude fauces Orce, Theoctiſtū vora.* 2

2 Exeunt.

Theoc. *Melinde fugimus. Aula me torvis procul*

Luminibus arcet. Ibo quà pueros Deus

Metitur animis luce meliori dies.

Sequar receſſus. Cura nunc anceps tenet,

Cûi te relinquam? Fida famulatus tui

Feliciorem merita depoſcunt herum.

Mel. *O parce: dura vulgus infligis manu.*

Cui me relinquas? ſpirat infelix tuo.

Melin-

Melindus ore : corde non alio fovet
Vitalis aula ſemina, & miſerum ſedet
Liquiſſe puerum? Si tuis famulum tulit
Semper fidelem Regia imperiis : ferent
Simul obſequentem rura. Quis fidum tibi
Avia colenti luſtra famulatum gerat?
Theo. *Te melior aula, melior obſequii manet*
Fortuna. Fauſto poteris in trabeas Ducum
Subire curſu. Flore primævo nites,
Habilisque rebus ardet ingenii vigor.
Procerum ſecundat aura: Cæſarei jubar
Affulget oris: ſpirat ex omni favor
Aula, Moveri ſpem ſinu tantam feres?
Mel. *Hæc quæ recenſes inclyta, haud alio placent*
Fulgore, quàm quòd voce laudentur tua.
Perit heu! Iuventa: marcet ingenii vigor:
Fugit aura Procerum, regis in vultu ſubit
Rigor : favori ſæpè ſuccedit furor?
Quid Aula? Fraudum ſcena. Quid Regum favor?
Phœbi cadentis flamma. Quid plauſus ducum?
Fœtum procellis murmur æquati maris,
O quot procellas Aula, quot fluctus habet?
Quæ vada, quis alto ſcopulus in ſtatu latet?
His hauſtus undis CANDOR, *hic* PIETAS *perit.*

Illic acutas hæſit ad rupes PVDOR,
Alibi reſorptum puppe demerſa DECVS.
Illis HONESTAS *brevibus infixit latus.*
MODVS *carinam fregit ad ſyrtes.* FIDES
Aliò retorſit vela. IVSTITIÆ *ratis*

Digitized by Google

Suſpenſa fluctu prabuit ventis jocum.
PAX inquieto naufraga in regno natat
Lacera per undas. Si qua ſub portum venit,
Virtus ab Aula, decore populato venit.
Hos inter aſtus, inter incertos vaga
Sortis tumultus, Domine deſtitues tuum
Fugax Melindum. Morte prohibeas licet,
Sequar abeuntem. Nulla Theoctiſtum fuga
Rapiet Melindo, nulla divellet dies.
Theo. *Partitus ævum juſſit in proprios Deus*
Abire mores. Aula juveniles alit
Forumque cœtus: Teſqua ſylvarum ſenes.
Quo te relegas, indolem egregiam necans;
Patiêre nebulas inter ac ſylva rubos
Condi juventam? potiùs annorum memor,
Per alta ſurge decoro Mavortis: viam
Virtus triumphis; gloria inveniet manus.
Mel. *Hoc eſſe laudis rebar immenſa decus;*
Si bella vitiis, bella criminibus gerens,
Et victor animum Marte non ſegni domans
De me triumphem primus armorum fragor
Sitis cruoris, funera, indomitos habent
Æſtus nocendi. Bella ſic Tigres movent.
Hinc ſpes metuſque premere, nec vano capi
Rerum nitore, ſpernere humanas opes,
Fameque ſtrepera sare mendaci tubas,
Et quidquid aula ſudat incaſſum labor,
Duce te propinquum credidi ad ſuperos iter.

SCENA V.

Theoctiſtus Ephebos pernicioſis luſibus intentos acerrimè objurgat, ereptis ludendi inſtrumentis, ac libro Magico cremari juſſo.

EPHEBI ſex, Theoctiſtus & Melindus.

PRIMUS EPHEBUS.

ADdeſte ſocii, furere quos 1 mecum juvat
Dulcem furorem. Lætus hic pergat dies
Aliò vocatum cura Theoctiſtum tenet.
Theo. *Quis clamor aures?* Secund. *Excute fritillis 2 ebur.*
Canis eſt, repone. Tert. *Fera caniculas agit*
Rabies. Quart. *Peractum eſt. Claudit 3 hic Regem Latro.*
Quin. *Erras, Avernũ teſtor. Hac fugim⁹ via.*
Sex. *Partire 4 chartas. Quidquid infauſti latet*
Folio ſub omni, ſors mihi certum refert.
Ter. *Nunc alma frontem promo victricem Venus.*
Audi precantem diva. Subſiluit Venus.
Huc omne pignus. Sec. *Semper in meum polus*
Inauſpicatas voluit exitium notas.
Prim. *Quid ſicca terimus otia? Lyæo 5 Patri,*
Libemus undam. Bacche lætitiæ ſator,
Prædulce numen: blanda curarum quies.
Amor juventæ; Cælitum primus favor.
Tu lene ſtudiis junge tormentum meis.
Hoſtis ruina bibo Theoctiſti lubens.
Tert. *Sequar bibentem. Pereat auſterum caput.*
Ars evocandi, 1 Ditis è regno Deos.
Vin' tibi lucroſum Tartaro Genium evocem?

Huc

1 Apertâ ſcenâ viſuntur in aula Ephebi ſex vario luſu temp⁹ ocioſè terentes.

2 Alea.

3 Latrunculi.

4 Chartæ pictæ.

5 Vitrũ rubro vino plenũ accipit, & exhaurit.

8 Manu tenet, & legit librũ magicum.

Huc è profundo - Secund. *Mitte nugari.*
enecas.

2 Verſus ſpectatores.

1 The. *Hoc* 2 *ſpecimen Aulæ: ludit effranis diem*
Iuventa, Luxus, teſſera, merum, Venus,
Elementa morum. Cùmque per vetitas ſemel
Diffluxit artes primus annorum vigor,
Prenſant honores. Iura partiti, forum
Martémque, rerum luce viduati, regunt.
O turba 3 *deſes! Vile fucorum genus!*

3 Converſus ad Ephebos.

Manus Epicuri. Sic per enerves juvat
Marcere ludos? Hic Epheborum labor?
Hæc ſtudia rerum? Stabit his regnum viris?
In has reponet Cæſar imperium manus?
His bella Ducibus moveat? Hoc pacis velit
Fœdera ſenatu? Franet hac populus fide?
Ò probra inertis otii? O Iuvenum pudor!
Procul 4 *hinc ſupellex improba, malorum parens:*

4 Evertit omnes menſas; & inſtrumenta ludendi.

Alimenta ſcelerum, Cancer ætatis, lues
Morum, Iuventæ lena, virtutum fuga.
Abite peſtes: alea, charta, merum,
Et quidquid à vi perdit inſtantis moram.
Tu magica Diris 5 *folia da flammis, puer.*

5 Melindo tradit librum magicum comburendum.

At vos (ſuprema moneo) curarum vices
In alia ferte ſtudia. Quem poſthac iners
Involvet umbra, nucibus ac ludo datum,
Severiori pœna pulſabit manu.

SCENA V.

Manuel & Eubulus, probus uterque Theoctiſtum de ſententia deducunt.

MANUEL, THEOCTISTUS, EUBULUS.

MANUEL.

THeoctiſte, fauſtum caſus aſpectum ferat.
Quid ſolus alta mente moliris? Theoc. *Fugam.*
Eub. *Quid ſceleris auſus?* Theoc. *Nulla me culpa lues,*
Quantum recordor, afflat. Eub. *Afflabit tamen.*
Theoc. *Fateor morantem.* Eub. *Majus in fuga eſt ſcelus.*
The. *Hoc fugimus ipſum, ſponte ne fiat ſcelus.*
Eub. *Statione miles quando deſerta fugit,*
Reprenſus agitur capitis ac vitæ reus.
The. *Eſt, ubi relictis miles ordinibus fugam*
Molitur inſons, Eub. *Laſus ubi Martem ſequi*
Tardante plagâ, ſtare ſeu nequeat loco.
The. *Seu cum Gradivi fræna ſortitus, furit*
Dux impotente captus armorum ſono;
Impoſque mentis juvenis, ac legum inſcius
Mavortiarum fertur, exitium ſuis
Laturus ultro. Patria hic prudens favet,
Talem relinquit quiſquis in bello ducem
Fugitque retro. Man. *Iura quo belli minus*
Dux mentis expers novit. Hoc firmum magis
Hærere par eſt, Martis anneſi virum.
The. *Proceres amici, cana quos olim fides*
Caſtiſque vitæ junxit innocua tenor:
Aperta fabor. Imperî egregium decus

Columenque regni, cælitum primus favor,
Theodora, rebus decora tranquillis dedit
Dum lege natum regere, dum nutu, datum eſt.
Iam contumaci Matris Imperium puer
Cervice temnit, quaque puerili nequit
Movere ſceptra brachio, imprudens amat.
Quàm gravia rebus fata, quis miſera furor
Immineat aula; quantus ancipitem trahat
Caſus ruinam, cernitis. Pulſa ſcelus
Virtute, ſurget. Livor, ambitio, dolus
Agent triumphos, & ſuperbifico Deum
Auſu propellent. Quis queat ſicco probra
Haurire præſens lumine? Quis Erebo ſatas
Peſtes tueri? Meliùs ô meliùs fugam
Illò capeſſam ſolus, ubi cæli memor
Otia ſerena mentis & fructus legam.
Man. *Theoctiſte, quis te patriæ oblitum dolor,*
Quis ardor aufert? Molle meditaris nemus,
Cùm te labantis poſcit imperii ſalus?
Quid fabuloſum Solis imitaris nefas?
Puero nitentis lora committis rotæ?
Si nequeat orbis fræna moliri manus?
Quæ flamma rerum quantus in buſtum ruet
Crematus orbis? Poteris hunc, poteris, diem
Non mente triſti, non reluctanti ſinu
Vel cogitare? Perge, jam latebras pete.
Theo. *Si fas ruinæ colla præcipiti foret*
Subjicere, ſi quam rebus ambiguis opem
Afferre; ſortis ſi qua ſe melior daret
Spes intuenti: Regio æternas lare
Sedes locarem. Nullus exitio modus.
Spes nulla, tantum poſſe præverti malum.
Per fas nefaſque ſceptra depoſcit puer.

Dux

Dux antè fertur Bardus; à tergo premit,
Subditque calcar Stilbo, queis vanus fidem
Addixit unis Caſar. Hinc mali caput.
Quis jam ſalutem, velle fac, tantis ferat
Vulneribus. Artem vis mali victam domat.
„Man. *Pervicta ſemel ars, ſæpe medicinam tulit*
Theo. *Ægro levamen nemo renuenti parat,*
Eub. *Ægro levamen ſæpe renuenti dedit,*
Quiſquis fefellit. Theo. *Nulla renuenti eſt fides,*
Man. *Amara dulci potio ubi ſucco madet,*
Trahit abnuentem. Th. *Tunc habent fraudes locum,*
Cùm ſe medenti credet infirmus. Man. *Tibi*
Se credit uni Caſar. Theo. *Vnius fugam*
Magno coëmptam cuperet. Eub. *Hoc fortem magis*
Obſtare contra, terga nec malis dare
Virum decebat. Quò refers timidus pedem?
Salus fatiſcit publica; quietem voves?
Patriam ruentem cernis; abducis manum?
Pietas arenam poſcit; in latebris fugis?
„ *Virtus acerbo gaudet, hoſtemque eminus*
„ *In ſe volantem fronte placata videt;*
„ *Vltroque greſſus obvia viriles movet.*
Quis ſæviente rector Oceano manum
Clavo reſolvit? Quis feros loro dato
Auriga bijuges ruere, quà furor, ſinit?
Hac una juſtam cauſa molitur moram,
Vt imminentem patriæ caſum leves,
Vt arte pueri capta modereris: malos
Virtute frangas, jura pietatis colas,

 Coli-

Cælique docens. Lapſa nec timidum gradu
Dimoveat ultro ſpes laboranti Deus,
Deus ille, caſtis axe qui cœptis favet,
Aderit ſecundus, teque, quò tendis, vehet.
Man. *Theoctiſte, per te patriæ afflictas opes,*
per ſpem labantis imperi, & quem ni rogas,
Dubiam ſalutem Cæſaris, iniquos, precor,
Depone ſenſus. Theoc. *Quo trahis, pronus*
feror.
Vincitis amici. Tuque ventorum potens,
Superve- *Tempeſtuoſi regna qui placas freti,*
niente. *Tranquillus ipſe, voce ſurgentes preme*
Bardo *Regni procellas. Vota ſin aliter neges;*
exit The- *Me merge: me procella direptum auferat,*
octiſtus. *Dum læta miſerum repetat imperium ſalus.*

SCENA VI.

Bardus Theoctiſtum accuſat ambitionis, Bardo ſuffragatur Baſilius.

BARDUS, MANUEL, EUBULUS, BASILIUS.

BARDUS.

THeoctiſte! Quid jam? flectit averſus
pedem
Bardo appetente? Noſter, infauſtum canis
Aſpectus omen? An Meduſæo riget
Horrore vultus? Scire, ſi liceat, libet,
Proceres, retorto quid Theoctiſtus gradu
Fugiat amicum? Man. *Carpſit inviſo viam*
Bardo. ſed odii querimur inviſi modum.
Man. *Malus eſt amicæ mentis interpres dolor:*
Obvertit ante terga, venientem retro

Quam

Quàm te videret. Bar. *Terga mihi vertit, ſcio,*
Theoctiſtus; ora ferre præſentis, pudor,
Pudor abnuit, laſuſque conſtatis amor
Livoris in me facibus. O falſæ notas
Frontis! Dataque vana prob dextra fides!
Hic ille ſancti candor officii? palam
Favere doctus, odia dum ſinu coquit?
Quo, quo (referte conſcia Aſtrorum faces)
Quo ſcelere tantum Bardus emeruit ſcelus?
Furit impotente Cæſar imperii ſiti,
Sceptrumque ſolus ambit Odryſium puer:
DUX ANTE FERTUR BARDUS. O lingua probrum!
Ego Michaëli ſubdo veſano facem.
Ego ſponte pronum duco, quærerum inſcia
Propellit ætas: Bardus, ut molem imperî
Capeſſat infans, Matre contèmpta movet?
Quis iſta mendax finxit aliquando Sinon?
Sic immerentem dente mordaci feris
Fallax amicum? Eub. *Levius abſentem preme.*
Effata juſta mentis in melius trahe.
Theoctiſtus æſtu queritur inſano vehi
Ad ſceptra puerum. Bardus *inſanum domet*
,, *Maturus æſtum. Sceleris aperuit viam,*
,, *Frenare quiſquis ſcelera, cùm poteſt, negat.*
Bar. *Frænare Bardus ſcelera, cùm nequeat, negat.*
Man. *Puerum virilis frænet imperii timor.*
Bar. *Puerum imperantem nullus inflectit timor.*
Eub. *Prohibe imperare.* Bar. *Sceptra debentur Viro.*
Bar. *Virum referre geſtit in ſolio puer.*

Eup. *Virile nemo geſſit imperium puer,*
Bar. *Sapè puerili vir ſub ingenio latet.*
Man. *Natura proprios ornat ætatum gradus,*
Mens vana pueris, firma contingit viris
Bar. *Mentem ſenilis dextra puerilem regat.*
Eub *Hàc inſto Barde. Iura det puero ſenex.*
Rege Michaëlem. Matris ad nutum pius
Moderetur annos, apta dum ſceptris manus,
Dignuſque vaſto ſubeat imperio dies.
Bar. *Arguimur ergo munus ignavi Ducis*
Sic præſtitiſſe? Nil catenatus labor,
Nil cura pernox, nil gravis rerum tenor
Exegit? O liventis invidia nefas!
Teſtare Manuel, unde generoſas puer
Superbientis indolis traxit notas,
Niſi duce Bardo? Rumpat invidia iecur,
Quiſquis reclamat. Bardus immenſo parem
Effecit orbi Cæſarem. Regnet; poteſt,
Me duce, vel orbem frænet æthereum puer
Sed alia penitùs cura Theoctiſtum coquit
Non ille Regni fata, non pueri vicem
Sollicitat uſquam. Solus ingenti ſtudet
Regnare in aula. Teſtor, huc omnes refert
Curas anhelus. Hinc virum pueri piget
Regnantis. Hinc effrænus Auguſtum rapit
In ſceptra fervor. Bardus hinc tanti reus
Erroris agitur. Nempe niſi ſceptro procul
Marcere puerum Bardus ignavum iubet,
Theoctiſtus orbis fræna, ne perdat, timet.
Man. *Theoctiſtus orbis fræna, ne pereant, timet,*
Eub. *Parce Innocenti crimen, ac dirum nefas*
Ingerere. Bar. *Sonti iuſtus appono nefas.*

Man. *Probat innocentem vitâ flagitio carens.*
Bar. *Frons innocentum fingit, at ſontem dolus.*
Eub. *Spectata ſummis claret in rebus fides.*
Bar. *Cupidaque ſummi fallit imperii fides.* 1
Effare Baſili, quando nutanti venis Prodit
Cauſa patronus. Cui Theoctiſtus vacat Baſilius.
Rerum tenori. Bas. *Pelion Olympo aggeris?*
Audax in aſtra fertur, ut pulſo regat
Titane mundum. Eub. *Quâ fidem notâ ligas?* 1
Bas. *Qua ſoleo dextram, 1 ferreâ: an ligo ſatis?* Gladium
Eub. *Enſem reconde, Pacis enatum ſinu.* evaginat.
Fidem requiro. Bas. *Nulla Baſilio fides?* 2
Extundat 2 enſis. Bar. *Quo 3 ruis? Manum preme.* Irruit in Eubulum.
Bas. *Remitte dextram.* Eub. *Mitte; nil furias moror.* 3 Bardus ſe
Libet innocentis enſe tutari decus. interponit.
Man. *Eubule.* Bar. *Baſili, 4 jura Cæſarea domus.* 4
Violat uterque. Imp. *Hem! 5 Nudus effulget chalybs* Pugnant acriter.
Ceſſare. Molles decuit infauſto jocos 5
Rumpere duello? Barde, quis truces dolor Prodit
Commiſit animos? Vnde hic armorum furor? imperator,
Bar. *Iactata verbis rixa conſeruit manum.* thorace
Imp. *Removete greſſus. Si quis inſanum ferat,* exutus,
Ludente me, certamen; haud paria luet manu
Supplicia poſt hac. Ite, me luſus vocat. geſtans
Bar. *Suſpicio, Cæſar, mentis imperium tuæ.* reticulũ, quo pilã percutiebat.

SCENA VII.

Baſilius apud Michaëlem in Theoctiſti nimiam potentiam invehitur.

IMPERATOR, BASILIUS.

IMPERATOR.

Subſiſte Baſili, grande Mavortis decus,
Herculea proles. Qua giganteas face
Arſiſti in iras. Bas. *Cæſar, Auguſtum genus,*
Pro te, Tonantem teſtor, in Martis minas
Dextram incitavi. Quid moror? Terra ſatus;
Cui Mars in ore multus, in dextra pavor,
Eubulus ille, vera juranti, fidem
Auſus negare, Cæſar excelſo nimis
Fertur volatu (quem tamen dextra levas)
Theoctiſtus alto quærit æquari Iovi,
Votoque, Matris nomen obtendit ſuo.
Tibi vana regni nomina, caducum jubar.
Decreta, vires, jura, tranſcribit ſibi.
Quid longum inerti, Cæſar, in ſolio jaces,
Preſſus alienis viribus, nutu, manu?
Age, age. Superbi ſpecimen ingenii refer,
Ferri ſub auras patere, quæ ſinu latent,
Regalis animi decora. Vivacem necas
Premendo mentis indolem. Haud unquam polo
Regina luci Quercus inſertat caput,
Niſi antegreſſa vulgus arboreum comas
Expediat humili nemore Theoctiſtum times?
Quis, quem? Miniſtrum Cæſar? An matrem? Colos,
Fuſumque verſent fœminæ, Imperium viri.
Texit Minerva, Mars, ubi ferrum rotat.

Imp.

Imp. *Periculoſa plena fortuna moves*
Conſilia, Baſili: Matris ad nomen tremo.

Bas. *Tuum illa, Cæſar, ſi ſapis, nomen tremet.*

Imp. *Ætas in Aula ſceptra tranſmitti, vetat.*

Bas. *Virtus honorem ferre, non ætas ſolet.*

Imp. *Parêre puero nullus imberbi volet.*

Bas. *Si Barba Reges fingat, imperitet caper.*
Sit rector orbis mente, non mento ſenex.

Imp. *Nos mente pueros pariter, & mento canunt.*

Bas. *Virum ſed ira pariter, & ferrum probet.*

Imp. *Quo vulgus animo ſceptra laturum putas?*

Bas. *Quo Cæſar urget, vulgus incumbet ſequax.*

Imp. *Formido proceres.* Bas. *Quiſquis obſtabit, cadat.*

Imp. *Quid Bardus?* Bas. *Auram ſequitur.*
Imp. *Obſiſtit?* Bas. *Favet.*

Imp. *Solum timebam.* Bas. *Sola libertas virum*
Faciet timendum. Lora tu regni tene.

Imp. *Manuel?* Bas. *Ad omnem ſortis inclinat vicem.*
Theoctiſtus, una matris effultus manu,
Fulcro remoto, ſponte ſubſidet. Imp. *Benè eſt.*
Sol axe ſolus, Michaël ſolus ſolo.
Tu, fide Baſili, quem meis unum lego
Rebus miniſtrum: perge, quo pergis gradu,
Reconde cœpta. Par fidem merces manet.

CHORUS, vel Interludium.

ACTUS

Stil. *Nulli tuorum notus occultum gere,*
Quem lubeat, animum Regis in pectus, cave,
Deſcendat aula. Diſtet à vultu ſinus,
A mente lingua. Quidquid eloquere, ſuos
Habeat receſſus. Odia tranquillus preme,
Turbidus amorem. Riſus irarum tegat
Æſtus; Amicos aſper in ſpecimen rigor,
Blandus inimicos captet inſidiis favor,
Seria volutans lude: ludorum vices
Intexe curis; occulet curas merum.
Ignoſce vultu ſævus; ultrices move
Furias ſerenus. Pœna miſerantem arguat,
Venia ferocem. Parte ſi nulla tui
Prodibis. Vltra noſſe qui regem ſtudet,
Hoſtis vocetur. Aula proſcribat reum.
Imp. *Artes habendi prome. Qua magnis via*
Opibus? Quis auri congeras acervos labor?
Stil. *Artes habendi mille, nec longus labor;*
Implebis arcas, turpe ſi credas nihil,
Quod quaſtuoſum. Grande regnorum Duces
Vectigal auro cumulat. Impoſito gemant
Populi ſub are. Dives excutiet jugum
Cum Rege vulgus: Pauper obſequium feret.
Cauſas tributi finge. Nunc bellum cane
Nunquam gerendum, vaſta nunc pacis move.
Onera, triumphos, templa, pyramides, vias,
Theatra, ludos, mœnia, & quidquid ſolet
Vacuare nummis regna. Corraſum ſemel
Potitus aurum, differ, aut ſi quid novi
Emoliendum, plebis ad plauſum, putes:
Partire munus: dulce dimidium ſat eſt.
Venale proſtet quidquid in regno ſacrum.

Quid-

Quidquid profanum eſt. Decora purpurea toga,
Faſces, Tiara, munia ſenatûs, forum,
Leges, tribunal, jura. Cùm ſuperat nihil:
Novos honorum finge. quos emant, gradus.
Cui grandis agro cenſus, aut fulvi nitet
Copia metalli: demat è cumulo tuus
Quod peſcat uſus mutuum. Ingratus neget
Si fortè donum, ſceleris afflatu reum,
Ipſumque & aurum, teſte non uno, trahe.
Imp. *Quâ victus arte, populus imperium ſubit?*
Stil. *Vibrante ferro. Pendeat in ictum chalybs:*
Inſtet flagellum. nemo jactabit jugum.
Imp *Qua lege Proceres!* Stil. *Divide, exhauri, mete.*
Ne cæca jungant fœdera unanimes, move
Diſcors Erinnym. Quiſque ſe primum ratus,
Metuat ſecundum. Livor in furias agat.
Sin aliquis opibus creſcat, & grandi nimis
Spatietur agro, miſſus alienas terat
Orator aulas, donec exhauſto domum
Attenuet ære, ſeque in anguſtum trahat.
Quos aura vulgi, ſanguis, aut Procerũ favor
Evehit ad Aſtra, lege Tarquinia mete,
Ardua ſuperbis capita decutiat chalybs.
Si cauſa deſit, finge: ſi fictum neget
Prodeſſe crimen, Regiâ excuſſum, procul
In arma mitte. Martis ad dubiam vicem.
Quos jura nequeunt, bella ſuſpectos necant.
Imp *Quis proferendo melior imperio modus?*
Stil. *Si cuncta, mortis inſtar, invadas manu.*

Titu-

Titulos ab alto jure majorum voca.
Vt regna vince, vince regnorum Duces,
Quos Marte nequeas, arte devictos cape.
Spe ſcinde populos. Mitte, qui vulgi leves,
Procerumque avaras aureo mentes trahant
Hamo, Tyranni pudeat immanis premi
Iugo. Serenat pulchra libertas jubar.
Hinc ſava populos bella diſcordes agent:
Suóque regnum marte labefactum, tuis
Succumbet armis, Impetu haud magno ruum
Exhauſta morbis corpora. Doloſo nequis
Populum tumultu quatere? Finitimos move
In arma reges. Quiſque dum partem rapit
Potentioris prado dominatus: levi
Mavortis opere, quidquid exuperat, capis.
Imp. *Qua largiendis meta muneribus, mone,*
Qua ratio donis. Stil. *Recipe laxata manu,*
Largire clauſâ. Prima donorum ſeges,
Potiorque, ſobolem ditet Auguſta domus
Mox & in amicos imbre munifico plue.
Imp. *Quem rere amicum?* Stil. *Nempe qui vitam tuo*
Pendulus ab ore fingit, & quidquid voves
Fandi aut nefandi, mente non ſegni gerit.
Haud eſt amicus, una quem virtus agit.
Imp. *Quid clara procerum merita?* Stil. *Ceu flores ama.*
Dum ſuave ſpirant: vetera ne cenſe quidem.
„ *Sparſam per omnes gratiam ut quivis capit,*
„ *Sic nemo reddit. Dona privatos petant.*
„ *Quodcumque vulgi ſpargis in turbam, perit,*
Regni ſalutem ſi quis aut bello potens,
Aut pacis alma clarus officio, tegat;

Lauda

Lauda merentem merita penſaſti ſatis.
Vox una Regum, blandus aſpectu favor,
Nutusve famulo pronus, immenſis parem
Meritis rependit gratiam. Obſequium parat,
Non munus, operam Regibus quiſquis dedit.

SCENA II.

Arſaverus Eremitam grandævum mentitus, Michaëlem Imperatorem cædis jamjam imminentis monet, & Theoctiſti nomen tanquam percuſſoris oſtendit.

IMPERATOR, STILBO, ARSAVERUS, Primus EPHEBUS.

I. EPHEBUS.

ADvenit aulam curvus è ſylva ſenex,
Tuoſque Cæſar, poſcit affatus. Imp. *Pedem*
Admoveat intro. Stilbo furtiva excipe,
Quæ promet, aure. Tectus aulæis latè:
Quid huc, relicto nemoru innocui ſinu,
Per alta Regum tecta moliris gradum?
Ars. *O Nate, capitis una me ſalus tui,*
Huc egit, annis pariter, & curis gravem.
Imp. *Injuſſus ergo capitis Auguſti moves*
Timerè ſalutem? Quis tibi curam mei?
Ars. *Injuſſa capiti membra proſpiciunt ſuo.*
Imp. *Trepidant iniquè membra, cùm validum eſt caput.*
Ars. *Laborat orbis, uno in Auguſto, ſalus.*
Imp. *Firmatur orbis uno in Auguſto, ſalus.*
Incolumis adſto: Cerne, quis humeros vigor,
Quæ vis lacertos firmet. Herculeum toros
Artusque robur igne ſydereo replet.

Ars.

Ars. *Sanum quidem juventa, non tutum facit.*

Imp. *Reges tuentur aſtra.* Ars. *Cur rarus diem*

Obit incruentum? Imp. *Dormit aliquando Polus.*

Ars. *Vni perennes ducet excubias tibi;*

Imp *Nil habeo penſi ſtertat, an vigilet polus;*

Mea me tuentur fata. Ars *Fatorum vices*

Pendere tenui juſſit è filo Deus.

Imp. *Pendere nutu juſſit Auguſto ſuo,*

Quid fata garris? Rumpat invidia Deos:

Ringantur aſtra: mugiat Olympus: fremant

Sævo ſorores opere: Neſtoreum tamen

Beatus ævum Cæſar invitis agam

Fatis. Sub iſto fata volvuntur ſinu.

Hoc nent ſorores capite. Par cælo Deus,

Par inferis ſtat Cæſar. Ars. *Humanos homo*

Metiris artus Cæſar è terra ſatus.

„ *Ignoſce Princeps. Vna Cæſareos manet*

„ *Cum plebe pueros urna. Diſcrimen Ducum eſt:*

„ *Oculos ad umbras amne ſanguineo natant.*

Cæſar, Tonantis cura, Cælitum favor.

Cæli ſecutus juſſa, perniciem tuo

Inſtare capiti moneo. Imp. *Nos quiſquam neci*

Deſignat hoſtis? Ars *Cæſar, exitium time.*

Imp. *Quis tela Cyclops, quis rebellanti Iovem*

Dextra Typhœus urget? authorem refer.

Ars *Latet.* Imp. *Quis orbe condit occultum locus?*

Ars. *Qui ſæpè pictis furta parietibus premit.*

Regia. Imp. *Sub uno ſpirat inimicus lare?*
Ars. *Spirat: tuumque, Cæſar, inimica manu,*
Dum ſpirat, ardet ſpiritum evulſum dare.
Imp. *Ergo æſtuanti ſaxo ſub rogo ardeat.*
Spiretque flammas, donec exſpiret ſcelus.
Effare quis ſit? Ars. *Nomen obticuit polus.*
Imp. *Diſſiliat, axe cum Diis rupto, polus,*
Sic me malorum ſævus inditio quatis
Authore tacito. Teſtor umbrarum chaos,
Niſi architectum ſceleris actutum refers,
Horrendæ per ſupplicia membratim mori
1 „ *Cogam tacentem.* Ars. *Quæ ſuis premit*
Deus
„ *Arcana latebris, ſcire Mortali nefas.*
Imp. *Tu precibus urge numen. Extorque Deo*
2 *Nomen ſceleſti capitis.* Ars. *Age, junctis polum*
Votis precemur, 1 *Summe regnorum ſator.*
Regumque cuſtos, pande, quis cæco nefas
Meditetur animo; tanta quem damnet reum
Erinnys, æſtu ſpiret ut ſævo necem,
Necem ſacrati capitis. 2 *Evulga Deus.*
Imp. *THEOCTISTVS eſt. O facinus! Exangues vigor*
Deſtituit artus. Stilbo, fer lapſo manum.
Stil. *Auguſte,* 3 *quis te ſtravit attonitum pavor?*
Animos reſume. Imp. *Quò tulit ſenex gradum?*
Stil. *Tenues in auras. Axe delapſum reor*
Tibi ut minantem dexter avertat necem.
Grates Tonanti perfer, & nullum vocet
Altare

1 Ambo flectunt genua.

2 Finitis precibus aperitur à tergo Scena; mox in aëre viſitur lumen, & in illo paulatim per litteras ſuccedentes oſtenditur nomen THEOCTISTUS. Quo viſo corruit in terram Imperator.

3 Accurrens Stilbo manu porrectâ erigit Imperatorem.

Altare fumo, victima, cantu, prece.
Imp. *Grates Tonanti, tale qui monſtrum ferat*
Regum ſubeſſe laribus, & flumen premat?
Theoctiſtus, orbem qui ſupercilio prait,
Severus aula cenſor, in noſtras parat
Ferrum medullas: Frontis huc tandem rigor?
O vita fallax! Oris ô falſi notas!
„ *Quem quiſque vitet, quemve ſecurus colat?*
„ *Nil certum in aula. Ludit obſequio manus:*
„ *Alludit ultro ingeſtus officiis amor,*
„ *Colludit arte vultus, eludit fides.*
Theoctiſtus orcum fronte ſyderea tegit.
Stil. *Haud mora. Potenti cinge præſidio latus.*
Excubet in armis miles. Interea intimos
Viri receſſus, ſcrinia, tabellas, domum,
Scrutemur omnem. Plura ſe taciti dabunt
Indicia ſceleris. Im. *Monita non ſegnis ſequar.*

SCENA III.

Dum Theoctiſtus Methodium de præſenti rerum ſtatu erudit, in aula confligitur.

METHODIUS, THEOCTISTUS, EUBULUS.
Duo famuli Eubuli.

METHODIUS.

SIC deſtinatam Cæſar excuſſit fugam,
Iannique clemens, Matris imperium abnuit.
The. *Revocata pœna eſt, Vrbe conceſſum frui*
Mago Met. *Serenos nocte depulsâ dies*
Gratabar equidem! Vana ſpes! Noctis ferax,
Hyemisque nimbus horret, & caput ſupra
Pendet, minatus imbre ſaxoſo malum.
Cui parcet ille? Nota Lernai lues

Mon-

Monſtri revulſum, capite ſepteno, caput
Penſabit unum. Si tamen vires paret,
Si bella removet Hydra, qui primos fera
Infregit ictus, franget iteratos Deus.
Th.*Semper timendum, quando funeſtum ſinu*
Geſtamus hoſtem. Decuit Herculeâ face,
Abolere peſtem. Noſter id animus tulit,
Sed ô Iuventa ſemper in pejus gradum
Flectens retrorſum. Mitis ubi juſtas nefas
Pœnas repoſcit; ſæva, cùm venia locus!
O quàm caducus nutat imperii ſtatus!
Spectat ruinam pronus, & jam jam labat,
pellente puero. Cerno venales prece
Pretióque honores. Cerno, virtutum choro
Procul fugato, Regna vitiorum coli.
Met.*Vnde iſte rerum triſtis impendet modus?*
The. *Aliúdne ſperes, regna dum frenat puer?*
Met.*Moderanda regni frena qui puero dedit,*
Ruit ille regnum. Sceptra moderetur parens.
The *Matri ſubeſſe Cæſar imbelli negat.*
Met. *Cogatur.* The. *Vnde?* Met. *Bardus admoveat manum,*
The. *Bardus? Ruenti jungit à tergo manum.*
Bardo Magiſtro, jura pietatis pede
Calcas profano. Met. *Iura pietatis doce,*
Matrem ſequutus, munus amplexus patris.
Theo. *Cervice dudum grande Siſyphia gero*
Saxum inquietus. Periit incaſſum labor,
Quin & monendi ſacra libertas perit.
Volvit remiſſam Cæſar exilii moram.
Obſtitimus ultrò: quin niſi Auguſti minas,
Odiumque adepti? Stilbo facinorum parens,
Et dux ad omnes ſceleris expleti modos.
Oſtrum

Oſtrum requirit: Cæſar immeritò favet:
Theodora contra pugnat: ego dignum nego:
Hinc pariter odia. Spernitur veri fides.
Mendax in aula regnat officii tenor.
Cui mens doloſis artibus prægnans tumet;
Frons æqua menti, docta vertumni vices
Omniſque nutum prompta fortunæ ſequi;
Hic pariter aulam junctus Auguſto regit.
Quid illa ludo miſſa Tartareo cohors!
Vocant Ephebos. Quam profanata ſerunt
Ludos in aula? Sacra, ſortiti vicem,
Peragunt: nec illos tangit horrendi pudor
Facinoris. Alter veſte ſacrorum arbitrum,
Mentitus, aras adolet, & falſo Deum
Sub orbe adorat. Alter adſtantis gerit
Partes miniſtri, reliquus arridet chorus:
Et ludibundo vana deriſu ſacra
Teſtatur, aris vera quæ Myſtes obit.
Hæc Cæſar auſo tractat horribili ſacra.
Met. *Gelidus per artus horror inſuetus meat,*
Frigus medullas quaſſat. O ſacrum nefas!
Adhuc ſtatutas mundus exequitur vices?
Stat fixa tellus? Alta pax cælum tenet?
Incolumis urbs eſt, nec remolito ruit
Convulſa fundo? Trahimus illæſi diem;
Has trahimus auras, poſt laceſſitum horrido
Facinore cælum? Summe terrarum ſator,
Columenque rerum, ſiſte fulmineam, Pater,
O ſiſte flammam. Intus. *Huc fulmina, huc flamma, huc faces.*

Met. *Averte peſtem.* Intus. *Peſtis occumbat, feri,*

Occide,

Occide, macta, perde, Famul. primus. *Prô* [1] *terra fidem!*

[1] Duo famuli Ebuli vulnerati ſcenam trãſcurrunt.

Succurre cælum, libera inſontem nece.
The. *Tumultuatur aula.* Famul. Secun. *Vis virum necat,*
Obruitur inſons, dura me mergit quies.
Theo. *Quæ vis? Quis inſons? Forſan ad cædem petor.*
Abſcede Præſul; perfer in tutum gradus.
Regrediar intus, ſubita preſſurus mala.
Eub. *Prodimur* [2] *amice.* The. *Tingit Eubulum cruor,*

[2] Vulneratus, & ſanguine diffluens.

Eub. *Expulſa pax eſt. Martis in aciem migrat*
Aula; juvenilis undique increſcit furor.
Ius eſt in armis. Fas perit, virtus jacet.
Ego te nocenti labe pollutum negans,
Hac ſæva lingua dona veracis tuli.
The. *Pro me?* Eub. *Cruento ſanguis exundat ſinu.*
Medicum requiro. Paria, ni caveas, [3] *time.*

[3] Exit.

The. *Cui pectus atra ſceleris infecit lues,*
Timeat: Timere mens Theoctiſtum vetat.
Qua me nocentem labe, cui culpa datum
Damnârit aula, neſcio; in crimen tamen
Si jus trahatur, pectus in vulnus patet.
Met. *Hàc hac tenendum; chare Cœlitibus pugil.*
Specimen Olympo gratius nemo refert,
Quàm qui virili calcat ærumnas pede.
I, quò Tonantis cauſa, quò rerum ſalus
Te vocat, edacis rumpe livoris dolos.
Cædem minatur? Temne: blanditur? Fuge,
Stet preſſa virtus, Terra ſi mortem parat,

Dant

Dant aſtra vitam. Palma victores manet,
Interea honores caſta Myſtarum cohors
Imponet aris, rebus ut dubiis opem
Placatus addat, faſque reſtituat Deus.

SCENA IV.

Theoctiſto ſeſe ad conſtantiam animanti, Stilbo ac Jannes inſidias parant.

THEOCTISTUS.

THeoctiſte, Mortis 1 *inter ac vitæ viam* 1 Solus.
Suſpenſus ageris. Regiam ingreſſus, peris
Fugâ ſalutem redimis. Intraſne, an fugis?
Non fugio, non ingredior. Ingreſſum ſimul
Fugamque meditor. Vitia polluti laris,
Quà fas, refugiens, Numen intrando ſequar.
Tu fluctuantum ſola. Regnorum ſalus,
Qui ſceptra regum vertis artifici manu,
Ducumque mentes, quò lubet ſolus moves:
Da robur animo: da reluctantem queam
Fregiſſe mentis Cæſarem. Immenſo tuum
Sic vigeat Orbe nomen, Imperium, timor. 2
Stil. *Iannes* 3 *ſub ictu res jacet. Cernis virum?* 2 Hic hæret veluti in mentis exceſſu.
Jan *Vt vix anhelo pellit afflatu ſinum!*
Stil. *Vt hæret uno ſaxea effigies loco!*
Jan. *Caput inquietũ quanta compoſuit quies!*
Stil. *Inire mortis credo pradiſcit viam,*
Prudens futuri. Jan. *Dabimus irremeabilem*
Brevi ſubire mortis horrendæ viam. 3 Prodeunt Stilbo & Jannes.
Stil. *Age Stygium molire cantando chorum:*
Perage ſtatuta. Tempus ac locus monet.
Iam deſtinatam Cæſar in ſpeculam venit,
Me duce. Jan. *Citato perge rediturus gradu,*
Ego carmen aptis apto Circæum dolis.

SCE-

SCENA V.

Janne falſas imagines commovente, Theoctiſtus in veri ſceleris ſuſpicionem adducitur.

STILBO, IMPERATOR, BASILIUS, JANNES, BARDUS, THEOCTISTUS, Perſonæ mutæ.

STILBO.

ADverte 1 Cæſar. Vulgus infernum ciet
Theoctiſtus Orco pompa ſe fallax movet.
Decreta capiti fata ſpectabis tuo.
Hic veſte furvus os Theoctiſti gerit,
Vultu modeſtus, intus horrendum ferus.
Mentis figuram cernis expreſſam notis
Te Cæſar ore juvenis egregio nitens
Mentitur, auro fulva cui radiat coma.
Siniſtra Bardum, dextra Baſilium refert
Vmbra. Radiatum 2 *quàm tui capitis decus*
Anhelus ambit! Imp. *Citiùs inferno Iovi*
Diadema rapies. Stil. *Geminus Auguſti comes*
Audere prohibet. Fraude, vi, 3 *Genius monet*
Necandum utrumque pateat ut votis iter.
Bar. *Me?* Bas. *Me necandum?* Stil. *Trepidat, & tantum nefas.*
Luctante contra mente, decernit tamen.
Adverte Baſili, traheris in dolos prior.
Anguis 1 veneno fœtus in gemmeum migrat
Monile virus oſſa pervadit? necat.
Bas. *Tam dira monſtrum fata Baſilio parat?*

Lace-

1 Perſonæ mutæ sūt Michaël, Bardus, Baſilius, Theoctiſtus, malus Genius, duo Satellites: omnes ficti, qui & tripudiando partes agunt.

2 Genio inſtigante, falſus Theoctiſtus ambit coronam Michaëlis.

3 Genius nutibus & ſignis monet necandos Baſilium & Bardum.

1 Falſus Theoctiſtus anguem chartæ imponit, qui verſus in catenam auream, & Baſilio impoſitus, eum, ut præſentiſſimum venenum, necat.

Laceremus. Imp. *Iras frange. peragatur ſcelus*
Stil. *Baccho* [2] *papaver miſcet, ut Bardum ſopor*
Domet profundus. Cerne truculentum, ferox.
Immane facinus. Imp. *Mene, Tartareũ caput,*
Mene ferit? Bar. *Ære cur tamen meo ferit?*
Stil. *Specta. Cruenta fabula* [3] *impones* [4] *modum.*
Bar. *Quid hoc nefande? Tamne inauditum mihi --*
The. *Hac ſpe* [5] *ſuperbos in eo firmatus lares*
Bar. *Hac ſpe ſceleſte? Tamne inauditum mihi*
Affingere ſcelus? Tam ferum lethi genus
Moliris? O nefanda terrarum lues!
Bas. *Mihi virus?* Imp. *Ictum Cæſari?* Bar. *Laqueum mihi?*
Stil. *Theoctiſtus aptat. Cernis infandam viri*
Mentem. Quis alto lateat in ſinu dolus;
Quando ſimulata frontis arridet lepos. (huc
Et vivit? Bar. *Et reſpirat?* Bas. *Et latos ad*
Sine nube ſoles haurit? O lentam nimis
In ſcelera pœnam! Mille per lethi vices
Raptus necetur. Stil. *Eſſe crudelem juvet:*
Iuvet eſſe durum, Cæſar humanos ubi
Oblita mores, hoſtis impietas furit.
Imp. *I, perge Baſili; limen Auguſtæ domus*
Obvallet enſe prætor Excubias vigil
Ducat ſub armis miles, ut nuſquam pedem
Theoctiſtus aulam referat. Bas. *Accelero viam*

SCENA

2 Falſus Theoctiſtus calice ſoporifero porrecto fictum Bardum cõjicit in ſomnum. Mox dormientis educto pugione fictũ Michaëlem necat.

3 Cruentũ pugionẽ reponit in vaginam Bardi dormientis.

4 Fictus Bardus indicio pugionis deprehẽſus, occiditur à Satellitibus tanquã Michaëlis percuſſor.

5 Verus Theoctiſtus ad ſe rediens exit.

SCENA VI.

Bardus & Stilbo Michaëlem urgent, ut interfecto Theoctiſto, & Matre in Cœnobium relegata, Imperium ſolus capeſſat.

IMPERATOR, BARDUS, STILBO.

IMPERATOR.

UBI pectus auget irã, mens gravibus negat
„ Praeſſe rebus, ira cùm ceſſit loco,
„ Tranquilla magnus ſtatio conſiliis patet.
Res agitur ingens, quæ virum caſus premat,
Cûi me ſupremo charus affatu, Pater
Credere Iuventæ juſſit arbitrium meæ.
Quem reſtituta novit authorem fides.
Renovata pietas, additus templis honos,
Ariſque fixa marmora parentem vocant.
Quem ſacra, quem profana ſuſpenſo ſtupet
Plebs ore; Procerum ſtudia terrarum Deum
Latè fatentur. Ipſa quem Genitrix colit,
Amat, veretur, rebus in ſummis ducem
Sequitur monentẽ. Quiſquis hunc letho eruet,
Quàm multa ſint timenda, teſtatum ſatis.
Stil *Quæ te repentè mulcet evictum quies?*
Quæ tela mollis frangit irarum timor?
Tormenta ſonti rebar, & lentæ vias
Mortis parari. Fata quæ fugiat reus,
Ceu video, verſas. Caſar indormis tuæ
Regnique cauſa; ni citus regni luem
Abolere pergas. Bar. *Vota prædonis vides?*
Et uſque nutas; uſque ſuſpenſus tremis?
Iam jam notantes imbre ſanguineo lares
Iam decora regni, jam ſuperbificos duces,
Vi fraude caſos, jam tibi ſævo rapi

Mucrone vitam, Sceptra, Regnorum decus
Fruſtra querêris. Serò clementem reor
Damnabis animum. plebis invidiam times?
Quam nempe blandis fallit allectam dolis,
„ *Aſtuque captat hoſtis. Invidiam pati*
„ *Qui neſcit, alto neſcit imperio frui.*
Sed nec timendam plebis invidiam puta.
Eſto, alta quondam decora cõmendent virum,
Sit ille vulgi, ſitque Magnatum favor?
Stantem ſecundo ſequitur afflatu favor,
Fugit jacentem. Vernus illaſo ſtetit
Dum flos odore, placuit, ubi dulces vapo[res]
Exhauſit animas, jacuit obtritus pede.
Quid tuta metuis? Vita ſimulata ferax
Virtutis, odia cœca, conceptum ſcelus.
Et deſtinatus Cæſaris jugulo chalybs,
Vbi patuère, jure depulſum gradu,
Lethoque miſſum, fama Theoctiſtum feret.
Stil. *Et, ſi maligno fama rem caneret ſeno,*
An reſtitares? Fama privatos regat,
Libido reges. Regna libertas alit.
Quem ſic peremptum vulgus ingemeret, mori
Citiùs deceret, nulla ſi necis foret
Aliunde cauſa. Sceptra continuit diu,
Qui chara vulgo capita decuſſit priùs,
Quàm vel ſupremum vertice æquarent caput:
Vel contumaci Regis ad nutum trahi
Auſo negarent. Imp. *Matris horreſco minas.*
Bar. *Imbellis animi ſpecimen! Ignava indoles!*
Vnde iſte magnæ degener mentis pavor?
Qui fœminam extimeſcit, an regat viros?
Exurge princeps, teque magnanimis parem
Oſtende Ducibus. Syderum imperitet choris

 Abſente

Abſente Phœbo Luna: cùm cælum ſibi
Phœbus repoſcit, ponat imperium ſoror.
Stil. *Dum prapotentis imperî clavum puer*
Regere nequires, eſto, regnârit parens;
Iam mens manuſque fræna terrarum capit.
Iam rebus aptus fervet ætatis vigor:
Sanguis adoleſcit, Martis invicti capax:
Animusque Sophia plenus, & noſtro diu
Excultus ore ſceptra vel cæli regat.
Bar. *Quò, fare, quò das uſque purpureos Duces*
Premi indecoro fœminæ imbellis jugo?
Si pacis alma Regna maturas petant
In ſcelera leges; caſſa conſilio, queat
Fœmina creare? Bella ſi lituus canat,
Si quatiat hoſtis mœnia, & Martis furor
Patriam cruentet, fœminæ implores manum?
Quin ergo matrem pollice ignavo jubes,
Verſare fuſum lana fœmineam decet,
Non ſceptra dextram jure natura eruit.
Praeſſe quiſquis fœminam regno ſinit.
Stil. *Cape, cape ſceptrum, Cæſar. & fœdum Viris*
Deme famulatum, Iuſſa jam dudum exequi
Fœminea, proceres pariter ac plebem piget.
Bar. *Sic ſtatue, Cæſar, Regna, vel ſolus gere,*
Vel jus remitte. Nam quis hoc truncus ferat?
Iam jam vibratam laxat in jugulum manum
Theoctiſtus: ictu fert neces uno, tribus:
Crimen regeſtum, cæde præventum ſcelus,
Vim vi repulſam, mater haud feret tamen?
Ferat, frematque; per Stygem pœnas dabit.
Fingit diſceſsũ. *Quas verſat, hoſtis.* Imp. *Barde, quò raptas iter?*

Bar.

Bar. *Quò juſtus urget ardor. Exitium tuo*
Stat amovere capite. Imp. *Ne dubita, brevi*
Dabitur, quod optas. Bar. *Lenta vox, dabitur citò,*
Citò detur. Inſtat hoſtis. Imp. *Extinctum puta.*
Bar. *Dum fruitur aura? Dum tibi peſtem parat?*
„ Imp. *Dum tegimur armis.* Bar. *Arma vincuntur dolis.*
Imp. *Patuêre. Fraudem nemo deprenſam timet.*
„ Bar. *Fraudem cavere, quam nequis notam time.*
Imp. *Hanc fac cavere.* Bar. *Quâ?* Imp. *Mora.*
Bar. *Mors in mora eſt.*
Imp. *Et vita.* Bar. *Scilicet hoſtis.* Imp. *Extinctum puta.*
Bar. *Fac, unde credam.* Imp *Sceptra fac ſolus geram.*
Stil. *Capeſſe. Dudum regna te poſcunt Ducē.*
Imp. *At mater?* Bar. *Arcē.* Imp. *Quò.* Bar. *Sub ignava lares*
Turba. Sacratis Virginum inſideat choris.
Illic fatiget precibus annoſis Deum
Excuſſa regno mulier, Imperium viri
Dum moliuntur. Imp. *Colere ſi ſacras neget*
Superba latebras? Bar. *Colere cogatur tamen.*
Imp. *Cogam parentem?* Stil. *Fœminam.* Imp. *Auguſtum genus.*
Bar. *Inſtabile, varium, flexile, caducum genus.*
Stil. *Muliebre tectis condere ſacratis caput,*
Pietas vocetur. Eſſe cogatur pia,
Quam fulgor aulæ ſcelerat; impietas monet

Eripere Nato debiti imperii decus.
Imp. *Vim ferre Matri, jura naturæ vetant.*
Stil. *Repetere rapta, jure naturæ licet.*
Bar. *Quid mihi ſeveræ jura naturæ canis?*
Natura quidvis, quò tibi proſis, jubet.
Quam ſi refigat pertinax legem parens,
Calco parentem. Cæſar innectis moras.
Decerne tandem. Dic: Theotiſto necem
Sentis parandum. Imp. *Sentio.* Bar. *Matrem procul*
Moves ab aula? Imp. *Moveo.* Bar. *Regnorum capis*
Moderamen unus? Imp. *Capio, cōplector, volo.*
Hactenus, Amici, placuit, intenſum joco
Agere Catonem. Pono: Sat nugis datum.
Probata dudum rebus in ſummis fides
Servat tenorem. Cerno, quàm veſter mihi
Dedatur animus. Hoſtis exitium probo,
Matriſque latebras. Pœna ſceleratos premat.
Luſtrare cæcos ante Theoctiſti tamen
Iuvat receſſus. Bar. *Perge, rumpamus moram.*

SCENA VII.

Jannes & Stilbo de primæ fraudis eventu læti, novam meditantur.

STILBO, JANNES.

STILBO.

QVis eſſe FRAVDI numen invictæ neget!
Te, Fraus, adoro, ſola votorum Dea.
O perge victrix, perfer ad metam nefas.
Jan. *Fauſtum ſecundi ſibili agnoſco ſonum.*
Effare ſortem. Patuit inſidiis iter?
Stil. *Iannes, beamur. Credulus ficti puer.*
Hoſtis

Hoſtis ruinam mente lymphata vovet.
Jan. *Io triumphe. Vicit Vmbrarum dolus.*
O quantus imas pulſat applauſus fibras!
Vt latus animum ſenſus attonitum rigat!
Hoſtem ruina ſternet ultrici furor?
Io triumphe! reſonet infernum chaos.
Stil. *Iannes triumphos præcoci exequimur tuba,*
Stat uſque ſalvus hoſtis, & noſtro impotens
Luctu triumphat: Satius in tutum prius
„ *Revocare vota. Sæpè qui feſtum canit*
„ *Pæana latus, hoſte non caſo. jocum*
„ *Paſſus maligna ſortis, infauſtam dabit*
„ *Victus querelam miles. Extremum doli*
Peragamus actum. Mox inacceſſos viri
Perrumpet aditus Caſar, ut fraudum notas
Exploret ultra. Jan. *Sors dedit fraudi locum.*
Gemmam Berillo nuper ereptam 1 *cape.*
Dum clauſa rerum, junctus Auguſto, excutis,
Suppone gemmam dexter, ut Regis manum
Inopina ſubeat. Hinc Theoctiſtum obruent
Indicia cædis. Ibit in furias puer.
Stil. *Teneo; Peractum eſt. Iſte me vocat labor.*

1 Dat Stilbonti gẽmam Berilli jam occiſi, occultandam inter chartas Theoctiſti.

CHORUS, vel Interludium.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

Michaël, Bardus, & Stilbo excutiunt Muſæum, & ſcripta Theoctiſti. Michaël incidit in Gemmam Berilli à Stilbonte ſuppoſitam.

STILBO, IMPERATOR, BARDUS.

STILBO.

1 Scrutantur in cubiculum Theoctiſti.

HÆC illa ſceleris conſcia inviſi domus;
Penetrale Ditis. Imp. *Tantulo in ſpecu Cyclops*
„*Tam grande condit fulmen?* Bar. *Ad fraudes locus*
„ *Deeſſe nunquam ſceleris artifici poteſt.*
Imp. *Age nunc, latentem cingat indago feram.*
Scrutemur omnes lumine attento ſinus.

2 Incidunt in varios libros, quorum titulos legunt, & aliquam ſententiã.

Hinc ordiamur. 2 *MENS EPICTETI*, Nihil
Virtute majus. Sceptra ſi virtus gerat,
Regnes beatus. Perdit imperia ſcelus.
Abeſte nugæ, Bar. *MONITA SALOMONIS.* Viro
Committe ſceptrũ: Regna peſſundat puer.
Imp. *Et hic inanes jactat ampullas ſenex.*
Stil. *IOBI DVELLVM* Dexter afflicto Deus
Adſit: Phalanges victor æratas premam.
Imp. *An dexter, an ſiniſter, emeritam dolis*
pœnam, necemque, vel Deo invito lues.

1 Titulus libri magici, quẽ Ephebis ereptum comburere juſſus fuerat Melindus.

Bar. 1 *SIBYLLA STYGIA.* Imp. *Dignus inferni Iovis*
Nepote titulus. Bar. Quiſquis Acherontis lacu Ciere

Ciere Manes, Dite placato, ſtudes: [*tis*
HUC FLECTE CURAS. Plura quid nigra pe-
Indicia mentis, Caſar? Hac Regum domos
Theoctiſtus arce miſcet, & totam ſtyga
Transfert in aulam. Ni brevi diram pares
Abolere peſtem, Regiam Furiis Magus
Populoſque & urbes Colchica evertet lue.
Stil. *VOTA CUPIENTIS.* 2 Imp. *Vota ſce-*
lerati lege.
Stil. Tu, qui ſereno temperas nutu polum,
Ignesque phœbum dulce radiantem jubes
Ducere minores: Solis Eoi jubar,
Rege Michaëlem. Primus in ſuos eat
Coactus orbes, Matris imperio puer:
Tunc aſtra princeps ducat, & proceres pari,
Plebemque frænet luce, radiorum pater.
O proditoris vota! Proh monſtri preces!
Te Cæſar, Orbis fræna qui nutu quatis,
Puerum protervus ore Tartareo vocat,
Matrisque turpe ſemper inculcat jugum.
Imp. *Regem virumque, vel malo domitus ſuo.*
„ *Faxo tremiſcat. Nemo ſecurus diu*
„ *Fugiſſe Regis potuit irati manus.*
Quis hic 3 refulget lucis ambigua nitor?
Bar. *Abſiſte Cæſar. Forte cantato jacet*
Virus ſub auro. Mille per lethi vias
Gens iſta regum ſpargit in venas luem.
Imp. *Ardeo tueri. Quidquid eſt, palam ex-*
hibe.
Quid cerno monſtri? Proh potens veri fides!
Theoctiſtus. Aſtra teſtor, horribili manu
Stravi Berillum, dulce dimidium mei.
Noſtri hoc amoris pignus evulgat necem.

2 Charta erat, in qua Theoctistus vota, ſeu preces ſcripſerat.

3 Incidit in gemmam Berilli, à Stilbonte ſuppoſitã.

Bar. *Agnoſco gemmam.* Stil. *Munus Auguſti fuit.*

Imp. *Huc ergo Furia, quidquid immenſo latet*
Erebo malorum ferte, non uno ſatis
Piatur igne cadis horrenda modus.

Stil *Cæſaris amores igne fulmineo ſcelus*
Extinxit: igne facinus immani luat.

SCENA II.

Melindus capitur ab imperatore tanquam Magus.

MELINDUS, IMPERATOR, BARDUS, STILBO.

MELINDUS.

TAndem 1 *maligna noctis accendi facem*
Picea flagrantem nube: Tartarea putes
Raptam Megara manibus. Hoc nigrum ſedet.
Buſto volumen condere, Magorum dolos.
Age fax, & ignes volve Phlegethonti pares,
Intende flammas lucis obſcœna. picem
Sulphurque jacta, ſordidam cælo comam.
Eat execrandis digna carminibus Pyra.

Imp. *Tacete proceres: aliquid hinc lucet novi.*

Mel *Ades* 2 *Sibylla: te ſepulchrales vocant*
Flamma. Imp. 3 *Videtis?* Mel. *Rurſus adjuro meis*
Te ſiſte manibus nigra Furiarum ſoror,
Stygia Sibylla Imp. *Pulſat invitum pavor.*
Nec ferre larvas potero Tartarea Strigis.

Bar. *Reſiſte Cæſar. Fraudis hic pandet viam.*

Mel. *Vbi, ubi es, Averni dira Plutonis nurus?*
Ter invocata flammeam nondum ſubis

Rugoſa

1 Nigram facem accenſam fert, ut librum magicum, cui titulus Stygia Sibylla, cōburat.

2 Alloquitur librū, tanquam Sibyllam intelligētem.

3 Michaël cum ſuis occultat ſe; ut videant, quid agatur.

Rugoſa tædam. Rumpe latebrarum moras.
Imp. *Haud patiar ultra. Furve* 4 *proh Circes Nepos,* 4 Arripit per collū Melindū,
Et tu ſuſurros arte Theſſalicâ, Puer,
Emurmurare doctus? Et teneris Magum
Spiras ab annis? Fare, quid verſas mali?
Quæ ſurgit orco furia? Quem cantu cies
Genium ſub auras? Mel. *Grande deteſtor nefas,*
Imp *Has Ditis artes: hunc Theoctiſtus dolum*
Docuit Ephebum Dominus. Mel. *O Cæſar! necas.*
Theoctiſtus ipſas prait inoffenſo nives
Candore: Phœbi vincit innocuus jubar.
Graviora nemo bella Circæi movet
Cantus magiſtris. Quem ligat ſuperis amor,
,, *Nil debet orco, victor Acherontem domat,*
Imp. *Auditis, ore quantus effronti neget*
Deprenſa manibus ſcelera? Bar. *Quid Circes modi?*
Quid fax averno rapta? Stil. *Quid Magico ſonans*
Fragore murmur? Imp. *Credo ignotum ſcelus!*
Adjuro Stygii numen horrendum lacus,
Niſi fateare, flamma ſecretum eruet.
Facem ſub ipſas cordis incutiam fibras.
Mel. *Si nota jam ſunt ſcelera quid flammis opus?*

Si clauſa fibris, nulla vis flamma poteſt
Penetrare clauſum mentis humanæ ſinum.
At ſponte fabor, ſcire quæ tantus cupis.
Non me ſuſurros Colchis edocuit: nigras

Nec orcus artes Duce Theoctiſto Magos,
Totumque Lunæ vulgus, ut peſtem fugo
Fugioque, Laribus iſta Cæſareis tamen
Succreſcit, orta ſemine Inferno, lues.
Quæ te pererrat culta Puerorum cohors,
Honos decuſque lateris, hoc Circes bibit
Malè cauta virus. Imp. *Ore quid falſo vomis?*
Noſtroſne Magicus concitat Ephebos furor?
Mel. *Tuos. Libellum nuper* 1 *ereptum vides*
Carmina tremenda, murmur inferni lacus.
Sibylla nomen ſtygia ſpecioſum dedit.
Hanc ego jubente quæro Theoctiſto ſtrigem.
Ultricibuſque deſtino flammis dolos,
Dolos averni. Solus hac vindex mala
Detergit ignis. Expiant flammæ Magos.
Imp. *Adeſte Ephebi,* 2 *adeſte. Si mendax fidem*
Fruſtrere; ſaxo repetat Authorem dolus.
Mel. *Eſto. Sed unum, ſi quis eſt votis favor,*
Te paſco, Cæſar; Primus in pueris loquar.
Imp. *Alloquere primus.*

1 Bardus tenet manu librum magicũ, quem arripit Melindus, & Michaëli oſtendit.

2 Altâ voce Ephebos evocat.

SCENA III.

Melindus, probatâ licèt innocentiâ, traditur ad ſupplicium Ephebis Imperatoris, tanquam falſus eorum accuſator. Mox aſtu ſe in libertatem vindicat.

EPHEBI quatuor, cum aliis præcedentibus.

MELINDUS.

Dicite, ô ſocii librum.
1 *Melindus aliquem rapuit invitis? meum*
Hic eſt pignus teſtor, Auguſto licet
Volente, turpis arguar furti reus.

1 Melindus fingit, librum eſſe ſuum: ſe tamen à Michaële furti accuſatum.

Prim.

Prim. Eph. *O furū, ô trifuris inviſum nefas!*
Tandem pateſcis Prædo. Surreptum tuis.
Auguſte, Pueris carmen occuluit ſinu
Prædator iſte. Sec. *Noſter eſt raras liber*
Complexus artes. Ter. *Noſter aſſiduis mihi*
Verſata curis pagina. Quart. *O furti probrum!*
Imp. *Ergo Magorum cingor informi grege,*
Ceu Pluto furiis? Veſter hic ſtygiis liber
Carminibus aptus? Hæc Ephęborum ſchola?
Vmbras Averni juro, Lectores pari
Librumque vindex igne conſumptos dabo.
Pri. *Nos 2 Magicus afflat arte Circæa furor?* 2
An non Homerum folia divinum gerunt? Fingit ſe
Aut fraus maligna, Cæſar, aut error latet. deceptũ,
Secund. *Quis fronte titulus, vate quo fulgens* & Home-
opus? rum cre-
Sti. *STYGIA SIBYLLA.* Sec. *Carmen abjuro* didiſſe.
ſtygis;
Nullique noſtrûm paginam, aut lectam prius,
Aut antè viſam. Vera niſi dictis fides,
Dehiſcat orcus, méque demerſum voret.
Tres alii Eph. *Dehiſcat orcus, méque demer-*
ſum voret.
Bar. *Audin', ſceleſte? Prima dum ſcelera tegis,*
Graviora fingis Imp. *Quanta mentitus, meus*
Immane pueris crimen afflaſti? Bene eſt.
Vos, quibus atrocem fraudis affinxit notam,
Arripite monſtrum, perque promeritam eum
Agitate 1 pœnas. Quar. *Venit in caſſes fera.* 1
Spectate, Vulpem, ſocii; ut aſtutum gerit Exeunt.
Oculis in ipſis pectus! ut molli dolos
Suppoſuit ori? Frontis ut levor nigras
Obduxit artes, noſtra queis prodit loquax

Commiſſa? Cernitis? ipſa ſub genis natans
Perfidia, fraudis conſcia probroſa rubet.
Prim. *Tu garrula jocos pica, tu ſales refers.*
Secun. *Tu quidquid uſquam luditur Ephebis Hero*
Nocturnus explorator enarras tuo.
Ter. *Iam proditorem pœna, jam Nemeſis vocat.*
Proferte, ſocii, quis placet pœna modus?
Quart. *Fodiantur oculi, ne quid in noſtris mali*
Deprendat ultra rebus. Pri. *Auritus canet,*
Quidquid per aulam ludimus. Surdum ſimul,
Cœcumque reddat juſtus in pœnas furor.
Secund. *Nullamne ſolvet ipſa garrulitas vicem?*
Ter. *Faucib⁹ ab imis prima vipeream eruant*
Tormenta linguam. Diſcat elinguis Draco
Frænare murmur. Mel. *Sudat incaſſum labor*
Excogitandi mille torquendi vias,
Artes necandi mille, nil equidem moror,
Deſinite ſcelerum. Vita flagitio vacet,
Feritate mores, Colchica pectus lue:
Tunc conticeſcam. Priſca dum cœcos agit
pravi libido, lingua ſuffractis eat
Nervis, iniqui quidquid occurſat, loquar.
Pri. *Ergo moriturus, pande concretas ſinu*
Labes; Tonantem pronus exora. Mel. *Prius*
Adſit Sacerdos, aure qui tacita legat
Commiſſa: terram mentis extergat luem.
Sec. *Piacularem promptus i accerſo popam.*
Mel. *Quid lentus adeſto? quid ſacerdotem moror?*

Exit ad quærendum Sacerdotem

Reve-

Revocate ſocium. Cuncta non mendax feram
Vltrò ſub auras. Ter. *Aderit* 2 *actutum redux.*
Mel. *Vos aſtra teſtor. Dira* 3 *progenies procul.*
Procul ite monſtra. Quar. *Fugit? O timidum pecus.*
Sec. *Quò ſe* 4 *Melindus?* Pri. *Turbo Theſſalicus Magum*
Abſtulit in Orcum. Ter. *Iam leves tutò licet*
Repetere ludos. Agite; perdamus diem.

2 Alter exit ad primũ revocandum.

Hîc Melindus cœlum aſpiciens, dũ reliqui duo Ephebi ſurſùm etiã intuẽtur, alterius gladium occupans, vi ſibi viam aperit, & fugit.

4 Redeunt duo illi, qui abierant.

SCENA IV.

Stilbo Cæſaris Ephebos perditè ſceleratos dolo in Theoctiſtum accendit.

STILEO, EPHEBI quatuor.

STILBO.

ADeſte pubes. Cæſar implorat fidem
Pri. Eph. *Cæſar? Quid inſtat?* Stil. *Cadis horrenda malum.*
Sec. *Scelus occupetur. Fare, quis dirum nefas?*
Stil. *Theoctiſtus.* Ter. *Ille dulce Theodoræ iubar?*
Trux ille vultu, qui ſupercilio polum
Vtrumque librat. Quar. *Ille Ariſtides minor!*
Ille Truculenti moris antiquum genus?
Stil. *Ille, ille, morum triſte ſimulacrum, ſalis*
Cûi mica nullo, nullus ingenii lepor,
Inhoſpitalis, durus, incomptus, ferus:
Qui ſæpe veſtros læſit obtutu jocos,
Vetuitque ludum fronte terrifica minax.
Hunc terna D tis urget in Regem ſoror.
Pri. *Et ſtamus?* Sec. *Et moramur?* Ter. *Et ſolum gravat*

Cælum

Cœlumque, flatus prædo ſydereos agens?
Quar. *Pereat per omnes tractus exitii modos*
Stil. *Quem Regis ergo fama ſervati movet,*
Stet enſe promptus; cumque bis ternos dabit
Repetita pulſus nola, glomerata manu
Inite noſtros, qua fores cæcæ, lares.
Quid hinc gerendum, plura ſociatis loquar.
Pri. *Benè eſt.* Sec. *Tenemus.* Stil. *Adſit arcanis fides.*

SCENA V.

Idem duos Theoctiſti famulos circum venit.

STILBO, CREO, LYASTER, Famuli Theoctiſti.

STILBO.

A Puppe lenis vela diſtendit Notus.
Fervet opus. Hora propius huc ultrix
Age ſors, favente cœpta ſi nutu regas,
Da, da; Miniſtris pauca Theoctiſti loquar.
Narrare fuco fabulam ignavo libet,
Quàm ſi benigno creduli auditu bibant;
Iam jam Charonti ſtagna dum Lethes natant,
Faxo renarrent. Vile famulantum genus,
Fæcem orbis, inopes mentis, enatos reor
Qua lege pecudes; Vita ſi quidquam juvat,
Vita fruantur. Mors ubi placuit magis,
Iugulentur. Adſunt, prompta quos fraudis via
Amat impedire. Sors favet. Salve Creo,
Salve Lyaſter. Creo. *Æqua Stilbonti ſalus.*
Stil. *Dominè ſalvus agitat, an foris herus?*
Lyas. *Comitante Manuel, flectis hunc lentus gradum.*
Stil. *Lætuſne remeat?* Creo. *Lætus.* Stil. *Immunis mali*

,, Mens

„ *Mens, ingrauentis nil timet fati malum.*
Creo. *Inſtare lato fata Theoctiſto canis?*
Stil. *Inſtare capiti ſata non ſonti cano.*
Lyas. *Quis fata capiti ſævus inſonti parat?*
Stil. *Qui, quod ſceleribus meruit exitium ſuis,*
In immerentem torquet. Creo. *Ambages procul.*
Stil. *Iannes probroſa ſortis æternum memor,*
Molitur artes, inque Theoctiſti caput
Iactanda ſecum tela venturus gerit.
Lyas. *Iannes?* Stil. *Doloſa mox Theoctiſtum manu*
Sternet inopinum. Lyas. *Dexter inſauſtum Deus.*
Avertat omen. Stil. *Servet excubitor fores*
Vterque ferro, cumque furtivo pede
Iannes ſubibit, ſeque provolvet ſolo,
Hac antè fatus: Parce, vel perde, *irruat,*
Gladioque rumpat hoſtis infenſi latus.
Sed iſta meliùs intùs. Advertit gradum
Theoctiſtus. Lyas. *Intrò pariter ingreſſus prai.*

SCENA VI.

Manuel mutato conſilio fugam Theoctiſto ſuadet, nec perſuadet.

MANUEL, THEOCTISTUS.

MANUEL.

SI mollis uno ſemper afflatu ſinus
Impleret aura, perque tranquillos freti
Campos nataret, certa ventorum ratis;
Ars nulla clavi, nulla rectoris foret,

Nec

Nec docta celſa regeret antennas manus,
Hinc inde, quà ſe ſævus immittit Notus,
,, Velo reducto. Multa rectorem probat
,, Hyems, viceſque pontus incertas agens.
Theoctiſte ſenſum flecto. Qui nuper fugam
Suaſi morandam coger audacem retrò
Movere greſſum. Vela ſi ſapis, lege,
Subduc procellæ cautus immani caput.
Tantiſper aulam linque dum Boreæ furor
Detonet in auras, impetu extinctus ſuo.
The. *Vnde iſte Manuel oris alterni ſonus?*
Mens alia tandem ſubiit? Man. *Vt caſus monet,*
Vis mentis agitur. Rebus inverſis, novus,
Nec vanus animum vertit impulſum tenor.
Semperne eandem ſequitur in curſu viam
Auriga? Scopulo ſi qua ſe moles levat;
Si qua properantes foſſa ſuſpendit rotas;
Obvertit axem, ſeque qua tutum, refert.
The. *Quæ vis minatur?* Man. *Livor.* The. *Inſontium comes.*
Man. *Tamen cruentus.* The. *Livor inſidias novat?*
An vetere notas paſcit afflatu faces?
Man. *Quid ſit, per aulam rumor incertus vehit;*
In quem paretur certus (Haud aliter gravem
Præſagus hiemem gemitus ac murmur prait)
Nec unde natus, conſtat. In tutum ferunt
Caput creari, quidquid impendet mali.
Sed imminenti ſubtrahe ruinæ caput,
Aula remotus. The. *Ergo ſugiendum doces?*

Man.

Man. *Doceę cavendum.* The. *Cujus admiſſi neſas?*

Man. *Quod finget hoſtis.* The *Ficta vaneſcit lues.*

„Man. *Sed ante ſternet.* The *Caſus impavidum premet,*

„ *Modo innocentem.* Man. *Caſus & inſontem quatit,*

„ *Et innocentem.* The. *Scelere cui nullo tremit*

„ *Mens icta, nullos victor admittit metus.*

Man. *Virtus beatum facere, non tutum ſolet.*

The. *Præſidia virtus tuta cultori parat.*

Man. *Virtutis ergò tuta præſidia lege,*

Collectus in te, regio amotus lare.

The. *Incerta certo damna prævertam probro?*

Man. *Vitam tueri nemo probroſum putet.*

The. *Niſi certa decoris cauſa præſcripſit mori.*

Man. *Incerta cladis cauſa vulgatur tua.*

The. *Fugiendo certam facere, veſanum foret.*

Ignoſce Manuel, æqua ſi turpes fugit

Virtus latebras. Quiſquis Aſtræa duce,

Et teſte cælo purus ætatem trahit,

Quid metuat uſquam? Quidve livoris dolum

Effugere certet? Ipſa conflatum fuga

Crimen probaret. Sceleris effugium petit,

Qui ſe latebris mandat. Id magno reor

Mercetur hoſtis, ipſe ſi falſa, fugax

Culpa facinoris damner haud falſi reus.

Quid, quòd ruenti, quà licet, Regno manum

Pietas repoſcit Man. *Caſus abduces manum.*

The. *Teſtatus antè ſpiritu extremo fidem.*

Man. *Supereſſe patriæ ſuadet afflicta fides.*

The.

The. *Supereſſe patria quiſquis aufugit, negat*
Man. *Si quem latere patria hortatur ſalus,*
Haud ille patriam fugitat, The. *Avertat Deus.*
Latere neſcit integer culpa ſinus,
Nec fas. Avernas armet in cædem Nurus
Invidia, turpes criminum affingat notas;
Vomat ore virus, corde Tartareum chaos;
Libet ire contra. Nulla degenerem dies
Arguerit. Eſto, lucis exigua moras
Mors antevertat: lucis impendam moras,
Mortisque juſſus tela properata feram;
Dum lex honeſti, vera dum virtus probet.
Man. *Nec lex honeſti, vera nec virtus probat*
Fata properare. Mortis ac vitæ arbiter
Ætatis orbem, juſſit evolvi Deus,
Nec ſponte ſiſti. Quiſquis in mortem ruit
Non provocatus, ſponte conſciſcit necem.
The. *Non me citatus urget in ferrum furor.*
Statione firmus hæreo, & priſci locum
Tueor honoris. Si qua livoris premat
Vis immerentem; non tamen juſſo decet
Gradu repelli. Man. *Linque non pulſus gradũ*
Rediturus olim, decore majore nitens.
The. *O parce Manuel, parce generoſo parum*
Suadere voto, rebus è dubiis fugam.
Man. *Theoctiſte, cui me ſacra devotum fides*
Conſorsque nexu vita longævo ligat;
O flecte mentem! Teque Manueli refer.
Mens una geminis clauſa pectoribus viget.
Qua te ruina feriet, oppreſſum pari
Me feriet ictu. The. *Quique te fato Deus,*
Eripiet, idem, luce me caſſum, licet,

Ser-

Servabit, auras ore ducentem tuo.

Man. *Ego, te perempto, lucis ut capiam jubar?*

Ut vivus auras attraham? Ut vitam ſequar?

Haud iſta chari capitis immenſus velit

Amor, dolorque lance libratus pari.

O per vetuſti fœdus officii, precor,

Per jus amoris, perque ſociata fidem.

Nodumque vitæ, funus effugio cave.

The. *Quà fas, cavebo, ſceleris avertens notam.*

Man. *Quando obſtinatum pergis arbitrium exequi,*

Immotus, irreflexus, irretractabilis,

Quem ratio precibus nulla convictis movet:

Vale ſupremum. Teſtor arcana ſinus

Mentis, fidemque teſtor annoſi ſenis:

Ne te neſando cogar exitio datum

Coram intueri, linquo Cæſareos lares.

SCENA VII.

Theoctiſtus fictum Jannis fletum aſpernatus, eodem moliente ab Ephebis capitur.

THEOCTISTUS, JANNES, Famuli duo: Ephebi ſex.

THEOCTISTUS.

Quiſquis minacem caſus extraxit morâ,

Inſtat propinquus, Clara manifeſtis eunt

Auguria ſignis. Liquit Auguſti lares

Manuel, amore victus, Eubulus dolo.

Abiere. Solus, dente quem crudo petat

Livor, ſuperſum, Solus, haud ſolus tamen.

Cui

Cui mens iniqui pura, ſtipatur ſatis,
Tu me potenti cinge præſidio Deus,
Et fremat Avernus. Ibo, quà cælum vocat.
1 *Currit 1 fugaci tempus elapſu fluens.*
Sonat hora ſexta. *Premit annus annum; menſibus menſis prait:*
Noctes diebus, noctibus cedunt dies;
Horamque trudit hora. Quas inter vices
Properantis ævi, vita furtivo perit
Abſumpta lapſu, ſeque momentis necat,
2 *Felix honeſtam quiſquis ad metam 2 venit.*
Prodit Jannes. Jan. *Nunc anime perge; fraudis extremũ tua*
Molire ſpecimen. Perſtat in prædam fera
Theoctiſte, quæ te frontis horrificant minæ?
Quid ora vertis? The. *Ferre portentum nego,*
Faceſſe, diro lumina obtutu leva.
Jan *Haud mora, levabo.* The. *Decuit hinc dudum ultima*
Squallentis ora ſpatia metiri fuga.
Jan. *Pœnam retraxit Cæſar.* The. *Impoſuit parens.*
Jan. *Nato ſubeſſe juſſa.* The. *Dum regnat puer?*
I, corripe fugam: Iuſſa Theodora exige.
Jan. *Theoctiſte.* The. *Procul hinc.* Jan. *Pauca miſerandi precor,*
Et verba Iannis aure patienti bibas.
The. *Vt fraude tectum virus exugam, rogas,*
Jan *Negat eloquenti teſtis ex alto Deos.*
The *Effare. Voci detur extrema locus.*
Jan *Quouſque miſerum pergis immitti pede*
Premere jacentem? Nullus irarum modus
Nec ſat malorum conſcius fundit pavor,
Animuſque culpa plenus, & nunquam ſui
Securus? O tormenta Tartareis quoque,

Mi-

Miſeranda monſtris! Faber. *O quoties mihi*
Cruenta ſcelerum flagra dilaniant ſinus!
Non ſic ferinas vultur in carnes furit,
Vt animus in ſe ſævit admiſſi reus,
Non lux quietis ſpatia, non tenebræ ferunt.
Tenore nexus it catenato dolor.
Sic inter æſtus mentis attonitæ vagor,
Procella cæli, turpe ludibrium Soli.
I nunc, & ignes iræ vivaces alat.
Crudeſcat odium, ſi quid ærumnas potes
Augere noſtras. Quid malis cumulas mala
Theoctiſte! Nondum patimur exitii ſatis?
O parce feſſo! The *Fraudis agnoſco viam.*
Non me doloris fucus eluſum capit:
Nec doctus imbres oculus effuſos dare.
Depone fraudes: vindicem exora Deum,
Scelera peroſus. Verus in luctum dolor,
Mentisque ſanæ ſenſus in lacrymas agat:
Tum deprecare. Jan. *Saxeus gelat ſtupor.*
Per aſtra teſtor. Th. *Aſtra mendacem canunt.*
Jan. *Per jura terræ.* The. *Scelere quæ lædis tuo.*
Jan. *per fas tonantis.* The. *Quem laceſſitum time.*
Jan *Per Tartari ignes.* The. *Queis voves ſalſus caput.*
Abeſto mendax. Jan. *O ſoli, ô cæli fidem!*
Quid me fatigas? Parce, vel perde. PR FAM. *Occubet.* 1 Sec.

1 Jannes relicto pugione ſub pedibus Theoctiſti, aufugit. Accurrunt famuli gladiis diſtrictis. Hos invadunt Ephebi Theoctiſtus cum famulis capitur. Supervenit Melindus, & Ephebos aggreditur, Dominum liberaturus, ſed fruſtra.

Sec.Fam. *Mactetur. Vbi ſe prædo celavit?* Th. *Quid hoc.*

Prim. Eph. *Raptemus.* Sec. *Opprimamus.* Ter. *A tergo manus*

Date religandas. Fam. Sec. *Cedimus pueris viri?*

Fulmineus enſem jactat huc illuc furor.

Quar. *Truncate* Quin. *Fodite.* Sec. *Mille per partes eant.*

The. *Cohibete famuli tela; date vinclis manus.*

Pri. *Nodoſus arctè membra complexus liget.*

Mel. *Quò? Quò rebelles? In Theoctiſtum? O ſcelus!*

Me tela, me, me ſævus invadat chalybs.

The. *Melinde ferrum pone, non paribus puer*

Congreſſus armis. Sortis illata probrum

Mecum ferendo vince. Mel. *Vetuiſti, ſat eſt.*

Mori obſequentem dulce. Pri. Eph. *Deprenſa eſt Fera.*

Sec. Eph. *Catuluſque.* Ter. *Proh ſax orbis!* Quar. O *mundi pudor!*

Pri. Eph. *Quæ te ſubegit furia, Cæſareum neci*

Vovere Numen? Tantus imperii fibras

Coquebat ardor? Cernis? Hoc Regis latus

Haurire ſica placuit? In fibras ago.

Sec. *Reſiſte. pœnam ſcelera graviorem petunt.*

SCENA VIII.

Ab iiſdem apud Imperatorem falsò accuſatus exilio primùm addicitur.

IMPERATOR, BARDUS, BASILIUS, STILBO, Theoctiſtus, Melindus, Famuli duo, Ephebi ſex, Satellites duo.

IMPERATOR.

ADeſte Proceres. Chalibis alliſi ſonus
Pulſavit aures. Ter. Ep. *Caſar, ô fœdum nefas!*
Imp. *Vnde hic tumultus?* Pri. Eph. *Nempe, ne prædo fugam*
Meditetur, enſe tegimus educto latus.
Cognoſce Iudex pariter ac vindex nefas,
Immane dirum, barbarum, horrendum nefas.
Imp. *Quid ſit, quod horres, pande; divulga ocyùs.*
Pri. Eph. *Si ſteterit animus, lingua ſi voces agat*
Stupore libera. Cernis excuſum ſtyge
Fatale telum? Dirus ut mucro riget?
Cadis miniſtram cernis horrendam tua,
Hac, hac (tremiſco facinus) in tuo foret
Dudum ſepulta ſanguine, atroces niſi
Fregiſſet animos, fida famulantûm manus.
Stil. *Horreſco monſtrum.* Imp. *Perge, & authorem indica.*
Eph *Vos ego, meorum chara ſociorum cohors,*
Invoco, profatu verba veraci loquar.
Theoctiſtus inſolentis admiſſi reus
Agitur, heroque geminus admôrat manum
Famulus, Imp. *Abactos lictor in cruces, age.*

Rap-

Raptentur. Fam. *Audi Caſar.* The. *Inſontes necas.*

Imp. *Perdantur inquam.* Uterq. Fam. *Stilbo.* Stil *Suſpenſos vores*

Styx, impiatos egon' ut auxilio tegam?

The. *O ſiſte Caſar ſanguine inſonti Deum,*

Teſtor, laceſſit. Pri. Eph. *Vane proh lingua pudor!*

Canis innocentes, dira quos culpa fides

Tibi ſociarat? Nunquid educto ſimul

Stetêre ferro monita dum cadis dares?

Sicamque nuper dexterâ elatam gerens,

Sic juſſa ferres? pectus hic Bardi petat,

Ille Manuelis: noſtra Caſareum manus

Iugulum reſolvet. Bar. *Dic, Ephebarum cohors,*

Audita fatur? Tert. Eph. *Teſtor audita eloqui.*

Sec. Eph. *Atteſtor eadem.* Quart. Eph. *Iuro.* Quint. Eph. *Conjuro* Sext. Eph. *Probo.*

Bar. *Bis ternus actum teſtis evincit nefas.*

Stil. *Quid teſtibus opus? Legite ſignatum ſcelus,*

Vel ipſa crimen cuſpis inciſum gerit.

Bar. IN CÆSAREM. *Proh lemma ſanguinea manus!*

Quò non furoris cogit imperii furor!

Quem lex tuendum, quemque natura monet

Fas omne: cui ſe vita, libertas, ſalus,

Speſque una regni credit, hunc uno paras

Ictu necare? Stil *Quo laceſſitus probro*

Cadem rependis, mentis ingrata ſequax?

Quem purpuranti genitor adſcripſit choro,

Ful-

Fulvaque gleba lucis ornavit domum;
Cui fræna regni, fræna pueriles dedit
Ævi regenda, ſic remetiris vicem!
O fœdus animi ſemper obliti ſitus!
Hoc ergo ferres dulce terrarum decus;
Hoc lumen avi, parque ſyderibus jubar,
Hunc oris ignem, frontis hanc ſacra nivem,
Hoc nobile Ducum germen, Imperii caput,
Merſiſſe fato? Quis gelat mentem ſilex?
Quæ pectus ara? Bas. *Quid, quod umbroſa Deum,*
Stygis, evocare doctus, ad frœnum Imperi,
Orco Magiſtro, tendit, & fraudis viam
Per ſpectra, perque ſcenicas Orci notas,
Didiciſſe viſus. Credis occultum ſcelus?
Cum me veneno, Cæſarem ſica, dolo
Abolere Bardum, Ditis edocuit cohors.
Imp. *Quòd ſi cruorem, cordis appeteret vapor,*
Sitisque cruda mentis, hauſiſſes meum,
Contentus uno ſcelere: Num geminum Imperi
Straviſſe columen decuit, & regni Duces,
Queis nixa rerum penitus incumbit ſalus?
Stil. *Nec meta Furiis. Theſſalo cantu potens,*
Extorſit axi fulmen, & ſævo tuum
Tuum Berillum, Cæſar incendit rogo.
O dira monſtri tela! Per famuli latus
Domini petebas viſcera. Et ne quis dolum
Occultet error, gemma conciliat fidem,
Deprenſa cœco gemma Theoctiſti lare.
Bar. *Raptum Berillo, nempe gemmarum decus,*
Geſtet Melindus, fraudis egregia comes.

The. *Sic multa ſcelerum larva Theoctiſtum gravat.*
Fulmen Berilli gemma regnandi furor,
Strigum ſuſurri, nudus in regem chalybs,
Fraudes, venenum, malle facinorum via.
Diffringe larvam Cæſar, & fictos ſuis
Vel ipſe radiis Phœbus abſterget dolos.
En teſte diſcors teſtis; Hic ferro ſcelus,
Alter veneno ſingit horrendum ſtrui.
Vterque vero diſcolor, neuter ſibi.
Furias per omnes dicor ad culmen vehi.
Figmentum Averni nota lex morum probat,
Cruenta famulus juſſa partitus feror:
Sica manus armâſſe, Cur veri fidem
Reus, Miniſtro teſte, tutari vetor?
Cur antè juſſi, cauſa quam patuit, mori?
„ *Prodit nocentem teſtis, inſontem tegit.*
Auguſte, ſcelera noſſe Theoctiſti expetis?
Quà fas, tuemur, crediti officii decus.
Dum Bardus aulam ſolus ad nutum regat:
Stilbo Senatum purpuret: Baccho diem,
Turpique Lunas ocio pubes agat;
Sum labis expers: hic reluctantem malis
Proruere ſævus ardet invidiæ labor.
Sed nil timemus. Rumpat impietas jecur,
Armet cruentas livor in cælum manus:
Stat animus æqui ſemper ac juſti tenax.
Tu, Cæſar, almi monita genitoris cape.
Verere Matrem; dumque par ſceptro manus,
Par ſubeat ætas, frænet imperium parens
Auguſta. Mic. *Nomen quid mihi exoſum occinis?*
Theodora nato jura dum ſceptri negat,

Per te cruenta Manas exitium parat.
Vici Novercam verus Alcides tamen.
Vici miniſtrum ſceleris. I Matri prior
Hac perfer ex me; linquat Auguſti lares:
Profugiat aulam: clauſtra Virginea domûs
Ingreſſa, latebris mandet æternis caput.
At tu, nefande prædo, naturæ ultimas
Morientis oras exul æternum cole.
Ferro piari meruit, & flammâ ſcelus:
Vitam parenti munus extincto damus.

Theo. *Cæſar, beâſti. Munus, haud pœnam reor,*
Dudum expetitam perfida ex aula fugam.
Mihi me redonas. Iuris aliquando mei,
Procul opibus, fumoque ſecuras agam
Sine nube luces. Alta ſylvarum ſequar.
Vnum rogabo, ſi quid extrema valent
Preces, Melindum ſerves, innocuum favor:
Tutare puerum. Spondet ingentem tuis
Adultus operam rebus. Haud alium fides,
Morumque culta decora meliorem ferent.
„ Fidus miniſter, certa Regnorum ſalus.

Mel. *O parce precibus, parce conſiliis Here.*
Ego, te fugato, limen ut Regum teram?
Quæ te relegat aula, perfidiæ lares,
Sedes malorum, cæca livoris domus,
Me teneat ultra? Potiùs æternum ſedet
Odiſſe, & aulam, & quidquid infido nimis
Fulgore ſpondet aula. Me comitem tua
Famulumque ſortis prende, ſum fœlix ſatis.

Mic. *Avehe procacem miles: incaceas age*
Vinctum latebras. Carcer audacem domet.

Mel. *Vis nulla Domino vellet hærentem meo,*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Non ferrum,& ignes. O parem famulo fugam
Permitte Caſar! Mic. *Miles, exporta ocyùs.*
Mel. *Abrumpe vitam potiùs; in partes ſeca.*
Quem nequeo vivus. Vmbra fugientẽ ſequar
Sed parce Princeps. Redde Theoctiſto ſuum.
O *redde puerum! Par duos rapiat via.*
Mic. *Abite monſtra. Par duos perdat via.*

SCENA IX.

Imperator ſuorum voluntate perſpectâ, in Theoctiſti cædem conſentit.

BARDUS, STILBO, IMPERATOR, BASILIUS, EPHEBI.

BARDUS.

P*Roh lenta nimiũ dextra! mulctatur fuga*
Phlegethonte dignum facinus? Stil. *Expectas, reor,*
Dum deſtinatum peragat inceptum redux.
Dum tela jugulis mergat. Imp *Ærũnas dabit*
Fuga lentiores. Bar. *Spatia vindictæ dabit,*
Bas. *Inermis, exul, nudus ulciſci queat?*
Bar. *Tempus regreſſum; tela fraus profugo feret.*
Dum carpit auras hoſtis, ulterem time.
Sti. *Quid mollis animum ſolvit ingentẽ timor?*
Quid mitis hoſti Cæſar indulges diem?
Quis perduellem tam levi preſſit manu?
Imp. *Placet ergo cædis pœna properata?* Bar. *Placet.*
Stil. *Placet. Probatur.* Imp. *Quis neci quadret locus?*
Stil. *Aulæ in receſſu. Matris in gremio cadat:*
Vbi dulce mulier pignus oculorum jubar,

Digitized by Google

Sceleris miniſtrum, cernat egregium doli
Tuliſſe pretium. Imp. *Matris in gremio? nefas!*
Mens ipſa ſceleris horret infandi modum.
Bar. *Matris cubili lictor egreſſum occupet.*
Bas. *Feriatur exul, patriâ, & regno procul,*
Vbi nemo cædis ultor in furias agat
Vulgus rebelle. Stil. *Cædis ultorem times?*
Bas. *Vulgi furorẽ timeo.* Stil. *Ne moveas, vide:*
Cui mollis ira, lentus in pœnam furor,
Bas. *Quid hoc Minerva Myſta? Ne moveas, vide.*
An me rebelles inter annumeras viros?
Bar. *Remur faventem, quiſquis exilii moram*
Indulget hoſti. Bas. *Pacis inimicum reor,*
Limen cruore quiſquis Auguſtum inquinat.
Bar. *O magna pacis fautor! Et patriæ pater!*
I, protege 1 hoſtem. Bas. *Tangor & furias premo?* — 1 Protrudit Baſilium.
Tu ſtatue Cæſar; quidquid edictas probo.
Imp. *Reſiſte Baſili.* Bar. *Pergat infauſto pede.*
Rumpantur ilia. Stil. *Frendeat, ſpumet, fremat.*
Quid lentus hæres Cæſar? Extingui jubes
Hoſtem ſub aulæ laribus? Imp. *Vndabit cruor.*
Stil. *Vndet, redundet. Paſcet aſpectum cruor,*
Quem parricida corde diſrupto vomit.
Imp. *Vt mæſta flebit Mater! ut caſum gemet!*
Bar. *Imbelle pectus! Degener animi timor!*
Regnare ſolus. Matris horrorem ſequi
Moliris animo ferre nec cæſi potes
Hoſtis cruorem? Matris & fletum fugit?
Age, vota comple, ſceptra ſi dignus geras.
Imp. *Vultis? lubet?* Bar. *Volumus, & ſi quid neges,*

Non ferrum, & ignes, O parem famulo fugam
Permitte Cæſar! Mic. *Miles, exporta ocyùs.*
Mel. *Abrumpe vitam potiùs; in partes ſeca.*
Quem nequeo vivus, Vmbra fugientē ſequar.
Sed parce Princeps. Redde Theoctiſto ſuum.
O redde puerum! Par duos rapiat via.
Mic. *Abite monſtra. Par duos perdat via.*

SCENA IX.

Imperator ſuorum voluntate perſpectâ, in Theoctiſti cædem conſentit.

BARDUS, STILBO, IMPERATOR, BASILIUS, EPHEBI.

BARDUS.

PRoh lenta nimiū dextra! mulctatur fuga
Phlegethonte dignum facinus? Stil. *Expectas, reor,*
Dum deſtinatum peragat inceptum redux.
Dum tela jugulis mergat. Imp *Ærūnas dabit*
Fuga lentiores. Bar. *Spatia vindictæ dabit.*
Bas. *Inermis, exul, nudus ulciſci queat?*
Bar. *Tempus regreſſum; tela fraus profugo feret.*
Dum carpit auras hoſtis, ulterem time.
Sti. *Quid mollis animum ſolvit ingentē timor?*
Quid mitis hoſti Cæſar indulges diem?
Quis perduellem tam levi preſſit manu?
Imp. *Placet ergo cædis pœna properata?* Bar. *Placet.*
Stil. *Placet. Probatur.* Imp. *Quis neci quadret locus?*
Stil. *Aula in receſſu. Matris in gremio cadat:*
Vbi dulce mulier pignus oculorum jubar,

Sce-

Sceleris miniſtrum, cernat egregium doli
Taliſſepretium. Imp. *Matris in gremio? nefas!*
Mens ipſa ſceleris horret infandi modum.
Bar. *Matris cubili lictor egreſſum occupet.*
Bas. *Feriatur exul, patriâ, & regno procul,*
Vbi nemo cadis ultor in furias agat
Vulgus rebelle. Stil. *Cadis ultorem times?*
Bas. *Vulgi furorē timeo.* Stil. *Ne moveas, vide:*
Cui mollis ira, lentus in pœnam furor,
Bas. *Quid hoc Minerva Myſta? Ne moveas, vide.*
An me rebelles inter annumeras viros?
Bar. *Remur faventem, quiſquis exilii moram*
Indulget hoſti. Bas. *Pacis inimicum reor,*
Limen cruore quiſquis Auguſtum inquinat.
Bar. *O magna pacis fautor! Et patriæ pater!*
I, protege 1 *hoſtem.* Bas. *Tangor & furias premo?* 1 Protrudit Baſilium.
Tu ſtatue Cæſar; quidquid edictas probo.
Imp. *Reſiſte Baſilii.* Bar. *Pergat infauſto pede,*
Rumpantur ilia. Stil. *Frendeat, ſpumet, fremat.*
Quid lentus hæres Cæſar? Extingui jubes
Hoſtem ſub aulæ laribus? Imp. *Vndabit cruor.*
Stil. *Vndet, redundet. Paſcit aſpectum cruor,*
Quem parricida corde diſrupto vomit.
Imp. *Vt mæſta flebit Mater! ut caſum gemet!*
Bar. *Imbelle pectus! Degener animi timor!*
Regnare ſolus. Matris horrorem ſequi
Moliris animo ferre nec caſi potes
Hoſtis cruorem? Matris & fletum fugis?
Age, vota comple, ſceptra ſi dignus geras.
Imp. *Vultus? lubetis?* Bar. *Volumus, & ſi quid neges,*

 Etiam

Etiam jubemus. Imp. *Vel meo jacent ſinu*
Peremptus hoſtis. Barde; quà voles, neca.
Omnes. *Io triumphe, Cæſar; æternum vige.*

CHORUS, vel Interludium.

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

Baſilius læſi abs ſe Theoctiſti dolore captus eundem vel ſervare, vel ulciſci cupit.

BASILIUS ſolus.

IGnave, ſegnis, totque poſt hoſtis probra
Adhuc inulte, pergis incaſſum Notos
Pulſare verbis? Decuit ultrices diis
Ciere furias. Ruere jam foſſus tuo
Debebat enſe Bardus, & mundum impio
Levare vultu, Ditis immerſus lacu.
Exſibilatus, pulſus infami manu,
Contemptus, Aulæ luſus, ut longum vager?
De me triumphet hoſtis, elata polos
Cervice feriens: nec pares tumido ferat
Pœnas furori? regnet? inſultet? tonet?
O lente in iras anime, vindictæ immemor!
Vbi priſcus ille jecoris irati furor?
Vbi Martis æſtus? Vbi gigantæo potens
Fulmine lacertus? Torpet? O pectus quate!
Quate robur; ictum dextera ingentem quate.
Ingrate Barde, cujus arbitrium meus
Peccavit enſis, ſanguine Eubuli rubens.
Peccavit, Aſtra parcite. Inſontem neci
Potui dediſſe; fata niſi virum tegant.
Hæc premia refers? Perfido impulſu fugas
Præceps amicum? Sed quid ingratis diem
Tero querelis? Fateor, emerui probrum,

Merui

Digitized by Google

Merui repulſam, ſibila, irriſum, iocos:
Qui ſydus aulæ, columen Aſtreæ, decus
Virtutis, egi voce mendaci reum.
Ego immerentem perdidi: Ego cædem viro,
Stilbontis aſtu (vana niſi mentis fides)
Captus creavi, fraudis infandæ comes.
Ignoſce cælum. Mentis incautæ piget,
O ſi qua mortis reſtet arcendæ via:
Ne pereat inſons! Ibo. Dat virrs dolor.
Audace quiſquis tendit in virum dolo.
Nece occupetur. Enſe nudato ſeges
Stet ferrea licèt, ibo, quà denſo globus
Horreſcit are. Quò tamen propero furens?
Si cadimus ambo: victa ſi virtus gemat.
Quid ſanguis unà ſparſus efficiet meus?
Vbi cadis ultor? Cautiùs eundem reor.
Dum vota per ſuprema Theodoram pius
Affatur; hoſtis fata Theocti:ſto parat,
Hic ergo certum figo ſeductus gradum,
Aut ultor, aut defenſor. Imparibus manum
Niſi cogat armis Bardus, arcebo nefas.
Sin victa vi ſpes fallat, ulciſcar nefas,

SCENA II.

Bardi ac Stilbontis opera, ſpectante Janne, in aula occiditur Theoctiſtus.

JANNES, BASILIUS, BARDUS, STILBO, Miſander, Sicarius, Milites, Methodius, Theoctiſtus, Genii.

JANNES.

IPhœbe, propera. Conde radiatum caput,
Nil lucis opus, Obſcæna tenebrarum toga
Abominando conſcia facinori placet.

Palleſcat æther. Ora gens ſuperum tege.
Alios repoſco criminis teſtes mei.
Vos, quibus Averni vulgus in pœnas patet,
Peruſta flammis turba, vitiorum ſatrix,
Teſtes adeſte. Tuque cui cordi cruor,
Ducumque ſtrages, proximum Diti caput,
Erumpe peſtis. Vel tuo dignum ſinu
Spectabis 1 *orſum. Fallor? Ad nutum volant.*
Hinc intuebor cædis optatæ modum.

1 Hic erũpunt è latebris Genii ſex Aulam infeſtantes, & ſcenam hinc inde occupant.

Ba. *Agite:* 2 *tremendos arma fulgores vomant.*
Servate limen. Quiſquis auxilio ſubit,
Hoſtis, an amicus, enſe fulmineo ruat.
Faceſſat omne gentis, ac trabeæ procul
Diſcrimen. Ipſe ſi moram rebus paret
Cæſar, petatur: Bardus immanes dabit.
Bas. *O perduellem !* Bar. *Cœpta ſi votis fluant;*
Opulenta pretio dona penſabunt fidem.

2 Ducit milites, & per ſcenã diſponit.

Stil *Excuſſus antro prodit Auguſtæ favor,*
Sternenda telis præda. Bar. *Percuſſor ubinam?*
Stil. *Adeſt, cruore paſtus humano Popa.*
Ferale monſtrum Ditis effigiem vide.
An non Averni ſpecimen oſtentat Iovi?
Bar. *Immanè ſpirat cruda majeſtas viri.*
Mis *Quis me cruento poſcit officio?* Bar. *Vales,*
Amice? Mis. *Valeo.* Bar. *Pectoris magni fibras*
Tentare ferro! Mis. *Cordis Herculei fibras*
Lacerare ferro. Siſte centimanos mihi
Coram gigantes: Siſte centauros truces,
Hac una perdet cuſpis. Stil. *Heroas quoque.*

Factis

Factiſque grandes mentis innocua viros?
Mis. *Vel loveprofectos, generis atherei viros,*
Par innocentes cuſpis, & ſontes facit.
Bar. *Ergo age, pavorem pone.* Mis. *Quem longus fugat*
Cruoris uſus. Bar. *Caucaſo pranet ſinus.*
Mis. *Scylla, & Charybdi pranat, & Dite, & Chao.*
Bar. *Intende dextram.* Mis. *Victimam adduci jube.*
Pendet lacertus. Bar. *Referet egreſſus pedem.*
Subſiſte promptus. Mis. *Advenit 1 ferrum imprimam.* 1 Prodit Methodius.
Bar *Erras Morare. Nemo praclufit fores?*
Jan. *Mala venienti peſtis occludat fores.*
Bar. *Quis huc citatum caſus, Antiſtes, vehit?*
Met. *Si fas, locuſque, pauca Theoctiſto loquar.*
Bar *Secretus hortum, credo, Caſareum terit*
Aditus pateſcit. Met. *Arma quid ſtricta emicant?*
Quiſquamne placidum vexat imperii ſtatum?
Bar. *Fugnas Miniſtri Marte ludenti cient.*
Met. *Praſagus iras animus, haud ludum timet.*
Bar. 2 *Inauſpicatos effer actutum gradus.* 2 Seorſim.
Tuere Stilbo januam: intrantes fuga 3 — 3 Exit Methodius.
Stil. *Fatum ſubibit, quiſquis ingreſſum jubit.*
The. *Tandem ſuperbos fugio damnatus lares.*
O ter quaterque fauſta, qua fugio, dies!
Proſcriptus aulam fugio. 4 *Mercedem ſuis* 4 Prodit Theoctiſtus.
Hanc illa famulis pendit. I nunc & vagam
Anhelus ambi ſortis excelſa rotam.
Vel ſis tamen fugiſſe fumoſos juvat

Regum penates. Vos ego Superûm genus,
Melioris aulæ decora ſyderei Duces,
Teſtor, paluſtrem ſemper optavi caſam,
Vbi ſpem ſupra, metumque ſecurus Deo
Vota numerarem. Vota firmavit Deus.
Portum procella, patriam reddet fuga.
Veniet vel ipſo dulcis exilio quies.
Tibi ſumme rerum Genitor immenſas fero
Laudes, precatus, quidquid Auguſto mali
Impendet, orbem quidquid Eoum gravat,
Mecum, in remotos exulet mundi ſinus.

1 Sicarius tremit in ipſo aggreſſu.

Bar. *Aggredere.* Mis. *Dextram vicit* 1 *hærentem pavor.*
Theo. *O quando votis fauſta lucebit dies!*
O ſi! Stil. *Iuvemus tela; jungamus manum.*
Theo. *O quæ per artus flamma concuſſos volat!*
Quò, quò pater cæleſtis exitum vocas?
Ab aula in aulam? Venio. Bar. *Reſeramus viam.*

2 Intra ſcenam fit cædes.

Stil. *Diſrumpe* 2 *fibras. Sterne Tartareum caput.*
Bas. *Cohibete furias. O nefas!* Bar. *Actum eſt. Habet.*

3 Baſilius ſerò ſuccurrit.

The. 3 *Ieſu!* Bas. *Labeſcis chara ſyderibus pugil?*
Theoctiſte moreris? Parce Baſilio. Theo. *Deus.* 4

4 Apertâ ſcenâ viſitur proſtratus.

Bas. *Eheu! Peremptum dura compoſuit quies.*
Moriere inultus? Stilbe jungatur comes.

SCENA

SCENA III.

Jannes cum fratre Arſavero de Theoctiſto cæſo ſibi gratulatus, œſtro percutitur; ac deinde per aërem abripitur.

JANNES, ARSAVERUS.

JANNES.

BEnè eſt. Ars. *Beatè eſt.* Jan. *Proſperè, ex animo jatu.*
Pars nulla fraudis periit. Explevi ſcelus.
O Plauſus, ô triumphus! O felix dies!
I nunc, ſuperbe, disjice tiaram comis,
Theoctiſte 1 *pedibus ſubdere terendus meis.*
Iam te triumphabundus extinctum premo. 1 Imponit pedem cadaveri.
Iam probra paſſum, jam ſuperbificopedem
Noviſſe ſolio, mille jam preſſum malis
Iuvat eſſe Iannem. Quàm tenet oculos cruor?
Ars. *Quàm ſatiat iras?* Jan. *Iam juvat nigro Stygis*
Voviſſe Domino *pectus, & voti fidem*
Sanxiſſe ad aras ſanguine humano ebrias.
Iuvat impiâſſe cæde puerorum domos:
Orbâſſe matres prole, mentito lupum
Ore ſimulâſſe, perque triviorum angulos
Expleſſe dapibus carnis humanæ, famem.
Theoctiſte pedibus ſubdere terendus meis.
Iam te triumphabundus extinctum premo.
O plauſus! Ars. *O triumphus!* Jan. *O felix dies!*
Tibi, furve Manium arbiter, laudes fero.
Exolvo vota. Repete promiſſi fidem.
Animam fibris abrumpe Si fati via
Nondum terenda eſt; corpus interea obſide.

Fit quaſi mugitus ſubterraneus.

En laxus avidum præbet hoſpitium ſinus.
Irrumpe Plute, pectus obſeſſum tene.
Tum me per auras turbine abruptum vehe,
Quò ſe catervis magica conglomerat cohors,

1 Jannes ab inſidente dæmone in geſtus mirabiles agitur.

Illic perenni thure te colam Deum
Audimur. Imò ſonuit è mundo fragor. 2
Afflamur. Inſtat Numen inferni Iovis.
Ars. *Silet repentè frater.* 1 *Excuſſos tremor*
Prætentat artus Igneo vultu truces
Rotantur oculi. Spatia diffundit latus,
Aperitque grandi pectus hoſpitium Deo.
Excepit altè numen, & totam Iovi

2 Jannes impos ſui Arſaverum pro Theoctiſto tentat ſuffocare Verberat.

Patefecit aulam; jamque vix tanti capax
Rectoris, animum pariter ac regimen ſui
Tradit tyranno. Fauce luctantur ſoni.
Meditatur aliquid murmur inveniet viam.
Jan. *Diſſiluit* 2 *Orcus patuit umbrarũ palus.*
Per vacua Ditis regna per manes feror.
Quænam iſta torvis Vmbra luminibus hians?
Theoctiſtus? Hoſtem vel ſub inferna ſtyge
Vlciſcar implacatus. Age, pœnas lue

3 Jannes repentè cadit tanquã mortuꝰ, mox fratre egreſſo redit ad ſe, & curru aëreo à Serpenti-

Vmbra ſcelerata, ſortis exitium meæ.
Ars *Abſiſte Iannes fratris in jugulum ruis.*
Jan. *Iam noſtra pateris regna, depulſus tuo,*
Huc flagra furiæ: Volvat huc phlegethõ rogos.
Huc omne monſtrũ Ditis. Huc quidquid mali
Erebo ſublimo eſt. Ar. *Frater. O cohibe manus!*
Jan. *Etiam minaris umbra deteſtabilis?*
Geminentur ictus. Perſtet æternum dolor.
Ar. *Miſerere Pluto.* 3 *Cecidit & fracta ſopor*
Succedit ira. Teneat obſeſſeſſum quies;
Dum, qui per artus errat, excutiat Deum.
Ja. *Iam ſiſte furias Pluto: Lymphatum eſt ſatis.*

Adeſte

Adeſte, adeſte ſæva flammipedum cohors,
Secare celſos nubium tractus libet.
Properate currus. Siſtitis? Erebi pater
Agnoſco murmur. Eja fulmineo viam
Findite volatu, videor. Ocyus, ocyus.

bus vel equis igneis tracto abripitur.

SCENA IV.

Melindus omnibus jam ad iter comparatis, dum Theoctiſtum in condicto loco præſtolatur, incidit in ejuſdem cadaver.

MELINDUS ſolus.

O Ter 1 beatam rebus è vanis fugam,
Excutimus aulam. Fucus, & fumus procul.
Procul abſit aurum. Læta pauperies placet.
Hæc me beabit exulem curis toga:
Deſerta rerum, ſola terrarum peto:
Opeſque mecum profugus immenſas fero:
Theoctiſti amorem: Stante quo, fœlix mihi
Semper nitebit, orbe vel fracto, dies.
Te, care Princeps, aſtra tutentur, nihil
Precabor ultra. Cur tamen moras trahit?
Hunc ferre properos juſſit in locum gradus.
„ Cui facilis Aulam patuit intranti via,
„ Exire lentum eſt: Numquid acciderit mali,
Intus reviſam. Sanguis inſternit ſolum.
Omen tremiſco. Fallor? An ſuo natans
Cruore jacet hic aliquis? O caſum! O ſcelus!
Theoctiſtus? O me perditum! O procerum dolos!
Theoctiſtus, Aulæ magna mens, Regum jubar,
Tu tamen orbis, gentis Eoæ decus,
Terror nocentum, forte præſidium bonis,
Jacet peremptus? Dira livoris manus!

1 In habitu Eremitico, quærens, ſeu expectans Dominũ ſuum Theoctiſtum in loco condicto,

Hue

Huc ſpes Melindi rediit? Huc placidi tenor
Speratus ævi? Dulcis huc rerum fuga?
Beata ſylvis ocia? O ſortem aſperam!
Theoctiſte Princeps, unica Melindi ſalus,
Pars prima noſtri, moreris & ſolum fugax
Linquis Melindum? Solus in luctus miſer
Fugiente te relinquor? O tecum igneas
Subire ſedes liceat, ut ſi quid mei
Poſt te ſuperſit, ſorte tibi jungam pari.
Ferale [1] telum! Mucro maleſauſta manus!
Sæva miniſter artis! O potiùs meum,
Meum execranda cuſpis hauſiſſes latus.

[1] Sicam reliquerat carnifex, quam arripit Melindus.

SCENA V.

Stilbo, cogente Baſilio, fraudes aperit, & tantùm non occiditur.

BASILIUS, MELINDUS, STILBO.

BASILIUS.

T*Ela huc [2] Melinde: meliùs huc furias age.*
Fas eſt in iſtum, quidquid eſt in te nefas.
Hic ille fandi fictor, hic fraudum parens,
Cujus profano chalybe confoſſus jacet,
Quem flemus omnes. Hujus in fibras preme
Animoſus enſem. MEL. *Dire, crudelis, ferox,*
Quis innocentis egit in cædem furor?
En paſce viſus, paſce ſanguineam ſitim.
Agnoſcis atrox dextera exemplum tuæ?
Agnoſcis! O te robore æterno ſatum!
Hoc ergo fidei pignus, hoc legum jubar
Abolere poteras? Pactus hoc juſti tenax,
Illime, caſtum mentis innocua larem
Fœdare ferro? Dulce cælituum decus
Theoctiſte! Si quis ſpiret in venis calor,
Exurge vindex, Hoſtis en ſpirat tuus.

[2] Trahit per collũ Stilbontẽ.

Nil

Nil ſuperat anima. He! ſpiritum exhauſit tibi
Hic parricida, carnifex, lanio, tigris,
Harpyia, vultur. Bas. *Digna ſceleribus dabis*
Supplicia caſus. Manibus functi ducis
Stat immolare capitis inferias tui.
Stil. *Miſerere Baſili.* Bas. *Serus in preces venis.*
Stil. *Premis innocentem.* Bas. *Tam fera artificem necis?*
Sti. *Promeruit:* Bas. *Vnde?* Stil. *Caſari exitium ſtruens.*
Bas. *O lingua mendax! Fraudis autorem refer,*
Vel tundo pectus. Stil. *Iannis adjutus manu,*
Bardique ſancto crimen affinxi viro.
Bas. *Dira miniſter fraudis, exactor mali,*
1 Stil. *parce.* Bas. *Pœnas ſceleris æternas lue.* 1
Stil. *O 1 plaga! pereo, intereo, Proh regni fidem!* Dum percutitur, vi ſe proripit.

SCENA VI.

Turbatur aula, Theoctiſti cognitâ innocentiâ: Imperator à Methodio reprehenſus, abjicit curam Imperii.

BARDUS, MELINDUS, BASILIUS, MICHAEL Imperator, METHODIUS, EPHEBI, LICTORES.

BARDUS.

Cohibete 1 ferrum. Ba. *Quiſquis accurrit, cadat.* 1 Pugnant Bardus & Baſilius.
Bar. *Cedite rebelles.* Bas. *Cadis hortator peri.*
Vrge Melinde latera; Vir virum premat.
Mic. *Ceſſate 2 proceres. Lictor in medios rue.* 2 Prodit feſtinus.
Quis his tumultu ſævit audaci furor?
An Martis iras Aula ſanguinei ferit?

Proce-

Proceres iniquo colitis obſequio ducem:
Diſcite virilis fræna dominatus pati,
Abſceſſit aula mulier. Imperio premit
Auguſtus orbem. Ferre conſortes negat:
Teſtor Tonantem, mortis emeruit vicem,
Quiſquis penates, enſe violârit meos.
Bar. *Tamen cruore pateris inſonti lares*
Latè rubenſes. Mel *Nempe Theoctiſti cruor*
Latè rubeſcit. Ba. *Stilbo* Mi. *Quid paſſus mali?*
Bar. *Stilbo juventæ rector ac præſes tuæ.*
Mic *Num cecidit?* Bar. *Amne tecta ſanguineo lavat,*
Imp. *Perêptus?* Bar *Ictu caſus immani caput.*
Quem fata letho ſi qua ſervatum velint,
Texi cadentem; fata ſi letho premant,
Cædis miniſtros cernis. Hæc ferri minas
Conſcivit ira. Mi. *Stilbo: dux animi? ô nefas!*
Violatus enſe? decuit Auguſti priùs,
Ferire jugulum Teſtor infernum chaos,
Vlciſcar auſum. Me. *Frange meditatos parum*
Animi tumultus Cæſar. In pias dolor
Exarſit iras. Cecidit heu! preſſus dolo
Firmamen aulæ cecidit. Vltrices time
Flammas Olympi Barde. Te ſanguis reum;
Te ſanguis iſte poſcit in pœnas, vides? 1

1 Oſtendit cadaver Theocti-ſti.

Bas. *Vides nefandum cædis indicium tuæ?*
Bar. *Video rebellem, perfidum, exitio datum.*
Bas. *Tuâ interemptum fraude.* Ba *Flagitio ſuo.*
Bas *Vindicta Cæſar (te veri arbitrum*
Imploro Titan) Stilbo confecit ſcelus,
Iannis veneno pariter, ac Bardi manu
provectus: Inſons fata Theoctiſtus refert.
Hac ante fatus Stilbo corripuit fugam.

Imp.

Im *Diſcede tellus.* Bas. *Meq́ diſtractum vora,*
Niſi falſa fingat. Imp *O ferax mali dies!*
Sic imperatur. Ira, diſſidium, doli,
Duella, rixa, ſanguis, exitia, neces,
Regnum auſpicantur? Regia? tumultu quies:
Caſarea tantis etia fatiſcunt malis:
Hic interemptum fraude Theoctiſtum gemit:
Stilbontes ille queritur inciſum latus;
Hunc jure caſum, jure violatum alterum:
Hinc clamor, illinc gemitus affirmant pares.
His ut ſequeſter litibus Cæſar facem?
Poſitoque luſu tot gravem curis caput?
Ruat orbis ante: terra laxatis hiet
Viſceribus: igne mundus inferno flagret:
Perdantur omnia. Met. *Vota diſperdat Notus.*
Quo Cæſar æſtu raperis, & cæli minas
Vltro laceſſis? Rere ſopitum Deum?
Pulſumve mundo Numen? Errorem fuge.
Stat ille culpatæ teſtis ac vindex tuæ,
Vel Regibus tremenda flammarum vibrans
Ab axe tela Cæſar, hic juſti cruor,
O quàm timendos mittit in cælum ſonos,
Pœnas repoſcens! Columen imperii jacet:
Expulſa Mater: quaſſa Chriſtiadûm eſt ſalus:
Aula vitiata. Imp. *Bardus extorſit nefas.*
Mel. *Bardusq́ quondam ſolvet extortum ne-*
fas.
Quid mitem in iras, Barde ſollicitas Deum,
Deum cruoris vindicem inſontis? Cave.
Sanguine piatur ſanguis, & cædes nece.
Placate cælum, quotque ſub guttis madet
Cruenta tellus, tot genas lacrymæ rigent.
Imp. *Sto, Regno, Spiro, Patior? æternùm exe-*
cror *Mihi*

Mihi qui ſuperbi nomen impoſuit Ducis,
Abjicit inſignia. *Abite regni decora, curarum cohors,*
Abite ſceptrum, ſtemma, purpurea chlamys.
Quem fert libido, regnet. In luſus agor.
Praite, votis apta gens, pueri, meis,
Praite Ephebi. Tempus ad choreas vocat.
Conſorte Bardo ſceptra Baſilius regat.

SCENA ULTIMA.

Bardus conſcientiæ furiis agitatur.

BARDUS. UMBRA THEOCTISTI.

Conſorte Bardo ſceptra Baſilius regat?
Quæ ſtryx, quis aures bubo malefauſtus
Conſorte Bardo ſceptra Baſilius regat? (ferit?
Vnde hoc malignis carmen inſonuit modis?
Hæc Caſar? abſit. Oris incerti ſonos
Aliunde vexit aura. Me Caſar colit,
Amat, veretur, ſolus ad ſceptrum vocor
Conſortis exors. Me Theoctiſti cruor,
Cruor ille caſti cordis ad regnum vehit.
Necdum triumpho Caſar? imperio ſcelus
Si pretia ſtatuit, ſcelere promerui meo.
Ego fraude proceres, cade regalem domum,
Vrbem tumultu, ſcelere violavi polum,
Nec regno ſolus? Quippe Baſilius parem
Sortitus apicem, frana molitur comes.
Baſilius imo plebis extractus grege;
Baſilius hoſtis. O probrum! O Bardi pudor!
Huc ſanguis iſte rediit? Huc fraudum labor?
Diſrumpor invidendo: diſrumpor. Fibras
Populatur intus livor. Inſanus feror
Caſar petatur: enſe Baſilius cadat:
Quatiatur Aula, tota cum domibus ruat
Vrbs concremata. Vindices poſco faces.

Umbra Theo. *Sanguis* 1 *piatur ſanguine, & cædes nece.* (Deus?
Bar. *Qua vox, quis umbra terret horribili*
Sanguis piatur ſanguine, & cædes nece?
Cujus piatur ſanguine, & cujus nece?
Umbra Theo. *Bardi piatur* 2 *ſanguine, & Bardi nece.*
Bar. *Mentiris, ore quiſquis inviſo tonas:*
Mentiris umbra cæca: Nec Bardi nece,
Nec expiatur ſanguine admiſſum ſcelus.
Vel te fremente, Bardus extentum trahet
Beatus ævum. Fata componet ſenex.
Lugubre 3 *ſpectrum! Fallor? an ab orco redux,*
Theoctiſtus umbra terret: & manu vocat?
Faceſſe monſtrum: Quid reluctantem 4 *vocas?*
Sic vana mentem ludit in ſomno fides.
Simulacra miris Morpheus fingit modis;
Ægrumque ſpectris fallit. Excluſus diem,
Ubi ſopor animo retulit: exangues homo
Ridet figuras, ſeque reſtituit ſibi
Conſorte Bardo Sceptra Baſilius regat?
Pergin' 5 *vocare, Dux avernalis? Procul,*
Procul hinc. Vocantem promptus ut Furiam ſequar?
Deteſtor umbras, horreo, averſor, fugio.
I, 6 *Deſtinatas repete Dirarum domus.*
Nos Aula ſuperûm: te vocat ſontum chaos.
Aliud capeſſam foribus averſis iter.
Adhuc recurſas, 7 *meque ferali cies*
Nutu, manuque? Tendis incaſſum 1 *prius*
Radice ab ima Caucaſum avulſum trahet.
Hâc ire certum eſt. 2 *Omnibus furiam locis*
Obtrudit orcus. pertinax vocat manus.

1 Nondum apparet Umbra.
2 Adhuc latens.
3 Hic apparet Theoctiſtus, nihil dicẽs, ſed uſque ad finem manu tãtùm ac nutu vocans ad ſe Bardum, renuentẽ quidem ſequi, ſed non valẽtem non ſequi.
4 Evaneſcit
5 Apparet.
6 Evaneſcit
7 Apparet.

1 Evaneſcit, 2 Apparet.

Trahit

Trahit abnuentem cæca vis: qualis ratem
Abſorbet æſtu Scylla fugientem ſequi.
O turpis umbra, furva Monſtrorum ſoror?
Nuta, renuta: ſuccute in partes caput,
3 *Dextram fatiga: ſiſte, 3 quà gradior, viam:*
Evaneſcit *Repetes avernum ſola. Stat nunquam ſequi,*
Non ſi per ævum capite concuſſo voces.
4 *Heu triſte ſpectrum! 5 Pervicax monſtri genus!*
Apparet.
Hæc fata Bardi, vivat ut ſtygiis miſer
Afflixus umbris? Nec recurſantes queat
Excutere larvas? Quid caput nutu quatis?
Quò dextra cogit? méne Tartareâ manu
Vivum videntem Ditis ad forum trahi?
Non ibo. Cautis inſtar æterno ſitu
Fixus rigeſcam Cuncta Furiarum cohors,
Gens tota lemurum: totus umbrarum furor
Nuſquam movebunt. Rapior invitus tamen,
Quæ peſtis artus? Membra quis Erebi domat:
Genius? Coacto luctor antrorſum gradu:
Alta retractum ſorbet in latebras via,
Quò me laceſſit umbra, vel nolens feror,
Hæc meta rerum? mentis hoc tumidæ lucrum?
Damnatus umbris Sorte nec Superûm fruar,
Nec inferorum Medius errabo, mala
Vtrinque paſſus. Inferos mecum feram,
Superos fugabo frontis attonitæ notis:
Hinc horror, illinc lucis inviſæ pudor:
O gravior orco vita! proh caſſus labor!
I nunc, & altam ſequere fortunæ vicem!
Prenſa cacumen celſus, & Regum ardua
Per fas nefaſque ſceptra violentus pete.
Aulæ ſequutus præmia, hanc umbram tuli.

VITUS,
SIVE
CHRISTIANA FORTITUDO.
TRAGOEDIA.

ARGUMENTUM.

TEnebatur malo genio Valerius Diocletiani Imperatoris filius, & miſerum in modum vexabatur. Remediis omnibus ad eum ſublevandum fruſtra tentatis: Juſſu Imperatoris Romam accerſitur ex Lucania. Vitus, puer Chriſtianus, quatuordecim duntaxat annos natus, miraculis per ea tempora clariſſimus. Is virtute divinâ malum genium expellit: eoque miraculo Diocletianum mirificè capit. Sed cùm neque ingentibus promiſſis, neque terroribus ullis à Chriſto abduci poſſet: ubi jam plumbum liquefactum, & leonem ferociſſimum viciſſet, juſſus eſt ad mortem uſque in equuleo torqueri. Inde tamen per Angelum ereptus, ac loco, unde venerat, reſtitutus, ſuaviſſimè diem clauſit extremum. *Surius, Baronius in Martyrolog. &c.*

PERSO-

PERSONÆ.

VITUS, puer Chriſtianus, 14 annorum.
MODESTUS, Viti comes & inſtitutor.
HYLAS, Nobilis Siculus, Viti pater.
PAPINUS, Hylæ famulus.
DIOCLETIANUS Imperator.
VALERIUS, Diocletiani filius.
URBANUS Archiflamen.
LUPUS, Aulicus.
FIRMUS, Aulicus.
VARRO, Tribunus Militum.
OTHO, Ephebus.
PULCHERELLUS, Ephebus.
Præfectus carceris.
Duo Subcuſtodes.
CHRISTUS quaſi duodennis.
Chorus Angelicus.
LICTORES.

Geneſius Hiſtrio.
Prologus.
Mercurius,
Apollo,
Æſculapius,
Machaon,
Pæon,
Chiron,
Melampus,
Sacerdos fictè Chriſtianus,
} Grex Hiſtrionum.

Duo veri Angeli.

ACTUS

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

Hylas Viti pater orbem circumiens, ut Filium jamdiu amiſſum quærat, tandem Romam defertur.

HYLAS ſolus.

QVouſque curſu feſſus æterno, tuos
Sequar jugales, Phœbe: nec vagus modū
Sortitur error? Semper amiſſum parens
Natum requiram? ſemper alienos teram
Quærendo ſilices? Nullus errantem locus,
Nato reperto, nulla ſuſcipiet quies?
O ſortem acerbam. Clara biſſenos tulit
Cynthia labores, annuum evolvens iter:
Ex quo; ſenili fraude deluſus, patrem
Fugiens fefellit natus, & charam ſoli 1 Intelligit Modeſtū.
Natalis auram liquit. Ereptum parens
Dudum per omnes profugus exquiro plagas.
Sic illa quondam frugis inventa parens,
Tremula coruſcam præferens dextrâ facem,
Luſtravit orbem, pignus ab ſtygio Iove
Quærens ademptum, Sorte quam fauſta Ceres!
Haud longus error, pignus ut reperit ſuum.
At me perennis urget errantem labor,
Luctus perennis: cùmque variato fluant
Omnia tenore, nec ſua cælum vices
Recuſet, idem ſemper infauſtum tenet
Mœror parentem. Sive purpuream vehat
Aurora lucem: ſive nox furvo tegat
Pallore mundum; cura ne mordax edit:
Diemque nox infeſtat, & noctem dies.
Quæ fata me? Quis avibus infauſtis Hymen

Ad conjugales egit incautum faces?
„ Quiſquis parentis nomen infelix gerit,
„ A ſe receſſit. Vivit in ſobole pater.
„ Moriturque, quoties prolibus mortem timet.
Ex quo vel unam læva genitori dedit
Natura prolem: luctus æternum tenet.
Subire curæ: ſpes: metus: lacryma, dolor.
Nec meta rebus ulla ſollicitis, ſtetit.
Proh fœda ſecta dira Chriſtiadûm lues!
Gens ſæva, & aſtu docta, Theſſalico patres
Orbare natis! Gnate, quis te nunc locus,
Quæve orbis ora, patrio avulſum ſinu
Retinet? Caverna clauſus umbroſa lates
Terrore cædis? Cæſar an vindex tuo
Luſit cruore? Membra pervaſit pavor.
Forſan cruento caſus edicto jacet.
Dii, quos vetuſto Roma dominatrix colit
Saxo locatos, tuque ſiderei potens
Regina Olympi Iuno, Geniali toro
Quæ præſides, tuque alma terrarum ſatrix.
Ceres alma, precibus vota ſupplicibus fero,
Favete dextri, ſoſpitet natum ſalus.

SCENA II.

Nunciatur Hylæ, Vitum jam jam ad Cæſarem deduci.

PAPINUS Famulus, HYLAS.

PAPINUS.

O *Fauſta ſemper juſſa famulatus mei,*
Hyla beamur. Hyl *Vivit?* Pap. *Et ſuperas bibit*
Incolumis auras Hyl. *Vitus?* Pap. *Haud alius.*
Hyl. *Bibit.*

Con-

Conſpectus uſquam? Pap. *Viſus his oculis puer;*
Spirans amores ore divino puer.
Hyl. *Dii, quæ voluptas? Quæ per arcanos micat*
Lætitia ſenſus? Fare, quis natum locus?
Quæ ſors reſervat? Pap. *Militum obſeſſus manu,*
Iam jam ſuperbos ſcandit Auguſti lares.
Hyl. *Cor pepulit horror. Miles ad Regem trahit?*
Actum eſt. Peribit. Notus Auguſti furor
In Chriſtianos Pap. *Cæſar in puerum furet?*
Hyl. *Peroſa divos nulla perniciem ſugit*
Ætas, atroci Vitus occumbet manu.
Heu ſæva nimium fata! proh caſum gravem!
Huc ſpes parentis? Huc tot errorum labor,
Gnati ut cruentum ſpectet exitium ſui?
Pap. *Ne metue. Natum pulchra tutatur ſalus.*
Sit Cæſar urſo, tygre, ſit ſcopulo ſatus,
Totasque Ditis geſtet in ſinu faces,
Vomat ore furias, ſpargat ex oculis neces:
Mulcebit iras fronte ſyderea puer.
Hyl. *Cui parcet ille?* Pap. *Cujus egregio nequit,*
Non ore, non ætate, non ſuadâ capi.
Fortuna Vitum, qua volet, præceps trahat,
Perrumpet aditum victor, & fati viam
Nactus faventem; ſtatuet in portu ratem.
Hyl. *Malâ cauſa pueri eſt, Numina exoſi:* Pap. *Bonam.*
Reddet venuſtas major, & pulchre fluens
„ *Ab ore virtus: Sæpè quem ratio nequit;*
„ *Cauſam tuetur forma. Quid vis obtinet*

„ *Litem pererans, dulcis in puero decor.*

Hyl. *Hac ſpe. ſed ecce præco Cæſareus novi*
Evulgat aliquid. Aure captemus ſonos.

SCENA III.

Chriſtianus quidam, ſpectante Hyla, Diocletiani contra Chriſtianos edictum, publicè lacerat.

PRÆCO, CHRISTIANUS aliquis, HYLAS, PAPINUS.

PRÆCO.

AVdite populi, quoſque dominatrix alit
Romana tellus, quosq; ſub gemino vides
Sol axe, leges Roma quò mittit ſuas,
Hoc Cæſar orbi ſancit edictum pius.
Quiſquis 1 *tabernas emptor, aut forum ſubit,* — 1 Legit ex charta edictum.
Niſi Diis honorem libet, exportet nihil.
Nil coëmat ære. Sæva Chriſtiadas fames
Abſumat, igne pariter ac lympha procul.
Hoſtes Deorum nemo ſeu laribus tegat,
Seu rerum egenos opibus aut victu levet.
Everſa ab imo templa cum ſignis ruant.
Perdantur aræ. Flamma congeſtos voret
In buſta libros. [illegible] *à tergo manus,*
Chriſti Sacerdos omnis, ad Sacros Deûm
Trahatur ignes. Thure niſi Iovem colat,
Pereat per omnes tortus exitii modos,
Æterna reliquum ſervitus gregem premat.
Hoc Cæſar orbi ſancit edictum pius.
Qui juſſa temnet, Cæſaris læſi reus,
Horrenda per ſupplicia contemptum luet.

Chri. *Proh fœda juſſa! Dira lex! Odium ferox!*
Pereant 2 *tabellæ. Mille per partes eant* — 2 Lacerat in mille partes edictum.

Inimica

Inimica cælo folia: crudeles nota.
I Praco Ditis, facinus Auguſto refer.
Narra Tyranno, poſt tot immanis fera
Truculenta juſſa, poſtque tot crudi vias
Lethi Catastas, verbera, equuleos, cruces,
Supereſſe, qui feralis edictum Popa
Diſcerpat, ac proculcet, & Chriſti decus
Nomenque, flexo pronus; è genu colat. — & pedibus proculcat. Flectit genua.
Præ. *Vadit furenti ſimilis. At Regi manus*
Quis eſſe longas neſcit? Auguſtum peto.
Hyl. *Everſa ſpes eſt. Creſcit auguriis pavor;*
Edicta Regum, praco, Chriſtiada furor
„*Omnia parentem territant.* Pap. *Fruſtra timet.*
„*Cui ſpes adempta. Preſſus ingenti malo,*
„*Extrema tentet, Sæpe qui ſperat nihil,*
„*Audendo retulit, unde ſpes altas gerat.*
„*Praverte caſus dexter. Incipinum occupet*
„*Si forte turbo rebus ambiguis manum*
„*Animosque fortis junge. Fortunam Deus*
Adjiciet ultro. Regiam adverti prius
Venemur auras: quis regat puerum Deus.
Qua mens ſequatur. S[illegible] ſors aditum dabit,
„*Alloquere natum genitor. Aſpectu patris*
Natura molles Filium ad ſenſus movet.
Hyl, *Panduntur ecce regia poſtes domus.*
Penetrale linquit Caſar. Abeamus procul.

SCENA IV.

Urbanus Archiflamen exponit Diocletiano miſerabilem ſtatum Valerii filio malo Genio poſſeſſi.

[Excandeſcit ille in Chriſtianos, tanquam in mali authores.]

DIOCLETIANUS, URBANUS, LUPUS.

DIOCLETIANUS.

Nondum citato miles approperat gradu
Redux in aulam? Regios nondum lares
Subit ille, tota clarus Heſperia puer
Vitus, furentem doctus è membris luem
Arcere penitus? Lup. *Limen Auguſtæ domus*
„ *Nondum ſubivit.* Dioc. *Dura, quà properent, habent;*
„ *Optata claudo promovent gradum pede.*
Effare Myſtes, cujus artifice manu
Natus juventa fingit exorſum ſua:
Alluſione puerum ſuetus, attenuat labor
Morbi latentis? an relanguenti excidunt
Vires tenore? Urb. *Perſtat immitis dolor;*
Creſcitque rabies. Noctis exhauſta moras
Levi rigatus egerat ſomno puer.
Redeunte luce, victus adrepit ſopor,
Roſeaſque pennâ linquit invitâ genas.
Mox inquietum verſat inſomnis caput,
Agitatq; ſtratis membra. Nunc lævo advocat
Latere quietem; nunc latus dextrum premit,
Quales malignas æger expertus vires
Frigoris & æſtus; hinc & hinc laſſos toro
Revolvit artus miſer, & impatiens ſui:
Talis quietem captat. At feſſo quies

Negata

Negata puero. Iamque præruptus fluit
Per oſſa & artus ſudor. Haud uno jacet
Contentus ore. Varius in vultu color
Prodit latetque. Nunc inardeſcunt genæ;
Nunc pallor ora turpat : invacuo ſtatim
Liver theatro regnat : hunc fugat viror.
Mox una cunctas excipit fa ies notas;
Irim colores mille variantem gerens.
Attonitus adſto. Colligit vultu minas.
Modo ruga frontem ſulcat; obliquis modo
Contra tuentem vulnerat oculis ferox.
Stetére crines. Horreo referens. Genas.
Viſu tremendus laxat inflatus tumor.
Altos in orbes preſſa ſcintillas agunt,
Spargúntque latè lumina. Impulſum retrò
Iacet os, hiatu pervium immani: locum
Pars nulla ſolitum ſervat, aut certum tenet.
Aliena facies. Latuit in puero puer.
DIOC. *Latuit avernis aliqua de furiis ſoror.*
Quid ſigna pariant mentis emota, refer.
URB. *Projicit in altum brachia : & calo minas*
Intentat. Ira trudit excuſſum toro.
Repente in auras fertur: ex alto gravem
Trahere ruinam viſus, illæſus cadit.
Accurro pavidus, ille furibundo impetu
Lymphatus agitur, qualis inſano furit
Percuſſa Thyrſo Mænas; aut qualis volat
Torto ſub ictu turbo, quem puerûm cohors,
Intenta ludo, exercet, & voluceres flagro
Animat in orbes. Talis huc motu efferò
Rapitur, & illuc. Tota vix ſatis eſt domus.
Surgit, caditque, currit, inſiſtit; ſuos

Malè tundit artus inſcius. Adhibeo manus,
Manus repellit. Ocyùs famulos voco.
Famulos remittit, & reluctantes humi
Hinc inde ſternit, ſævus ut catulos, leo.
Subinde fremitu mugit horrendo puer,
Seu taurus ictu attonitus: Hinc rabie tumens
In ſe feroci vertit impulſu manus,
Laceratque membra ſævus. In globum dein
Retrò coactus, torquet in pedes caput;
Manibusque nodum ſtringit, & totis pila
Rotatur ædibus. Inde in ardentem rogum
Impavidus agitur, ſeque, ni famuli vetent,
Flammis perurat, tantus inſtigat furor.
Dio, *Adeóne vitream turbine infeſto rotam*
Fortuna verſat? Nulla majeſtas queat
Ludum inſolentem effugere? Proh ſortem invidam!
Quid me Tonanti patria ſortitum juvat?
Quid culmen aſtris proximum, & toto Deum
Narrari in orbe, nulla ſi latis fides
Rebus perennet? Nuper armorum potens,
Fudi rebelles Martis adverſi greges,
Seu quos beata Iuvene pellæo tulit
Æmathia; ſeu quos gente Chaonia ſatos
Alit Achilous: ponticum ſeu quos vadum
Incingit; omnes una dejecit manus:
Subjecit una: Poſtque tot victas mari
Terraque gentes, monte ſepteno inclytam
Reviſo Romam victor. Hic blandam exuit
Fortuna frontem. Triſtis hic feſtum inquinat
Caſus triumphum Gnatus, heu! roſea patris
Imago, rabie tactus ignota jacet.
Lup. *Auguſte Princeps, cujus occiduus dies,*

Orientisque laudes narrat, & ſolo altius
Evecta, geminos fama per polos meat.
Fortuna ſacrum Caſaris adorat jubar,
Pedibusque celerem ſubjicit rotam tuis.
Alios, ut orbe verſet inſtabili, tamen
Tibi ſtare didicit fixa conſtanti gradu.
Urb. *Dum cæca rebus ludit humanis Dea,*
Et ima ſummis vertit, Imperium Iovis
Alterna ſequitur. Pendet è cælo rota.
Dio. *Imperium iniquum teſtor: Ingratum Iovem*
Quis, fare Praſul, quis per annorum gradus
Totoque ab avo, ſacra Divorum: pari
Coluit honore? Numinis laſi reos,
Hoſtes Deorum mille per lethi vias
Exſcinde penitus. Quantus undavit cruor!
Quot ubique ſtrages? Mille pœnarum vices
Perpeſſa, gens profana. Phlegethontem ſubit.
Has deſidenti victimas macto Iovi,
Et hac repenſat? Dulcis effigies mei,
Patris levamen natus, & patria inclytus
Virtutis hares, peſte ab occulta perit:
Quam nec per artes culta Phœbeas manus,
Nec hauſtus arcet ſtirpe de medica liquor.
Proh caſſa pietas! vana religio! Diis
Quis jam vel unam thuris adoleat micam!
Ubi triſtis operæ fructus? In puerum impotens
Deſævit axis: Fortis in puerum Deus.
Lup. *Moderare, Caſar, mentis imperium tuæ.*
Cohibe dolorem. Quidquid in ſuperos pius
Effundis, ampla Iupiter penſat manu.
Hinc ſtratus hoſtis, Martis invicti tenor:
Quaſita bellis gloria, adſcitum decus,

Pax nivea mundo reddita, imperio quies.
Urb. *Aliunde diro fluxit in puerum lues,*
Immune cælum eſt. Quaris authorem mali?
Gens Chriſtiana eſt, arte Circaa potens.
Hac dum ſupremum metuit exitium ſui,
Partes in omnes vertitur, & unde ultimam
Horret ruinam conſcia, huc artes vocat.
Comperta teſtor, Caſari necem truci
Meditatur animo. Placuit à puero prius
Malum auſpicari? quem venenatis premit
Pollentis herba ſtirpibus. Dioc. *In aulam impiis*
Cur patuit aditus? Lup. *Vocis imperio Maga,*
Etiam remoti, quem volunt, peſte opprimunt.
Dioc. *Nondum nefandum clade numeroſa genus*
Abolere fas eſt? Lup. *Quidquid horrendum creat*
Noverca tellus? Quidquid Oceanus tulit,
Aërque triſte, noxium, illatabile,
Vicêre; noſtris aucta ſuboleſcit malis.
Dio. *At eſto: montes aggerant: priſcum nefas*
Mundo recludant, & Gygantæo Iovem
Scelere laceſſant, obviam occurret polus.
Ego fulminanti ſpicula retundam manu;
Teloque cunctos flammeo exuſtos dabo.
Urb. *Sic fregit olim gentis anguineæ ferax*
Monſtrum, Tonante genitus Alcides. Gravem
Perpeſſa clavam Bellua, ex ictu novos
Trahebat animos, capite ſepteno potens,
Uno reſcio; donec Alcmenâ ſatus
Expertus aſtum, vetuit admotâ feram
Flamma renaſci, docuit & flamma mori.

Flam-

Flammis perusta secta Christiadum ruet.
Dio. *Haud deerit ignis. Terra flammarũ satis*
Si neget, ab axe tela flammifero petam.
Rapiam coruscas nocte nimborum faces,
Cælique rutilas igne ferali comas.
Quin æthra diri fœta fulminibus Iovis
Descendet istinc tota. Quid cæli loquor
Ignes? Avernus mittet è fundo suas
Iratus hyemes. Volvet huc Phlegethon rogos,
Et quidquid atris Pluto verticibus valet,
In Christianos, Numinum osores, agam.

SCENA V.

Renunciatur Cæſari Vitum, quem miraculis clarum è Lucania accerſiverat, jam advenisse.

TRIBUNUS MILITUM, EPHEBUS, DIOCLETIANUS, URBANUS, LUPUS.

EPHEBUS.

VArro tribunus alloqui Augustum rogat.
Dio. *Tandem reversus? Perge: ferat intrò gradum.*
Var. *Æquum Tonanti Numen, adduco redux*
Vitum. Dio. *Secundo Cæsarem voto beas.*
Quæ patria puero? Fare: quis vitæ locus?
Var. *Vt alta septem culmina reliqui jugis,*
Præcipito cursum. Calce ferrata sinus
Perfossus. Euros vincit, & laxis ruit
Sonipes habenis. Nulla properanti quies,
Donec loquacis murmura, sequutus Deæ,
Devenio populis culta Lucanis juga.
Hic, quà liquentes agmine sereno fluit
Silarus in undas, tesqua sylvarum colens.

Degebat antro Vitus, exterri comes
Hærebat annis preſſus, at ſitu ſenex:
Puero ſenilis monita conſilii ferens,
Vtrumque dulci ab otio invitum traho.
Dio. *Bene eſt. Merentem par manet meritis favor.*
Quæ ratio vitæ tenuit, & morum tenor?
Tri. *Haud una rerum cura: non idem labor.*
Nunc vota calo fundere & ſtatus preces:
Nunc jura vulgo legis arcana dare:
Nunc expiatos amne luſtrali caput,
Mulcere manibus, perque non ſolitos crucem
Duxiſſe ritus, Aderat ex omni frequens
Agro colonus, Vir, puer, juvenis, ſenex.
Hic oſſa fractus, ille luminibus carens,
Tabo fluentes alter, ac ſanie trahens
Informis artus. Veſtat hunc æſtu febris,
Aquoſus illum pallor: Eſt alium putris
Atérque cancer. Mille morborum vices:
Queis ars mederi nulla, non ſuccus poteſt.
Dio. *Quid ægra Vitum turba ſollicitat?* Tri. *Malis*
Ripam per omnem fuſa, medicatum petit.
Dio. *Quiſquamne retulit?* Tri. *Vidimus. Tactu puer*
Abire fœdis juſſit ulceribus luem.
Stetitque maculis purus, & ſcabie ſenex.
Dio *Optatà perfers. parta jam nato ſalus.*
Ornentur aræ: Thure Panchæo Iovem
Colam, minores Roma veneretur Deos.

SCE-

SCENA VI.

Archiflamen in Cæſarem acerbè invectus, reprehendit ſe, & in Chriſtianos furorem exonerat.

URBANUS, Archiflamen.

Ceſſatis uſque, magna Divorum cohors?
Ceſſatis? Et vos fungus imperio inſolens
Laceſſit ultrò Cæſar? O dirum nefas!
Quoties micantis inquinat Phœbi jubar
Exigua nubes; contrahit quoties polum
Procella levior, pudeat irarum Deos
Exclamat ille. Si quis invitum dolor
Pupugit, beatam fronte non læta vicem,
Vbi ſors negavit; ſpargitur cælum probris:
Deoſque peragit ore ſacrilego reos.
Dii fulgurantes, vindicem irati facem
Rotate; tuque cuſpide triſulca potens,
Preme contumacem Iuppiter. Diſcat Iovem
Regnare ab aſtris, teque non ſegni manu
In abominandum tela jaculari caput.
Nuper tabernas coluit, & caſam Geta:
Nunc alta mundi fræna ſortitus, Deos
Niſi vota ſuperent, voce mordaci ferit.
Quin rerum habenas poſcat, & cælum ſuis
Frænare ſceptris. O gravis regni furor!
Sed quo ruentem traxit effrænis dolor?
Quò pergis anime? Cæſarem damnas reum?
Diocletianus, cura Divorum unica,
Soluſque fautor igne fulmineo cadat?
Faceſſat omen. Tota Chriſtiadas premat
Invidia facti: Cæſarem inſontem voca.
Hac, hac, procellas gens iniquales agit,

Miſcetque Romam penitus, & cantu mage
Exturbat aris Numina: nec ullum ſinit
Hærere templis, vel Iovem. Hac Myſtas gravi
Figit pudore: dum ſuis nequeunt locis
Poſitos tueri peſte ab inviſa Deos.
Hæc tabis atra ſemen obtutu invido
Inſpirat oſſibus, & gravem populis luem,
Vbi libet, afflat. Teſtis Auſoniæ decus,
Diocletiani natus. Hinc juſtus patrem
Dolor urit: Hinc in vota ſollicitat Deos,
Queriturque non auditus, & ſpreto Iove
Vilem coactus advocat puerum; malum
Qui vincat arte Theſſala. Voto frui
Si detur, in me dedecus facti redit.
Ceſſiſſe puero Flaminem vulgus canet:
Roma exprobravit: Cæſari infamis ferar.
At eſto, vincet: emerit magno tamen
Victor triumphum. Teſtor umbrarum ducem;
Luet cruenta dedecus puer nece.
Eſt Chriſtianus. Sufficit. Nullam ſequar
Aliunde cauſam. Cæſaris mentem intimam
Teneo. Furori calcar adjiciam acrius,
Solitasque furias igne ſuccendam novo.
„Religio Regum læſa regnorum trahit
„Secum ruinam. Perſtet in ſuperos honor:
„Imperia ſtabunt. Deme Numinibus fidem;
„Cultumque rerum quidquid eſt uſquam,
ruet.

ACTUS

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Modeſtus Vitum jam in Aula conſtitutum animat ad conſtantiam.

MODESTUS, VITUS.

MODESTUS.

Tenace puppim dente fundatam quies
Huc uſque tenuit, Vite ſecuro ſtetit
Defenſa portu, nec procelloſi minas
Pertimuit Euri. Iam per undantem ſali
Devehimur æſtum, perque luctantes vias
Nerei minacis. Vndique Maris arbiter
Incumbit Auſter pelago, & iratus fretum
Verrit, rapitque fervido everſum ſalo.
Nunc artu opus eſt. Fixus ad clavum ſede:
Curſuque parvam dirige inflexo ratem,
Si quando puppim turbo ventorum impotens
Aget in Charybdim, teque Scyllæa trahet
Rabie vorandum, Navita fauſtum pio
Tuere ſydus. Chriſtus æthereo micat
Ab axe ſydus. Navita fauſtum pio.
Vit. *Micat uſque, ſpecto. Nec meos aliò ſinit*
Errare viſus. Vno in obtutu hæreo,
Spectans micantem lumine æthereo facem.
Qua duce procellas hyemis, ac ponti vices
Experta quondam tuta ſulcavit viam,
Nec ſe furentis victa ludibrio Noti
Permiſit Alnus; quando Genitali 1 *freto*
Natura fluctus egit in puppim ſuos.
Hæc me paternum docuit Oceanum trabe
Supera-

1 Hylam patrem modis omnibus tonantē à Chriſto avertere fortiſſimè vincit.

Superare tuta Mod *Qui patrem potuit ſuum*
Viciſſe, nullas timeat invictus minas.
At ſi ſecundum ſpondeat Nereus iter?
Si ponat Eurus, & cadat pelagi fragor:
Si adlapſa velis aura propellat ratem,
Vitrea ſecantem marmora, & facies mari
Conſtet ſerena, fortius clavum tene:
„Nec fide pelago. Sæpè vectorem levis
„Fefellit aura, dumque tranquillo ſali
„Credit carinam, cæca Sirenum vada,
„Syrteſque placida conditas unda ſubit,
Sylvas in aulam vertis, in proceres feras:
In atria ſpecus, gramen in regum toros:
Venit opulentam nuda pauperies domum.
Vmbra, receſſus, otia, ſilentûm quies
Abire. Subeunt æſtus, & fumus, & opes,
Strepituſque rerum. Tu quid optandum, vide;
Quidve fugiendum Roma virtutem quatit.
Diocletiano ſiſteris; ride, time.
Ride furorem ſortis; at riſum time.
Hilari minantem fronte, laudantem gravi
„Specta Tyrannum. Sæpe quem nequiit furor,
„Domuit ſereno mollis affatu favor.
Vbi blandienti Cæſar alloquio tuas
Mulcebit aures; regia ubi fronti decus,
Sceptrique ſortem deferet Gnato parem:
Inane munus, jubaris occidui bonum,
Vanaque tectas luce quiſquilias puta.
Rex ille regum, ductor æternus ducum
Partum cruore Chriſtus imperium parat.
Illa illa gemmis picta ſydereis domus.
Arx illa Solis, illa flammantis poli
Tranquilla ſedes, Cælitum æterni lares.

Tibi

Tibi pandet aulam, quam per extentum colet
Beatus ævum, gentis ætheres comes.
Vit. *O meta votis unica, & finis meis!*
Hac ſpe per enſes, perque flammarum globos,
Per mille rapter cadis horrenda vias,
Feram triumphans. Iamque vix patiens mora
Luctatur intus anima, jam clauſi ſinus
Rupiſſe geſtit pectoris. Chriſti ſequax.
Æſtuat, anhelat, ardet. In Superûm domos;
Infenſa terris, fertur. & quidquid videt.
Mortale ducit. Vale ſceptrorum decus,
Vilis honor, Aula vilis, & viles opes,
Spes vana vita, vana rerum ſomnia.
O caſſa lucis umbra, ludibrium nihil!
Mors una, Chriſte, ſumma votorum eſt, tua
Impenſa cauſa. Rumpe tardantes moras.
Mod. *Generoſa vota, digne ſyderibus pugil.*
Mora querelas mitte; non longa eſt mora.
Stamus ſub ictu. Forſan extremum alloquor;
Iam jamque raptu Cæſar inopino abſtrahet
In varia utrumque. Vite, ſupremum placet,
Caſum occupemus. Vltimum amplexum 1
cape.
Vale ſupremùm Nate; generoſus fidem
Teſtetur obitus; chare filiole, vale.
Vit. *Vale ſupremum pater, in igneas brevi*
Tranſcriptus arces, filium agnoſces pater.
Tri. *Grandæve propera, Cæſar abduci jubet.*

1 Se invicem amplexātur.

SCE-

SCENA II.

Vitus liberat malo Genio Valerium; ac Diocletianum mirificè capit.

URBANUS, DIOCLETIANUS, VALERIUS, VITUS, LUPUS, FIRMUS, & alii.

URBANUS.

2 Stabit thuribulum in altari.

STAT 2 ignis ara, Caſar, injecto impetra
Nati ſalutem thure, dein magas puer
Adhibeat artes. Dio. *Quàm negant Superi, feret*
„ Homo ſalutem! pulſat incaſſum Deos
„ Humana qui præſidia neglexit. Prius
Tentetur, arte ſi quid arcana puer
Evaleat. Val. *Arte quid queat magica puer?*

3 Thuribulo thura injicit.

Fer thura Divis, Genitor. Dio. *En Superis 3 fero,*
Mi nate thura. Val. *Ah crucior, 4 excrucior; ſatis.*

4 Torquet hinc inde corpus.

Vit. *Invicte Princeps, caſſa præſidia occupas,*
Increſcit ipſis aucta remediis, lues.
Urb. *Hoc timebam, Caſar; hic pater magas*
Edoctus artes, Caſſa divorum canit
Præſidia. Sacra perfice incepta. Excidunt
Vires furori. Dio. *Sacra perficio 1 libens.*

1 Plus thuris imponit.

Val. *Ah ſævit intus tortor! Heu diro nimis*
Rumpor dolore. Totus in flammas eo.
Dio. *Infauſta 2 ſacra! Debilis Iovis manus!*
O dulce pignus, membra quis torquet furor?

2 Thura abjicit; aram deturbat.

Quæ ſævit intus flamma? Urb. *Ceſſabit. Deos*
In vota flecte. Dio *Pergis immites adhuc*
Occinere Divos? Viſcera en lacerant mea.
Vit. *Occulta vires temnit humanas lues.*

Urb.

Digitized by Google

Urb. *At non Deorum.* Vit. *Caſſa Divorum*
eſt ſalus.
Quò plura templis meſſis Eoæ feres
Dona, graviorem ſentiet luctum puer.
Quin hæc per aras fuſa nequidquam ſeges
Arabum, medullis nutrit hærentem intimis
Morbi dolorem. DIO. *Verba prob nimiũ addita!*
Ambage poſita, fare, quis lateat dolor.
Vit *Vis alta morbi longiùs cauſas petit.*
Ductus ab alio. Dio. *Longiùs ductas pete.*
Intentus ora teneo. Vit. *Me quando jubes*
Auguſte Princeps, Peſtis arcana caput
Arceſſere retro: grandius quamvis onus
Recuſet ætas, fas ſit imperio tamen
Parere tanto: Fas ſit arcana eloqui.
Nondum fugaces tempus anorum vices
Volvebat Orbe concito; nondum aurea
Lux pervicaces noctis æterna moras
Diſpulerat: opibus cum ſuis pollens Deus,
Egenſque nullo, mille cumulatum bonis
Ævum trahebat, nulla cui princeps dies,
Poſtrema nulla. Cumque diviſum, chaos.
Vaſtumque inane juſſit in rerum notas
Prodire varias. Dixerat. Nullo ſatus
Erupit orbis ſemine: ſupremam polus
Tollitur in æthram; terra nativo ſedet
Depreſſa nutu. Mille radiatum faces
Pingunt Olympum: Mille Dædaleâ virent
Tellure flores. Deerat ætherea tamen
Habitator aula, deerat & terra incola.
Cum machinator orbis, exiles creat
Super aſtra vitas, nulla quas moles gravat,

Agi-

Agiles phalanges, Alitum niveos choros.
His ampla fluxit vena divina indolis,
His viva virtus ingenî vivus vigor,
Nativa mentis mulca vis veri ut queant
Penetrare nodos. His per aſtrorum domos
Regnare juſſis, dona promiſit Deus
Maiora, ſpatio ſi brevi ſervent fidem.
„ *Sed ô potentum calcar, Ambitio! quatit*
„ *Vel pectus immortale. Confeſtim ſuam*
Peroſa ſortem, pars ſuperbifico Deum
Laceſſit auſo, quique divinis chorum
Præradiat opibus Lucifer, ſolium prior
Ambit negatum. Tædet imperio regi:
Pudet ſecunda ſorte contentum, ſacro
Parere Opifici. Sceptra ſuprema expetit.
„ *Sic immerentem ſæpè quem regis favor*
„ *Sublimè vexit, Ruris extractum caſa,*
Primuſque proceres inter excelſos ſtetit,
„ *Deſertor animum primus infidum gerit;*
„ *Dominoque peſtem primus intentat ſuo,*
„ *Cupidus coronæ. Nec mora. Afflatu lues*
Contagioſo manat, & volucres trahit
Latè catervas: quanta viduatis cadunt
Demiſſa ramis folia, cum ſenſu nemus
Acri momordit bruma. Tum juſta Deus
Flammatus ira, laxat in turbam impiam
Subtile fulmen: quo ſimul tacta, ruunt
Cælo repulſa, ſeque præcipiti fuga
Sub æſtuantes ignis inferni domos
Condunt coacta. Iamque ineluctabiles
Ævo perenni criminis pœnas luunt.
„ *Sic quos vehebat avidus imperii tumor*
„ *Cælum ſupra Deumque. cecidere, æthera*

„ *Infra*

„Infra, ſolumque tartari ad fundũ ultimum.
At ſtygia terris interim incubuit cohors,
Iraſque, quas in ſceleris ultorem ſui
Effundere nefas, ſpargit in terra arbitrum.
Hominem, parentis nobilem effigiem Dei.
Quid multa? Primum ſtirpis humana decus,
Hominumq; patrem, quem ſua victum manu
Beârat opibus, Ingenii egregius Deus,
Fecit rebellem. Iamque ſucceſſu efferus,
Graviore cunctam peſte progeniem opprimit.
Hinc mille nata numina. Hinc aris Ioves
Stant mille: Numen eſſe cùm nequeat tamen
Niſi unum, & unus, cuncta qui franet, Deus.
Sed ille ſtygius Prado mortales tenet
Fraude implicatos, ſeque ſub truncis coli
Iubet per aras, debitum rerum arbitro
Rapiens honorem. At aqua cultores manent
Pretia. Nefanda nempe pietati refert,
Quidquid malorum nocti infauſta ſinu
Servat repoſtum. Quoſque devinxit ſibi
Graviore nexu, peſte multifida premit
Vivos, perenni mortuos cremat rogo.
Teſtis latina clara progenies domus,
Gnatusque, Caſar, inclyta propago, tuus:
Cujus per artus errat, & dirum ciet
Puero dolorem Genius immitis. Dio. Meum
Rebellis umbra poſſidet Gnatum? Vit. Tuum.
Dio. Errat per artus? Vit. Errat. Dio. An vano patrem
Terrore ludis? Vit. Nullus hic ludo locus.
Vrb. Et eſſe verum hoc, qua probas nobis fide? ¹ Impingit colaphũ Archiflamini.
Val. Hac, ¹ hac profane myſta. Vit. Deſiſte improbe,

Dio.

Dio. *Diriguit animus. Vnde puerilibus ineſt*
Vis tanta membris Vit. *Cæſar Herculeos licet*
Addas lacertos. Coge numeroſas manus
Acieſque, quantas nulla collectas dies
Meminit, vel omnes franget hac Stygis fera.
Firm *Portenta fraudis?* Lup. *Timeo Circeos dolos.*
Prædico, Cæſar, timeo. Vitus. *Quid timeas, vide.*
Comperta loquimur. Ipſe præſentis Draco
Sui dabit documenta puerili ſono.
Fuge perduellis, fare. Val. *Diſcede crucias.*
Vit. *Cunctare peſtis!* Lup. *Cæſar informi tuum*
Proſcindit ore pignus, & peſtem vocat.
Vit. *Erras. In anguem verba Tartareū vibro.*
Effare, quis ſis. Val. *Parce.* 1 Vit. *Regnator poli,*

1 Advertit ſe.

Solique Chriſtus imperas. Val. *Sum, ſum.* Vit. *Quid es?*
Val. *Dominus Averni.* Vit. *Terra mentiris. Draco.*
Terris es Averni. Solus in Stygias Deus
Dominatur oras Chriſtus. Eloquere: quis es?
Val. *Damnatus Orco Genius erroris.* Vit. *Benè eſt.*
Quis te per aulam diſtinet Roma labor?
Val. *Bellare Chriſto: ferre collapſis opem*
Diis: pertinaci figere errores gradu,
V in' plura? Vit. *Quæ te voco præſentē probas?*
Vehennachaſch haia arum miccol chaiiath haſſadè.

Serpens erat calidior omnī beſtia agri

Val.

Va. Καγὼ θελοντῆς τῷδ' ὑπεζύγην πόπῳ,
Οὐκ ἄντιαύτην γλῶσαν ἐν χακοις φιλῶ
Dio. *An Grajus ore?* Vit. *Franco; Memnonius; Iber.*
Orbis loquelam poſce, quam voles dabit.
Dio. *Edat* Britannū. Vit. *Iuſſa non ſegnis gere.* § Loquitur Britannicè.
Alban à Wadodd y'duvvie, i benà ſyrthiodd
Ond i en aid ir nef yn inion à gyrchodd. *
Fir. *Caſū Britanno memorat. Albanum ſolo.*
Di. *Stupet animus. Vnde fluxit in vulgus, mihi*
Perſcriptus uni ſontis Albani cruor?
Vit. *Futura neſcit. Quidquid exigitur tamen*
Latum per orbem, citius ac factum, tenet:
Va. *Heu! heu! Quis acri vellicat morſu jecur?*
O vim doloris! Pungor: Adſis, O pater.
Dio. *O dulce pignus, ferre lenimen pater*
Vtinam valeret. Vite, nunc ſi quid potes.
Exprome. Peſtem pelle. Vi. *Mortalem ſupra eſt.*
Chriſtus potenti virus expellet manu.
Dio. *quem Chriſtiani numen heſternū colunt.*
Vit. *Quem Chriſtiani numen æternū colunt.*
Lup *Hebræus ille, ſcelera quem nudum ſua*
Fixere trabibus? Vit. *Ille, quem cælo ſalus*
Humano traxit, quemque ſuffixum cruci
Domitus tremiſcit Erebus. Urb. *Ad nugas puer*
Abiit. Tonante major an Chriſtus Iove?
Vit. *Probetur. Ægrum ſi poteſt, puerum levet,*
Affixus aræ Iupiter. Genium exigat.
Age, Archiflamen, Thuris accumula ſtruem:
Arabumque totas in focum ſylvas crema.

Con-

*) *Albanus* Deos *negavit: caput ejus in terram cecidit; anima tamen ad cælum ſtatim volavit.*

Congere Sabæas quidquid in nubes abit.
Macta bidentes. Multus armenti cruor
Inundet aram. Funde numeroſas preces:
Omnes fatiga ſupplici voto Deos,
Summosque, mediosque, infimosque. Si queant
Excutere cæcam Regia ſoboli luem.
Urb. *Præſſus arti perſtrepis. Etiam Deos,*
Magicus ligat ſuſurrus. Vit. *O fortes Deos,*
Quos cùm lubebit, qualibet Circe liget?
Pigmenta rerum. Cæſar. *Æterno queat*
Obſtare quidquam Numini: ratio negat.
Dio. *Neget probétve Chriſtus infernum poteſt*
Arcere Genium? Conſtet exemplo fides.
Vit. *Conſtabit, ante pauca ſi regem tamen.*
Age, turpe monſtrum, Chriſtus invitum jubet
Reſponſa ferre Falſa depromas, cave.
Quis tot per orbem Numina inſtituit? Val. *Ego.*
Vit. *Regens Deorum quis Iovem ſtatuit?* Val. *Ego.*
Vit. *Cujuſnam aderat Numen Italia?* Val. *Meum.*
Vit. *Quis monita ab aris fundit?* Val. *Ego.* Vit. *Quis Delphica*
Effudit aureo Tripode reſponſa? Val. *Quis? Ego.*
Vit. *Quis thura, ritus, hoſtias, aras, dies*
Faſtos, nefaſtos mille ſacrorum vias
Docuit Latinos? Fare, quis docuit? Val. *Ego.*
Vit. *Quis fructus operi?* Val. *Noctis æternæ chaos.*
Styx, Pix, Perennis flamma, crudelis dolor.

Vit. *Quem rere Chriſtum? Quid taces?* Val. *Nocet loqui.*

Vit. *Chriſto imperante? Cogat affari Deus.*

Quem rere Chriſtum? num ſiles? Val. *Hominem, Deum.*

Vit. *Age ergo. Chriſtus homo Deusque, qui potens*

Perrupit olim clauſtra Tartarea, jubet

Hinc emigrare. Val. *O parce!* Vit. *Migrandum illicò.*

Heres nefande? Val. *Quas petere ſedes jubes?* 1

Vit. *pallentis orci.* Val. *Sine,* 1 *Sacerdotis mei* — Indigitat Archiflaminem.

Divertam in artus. Vit. *Stagna flammarum pete.* 2

Val. *Rectáne?* Vit. *Falſum ſterne, quà veheris Iovem.* — Mirum in modū diſtorquet corpus.

Val. *Ad orcum,* 2 *ad orcum.* Dio. *Pulſat horrentem pavor,* — Dejicitur ſtatua Jovis.

Vit. *Excute paverem Cæſar. Ejectus fugit*

Nigras ad umbras Genius. Dio. *O Nate!* Val. *O* 3 *pater!*

Dio. *Vivis?* Val. *Recurſu vita jucundo redit.* 3 — Redit ad ſe Valerius.

Dio. *Vides?* Val. *Dolore pectus excuſſo vacat.*

Dioc. *Viges?* Val. *In artus major aſſueto vigor*

Fluxit repentè; quodque, dum factum probo,

Fieri tamen potuiſſe vix credo mihi,

Haud melior unquam conſtitit membris ſalus.

Lup. *Portenta cantus Theſſali.* Fum. *Hic puer mago*

Potens

Potens ſuſurro diſpulit membris luem.
Urb. *Vnaq; ſummum ſtravit infandus Iovem.*
Val. *Facilè repones, quidquid in modò fuit,*
Tamen ſalutis principem amplector mea.
4 *Audiat* 4 *Olympus? vos ego ſuperûm domus,*
Injicit collo brachium ſiniſtrum. *Vos teſtor, ignes, numen inviolabile:*
Dum veſcar aura: vita dum ſenſus reget,
Harebit animo fixus immoto favor.
Dio. *Noſtraque pariter dona pietatis feret.*
Iam feſta Romam ſolvat in plauſus dies;
Iam ludat orbis. Nulla regificis vacent
Theatra ludis. Aula geminatum ſonet,
Reſonetque Viti nomen, extremis opem
Qui rebus addit, Regis in ſobolem pius.
I Firme, puerum duc in Auguſta domus
Penetrale. Grata mulceat feſſum quies,
Equidem fatebor, ſolus è Chriſti grege
Hic flexit animum, dives ingenii puer.
Quem ſe ferebat ore? Quis fronti decor?
Qua ſuada labris? Quantus eloquio lepos?
Huic mente Chriſtum quiſquis excutiet, Diis
Tranſcripto amore, merita penſabo memor.
Grandia favoris pretia Caſarei feret.

SCENA III.

Præco Cæſareum edictum à Chriſtiano quodam publicè diſcerptum enarrans, Diocletianum in furias agit.

EPHEBUS, DIOCLETIANUS, URBANUS, LUPUS, VALERIUS, PRÆCO.

EPHEBUS.

I*Ngreſſus aulam præco Caſareus, tua*
Anhelus ora poſcit. Dio. *Admitto virum.*

Præ,

Præ. *Immane facinus. Cæſar! ô fœdum nefas.*
Dio. *Quid triſte portas? Effer in medium,*
Præ. *O ſcelus!*
Pudet pudet referre. Protritum jacet
Nomen, decusque Cæſaris. Legum ſacer
Exceſſit animis horror. Edictum jubes
In Chriſtianos voce Stentorea canam.
Mediam ſub urbem juſſa dum populis fero;
(Stupeſce Princeps) aliquis è Chriſti grege,
Ceu ſæva jaculis icta latronum tigris,
Proſiluit audax, ſeque per turbam incitans,
Sacrum furente rapuit edictum manu.
Lacerumque mille ſparſit in partes; humi
Dein pedibus ardens preſſit, & crebro furens
Calcavit ictu: qualis in pugnam ferox
Cùm Taurus iras acuit, & preſſis quatit
Pedibus arenam. Voce mox fera intonat:
I Præco Ditis; Facinus Auguſto refer,
Narra Tyranno, poſt tot immanis feræ
Truculenta juſſa, poſtque tot crudi vias
Lethi, cataſtas, verbera, equuleos, cruces,
Supereſſe, qui feralis edictum popæ
Diſcerpat, ac proculcet, & Chriſti decus
Nomenque flexo pronus è genu colat.
Hæc eloquutus, plebe de media viam
Corripuit indeprenſus, & totam fugax
Illuſit urbem, Cæſarem, leges, Deos.
Dio. *Hæc Roma furias vidit, audivit, tulit:*
Nec mille ſtygium rapuit in partes caput?
Radice ab ima nemo ſacrilegam eruit
Linguam procacis? Nec ſub execrabile
Contorſit ignes guttur? O populi ſtupor?

O probra Latia gentis! Et quando ſuas
Vltrice flammas dextera excutiet Deus,
Si nunc quieſcit? pudeat opprobrii Iovem.
Pudeat Deorum vulgus ignavum, manus
Tenuiſſe pigras; nec ſuis monſtrum Stygi
Mactaſſe telis. Eſto, torpeſcat polus,
Dii conticeſcant: Roma regnantis probrum
Tulerit inultum: Gerimus irarum ſatis.
„Lex dum ferenda, mentis officium petit:
„Enſis ubi lata: ferre nec legem ſtude;
Niſi legis ultro plectere offenſam queas.
Aufugit, haud evaſit, horrendi reus
Facinoris. Orbem profugus ignotum petat,
Borea cubile trans, & Oceani vada:
Obverſus illum mundus avectum tegat:
Subeat Averni clauſtra: ſe Chriſti ſinu
Abſtrudat, umbras inter & furvum chaos:
Noſtris patebit facibus, & noſtro fera
Deprenſa caſſe, digna ſceleribus dabit
Supplicia, ferro, faſce, cruciatu, nece.
Hac ſecta Chriſti? Ducibus Auguſtis probra
Ingerere? legum jura ſacrilego pede
Ante ora plebis, urbis in media foro
Calcare, & atram ſerere per populos luem?
Per ego paludem juro lethaeam, genus
perdam profanum. Crudus & lethi artifex
Supplicia cudam, quanta nec toto parat
Erebo, Nocentum domitor. Aſt unum ſedet
Eximere letho, dulce Diocletii decus.
O quanta Viti fulſit in vultu charis!
Recurſat animo frontis ingenua nitor;
Lumen juventa, blandus eloquii lepos.
Oculis in ipſis haeret etiamnum aurea

Imago

Imago vultûs, párque ſyderibus decor.
Tuus iſte labor eſt, ſumme ſacrorum arbiter,
Tuusque, Nate, qua licet, riſu, minis,
Puerum Tonantis flectere ad cultum Iovis.
Val. *Medico rependam gratus officium meo.*

SCENA IV.

Urbanus & Lupus in Vitum debacchati in ejus ſubitum exitium, hic dolis, ille viribus conſpirant.

URBANUS, LUPUS.

URBANUS.

MEdico rependam ſævum exitium tuo.
Alta repoſtus mente Cæſareus furor,
Et ſica noſtra intenta cervici manet.
Lup. *Ergóne cantu præpotens mago puer*
Ius omne cæli, jusque confundat ſoli?
Quid infulatæ frontis auguſtum decus,
Sacerque muneris horror, & ſummus tibi
Delatus aulæ cultus ætheree juvat:
Si vilis ira Cæſarem puſio incitet,
Ferroque dextram obarmet in ſacrum Iovi
Myſtam? verenda proh pudor ſortis! probris
Lacerat nefandis omne Myſtarum genus
Fax Chriſtiana. Balbus è vulgo puer
Ciêre furias Ditis è regno potens,
Etiam tonantem murmure infauſto ligat.
Cunctamque tardat vim poli, ne quis Deus
Arcere membris poſſit immiſſam luem.
Labes Deorum! dedecus nullo ſatis
Ævo eluendum! Cedit impubi polus.
Feres inultus iſta? Urb. *Fulmineo prius*
Afflatus igne mergor in ſtygem ultimam.

Orietur ante Thetidis occidua ſinu
Titan: Eoam Zephyrus afflabit domum:
Nives anhelo, Syrtus rictu expuet,
Ver Aquilo, lucem Tartarus, meſſes hyems:
Quàm non probroſa labis ulciſcar notam.
Cajum tremendi verticis Myſtam nece
Straviſſe potuit generis auguſti licet:
Luſiſſe jugulo potuit Agnetis, furor:
Sebaſtianum funeri horrendo dare:
Nec poterit imas chalybe ſcrutari fibras
Puerilis avi? poterit: Exſcindam luem,
Tu tu ſilentis furve Regnator plagæ,
Audi precantem. Da remolito chaos
Hiare mundo: ſede ab infauſta ocyùs
Laxa nocentum vulgus, & cunctas mihi
Committe peſte. Qualis diſrupta emicans
E nube fulmen, igne damnoſo quatit
Terras nocentes: qualis aut rupta vapor
Tellure peſte fœtus ac dira lue,
Expirat, aras halitu infeſto gravans:
Talis per omnes ibo Chriſtiadûm greges;
Spargamque quidquid Tartaro extuleris mali
Chriſti inſequaces. Lup. Has quoque in fibras lubet
Accire totos Ditis irati lacus.
Regnum malorum. Calle non uno tamen
Graſſemur ambo. Vafra me virtus agat,
Te vis furorque. Cæſar ingenti ſtudet
Mercede puerum trahere in amplexum Iovis.
Me pretia vincunt: aurea extimulat fames.
„ Quem fulvus auri non agat vinctum nitor?
Hinc omne mentis, omne nervorum juvat
Contrahere robur, vinctus ut animum puer

Se dedat orbis Arbitro, & Latii Deos,
Chriſto rebellis, thure non ficto colat.
Ur. *Qua pertinacem ratio? quæ flectat modos?*
Lup. *Paucis docebo. Feſta ſub noctem dabunt*
Theatra ludos, regia in domo. Suas
Geneſius arte, qua ſolet, partes aget:
Geneſius ille, ſummus Æneadûm lepos,
Quo nemo ſalibus melior argutis diem
Exigere, & aptis ſolvere theatrum jocis.
Is Chriſtianum fronte mentitus, ſacra
Ritusque gentis hauſit: in ſcenam modo
Romaque riſum, quidquid inſpexit, trahet.
Spectator aderit Vitus, Auguſto comes.
Puero quid animi credis irriſo fore?
Non ille mimos, non cachinnantis queat
Ludibria Roma ferre. Chriſtiadûm ſacra
Vbi tot frementûm viderit ſannis premi,
„ *Cedat, neceſſe eſt. Nemo, qua paſſim jacent*
„ *Exſibilata gentium riſu probat,*
Sin obſtinarit pectus, in tuos cadat
Præceps furores. Cæſarem in furias age.
Vno puellum perdet afflatu Draco.
Urb. *Tu quam lubebit, carpe conſilii viam.*
Per ferrum & ignes, perque ſanguineas ego
„ *Graſſabor artes. Lenta per fraudes via eſt.*
Brevis per arma. Lup. *Cœpta conſilia exe-*
quar.
Urb. *Exequere.*

SCENA V.

Hylas muneribus obtinet ab Urbano, ut Virum clam alloquatur.

URBANUS, HYLAS, PAPINUS.

URB. Fruſtra Nemeſin ultricem vocas,
Qui vota mittit, tela quo mitti queunt.
Non ante rubro Phœbus Oceano comas
Lavabit, imbre quàm rubro terram lavet
Iunctus Modeſto Vitus. In meos fera
Venêre caſſes. Vnus inceptis poteſt
Obſtare Cæſar, ore quem roſeo puer
Detinet hiantem. Quis levet obicem labor
Hyl. Gnatúmne Myſta traditum ſummo refers?
Urb. Mihi 1 datus uni eſt. Pap. Refero. Hyl. Flectendum? Pap. Minis,
Doniſve. Urb. Donis qui licet flecti queat,
Tamen obruatur. Hyl. Qua putas myſtam indole?
Pap. Sæva, minaci. Torva majeſtas viro,
Speciesque vultu cruda: Trux oculis rigor:
Frons tetra rugis, fœdus aſpectu color:
Plutonis umbra. Urb Sola virtutis via eſt,
Deorum in hoſtes, eſſe crudelem, impium.
Hyl. Deploro natum jam trucidatum pater.
Urb. Voveo, peribit. Pap. Eſſe qui ſævus ſolet,
Avarus idem eſt. Precia, quo voles, trahent.
Urb. Nec ulla letho pretia ſurreptum dabunt.
Pap. Auro patebit pueri ad affatus via.
Urb. Non divitiis opulenta tempeſtas Tagi,
Hyl. Si pateat, actum eſt. Filium aſpectus patris,

1 Secum deliberat.

Squal-

Squallorque franget. Quo tulit Cæſar animo,
Vbi Chriſtianum didicit? Pap. *Irato tamen*
Captus genarum purpura, & frontis nive
Depoſuit iras. Hyl. *Fronte quem dulci puer*
Non mitigaret? Quid dedi, ſolus vetor
Iubar intueri frontis Ambroſia parens.
Urb. *Hac arte vincam Cæſaris amores. Duce*
Me, Auguſta proles flectere ad nutum patris
Satager puellum. At ille dicendo potens,
Puerile pectus peſte Chriſtiadûm imbuet.
Hinc juſta Cæſaris ira. Sic placitum, ocyùs 1
Aggrediar. Pap. *Here, quid ingemiſcis? Appetit*
En Myſta ſummus, cujus affatum petis.
Hyl. *Adeſt?* Pap. *Propinquus.* Hyl. *Alloquar. Magni Iovis*
Præſul ſupreme; ſi qui ignoto licet
Homini precari, gratiam exilem peto.
Urb. *Effare quid ſit: æqua ſi roges, parem*
Hoſpes an amicus, gratiam ex voto feres.
Hyl. *Eſt in repoſto Regiæ ſedis lare.*
Vitus, tibi commiſſus: affari expeto.
Urb. *Annuere votis cupere me fateor tuis;*
Fides reclamat. Hyl. *Cæſaris?* Urb. *Iovis.* Hyl. *Iovem,*
Duce me, vacabit ſupplici voto puer.
Urb *Promiſſa qui proculcat Auguſti, tuam*
„*Bibet ſuadam facilis?* Hyl. *Ingentes opes*
„*Contempſit ille ſæpe, quem verbis tamen*
„*Domuit amicus.* Urb. *Fraudibus locum petis.*
Hyl. *Quis eſſe fraudi poſſit in verbis locus?*
Urb *Quem Chriſtianus captat affando.* Hyl. *Nego*

1 Abitura ſimilis.

Me Chriſtianum. Gentis infande luem
Horreſco, fugio. Teſtor os Phœbi ſacrum,
Fraudes abeſſe Urb. Quo ligas nexu fidem.
1 Porrigit torquem auream. Hyl. Aureo 1 Urb. Ligamen fateor, invictum geris,
„Aurum potenti ſubligat nodo fidem.
Pap. Idemque 2 ſolvit luce mentita fidem.
2 Seorſum. Urb. Auguſta ſcande tecta. Praeuntem ſequar.
Hyl. Recede famule. Urb. Fallor è Chriſti grege
Niſi ſit Sacerdos. Rideo. Exitium ſibi
Magno coëmit ſtultus. Ex auro dedit
Vincula, rependam ferrea Opulentum bidens
Mactanda vellus poſuit, Auguſtum evoco,
Ut è receſſu teſtis exploret viri
Artes doloſque, Caſari adſtabo comes.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

Hylas Diocletiano & Urbano clam auſcultantibus, Vitum filium alloquutus, fruſtra conatur à Chriſto avertere.

VITUS, DIOCLETIANUS, URBANUS, HYLAS.

VITUS.

PAter ſupreme: tuque ſupremi Patris
Vivax imago Chriſte, pugnanti vigor
Ab axe miſſus adſit: & pectus novo
Incendat igne, ne qua disjunctum gradu

Faciet

Facies malorum frangat. Obſeſſum tenet
Ceu carcer, Aula proh gravior ipſis quoque
Carceribus Aula! denſa quam noctu premit
Caligo: veri rarus aſpergit nitor:
Quam vincla, ferri pondus immenſū gravāt,
Lucri cupido. Dirus incumbit vapor.
Obſcena procerum vita. Corruptis odor
Exhalat auris, nota flagitiis ducum
Exempla. Iunctos fœdat attactu lues.
„ *Serit aula mores. Vltimum incluſis malum*
„ *Iudex tremendus, Quem tremant Reges habent.*
„ *Sævius in alta fulmen incurſat juga:*
„ *Nullusque cæli gravior impendet furor,*
„ *Quàm quos poteſtas culmen ad ſummum levat.*

Urb. *Hinc aucupemur* [1] *hoſpitis novi dolos.*
Hyl *Gradu pariter, ac mente ſuſpenſa feror.*
Animusque varia pendet agitatus vice.
Gaudet, doletque: metuit, ac ſperat: ſibi
Nec perſtat idem. quem modo evinctum dolet,
Gaudet repertum: quem reluctantem timet,
Sperat domandum. Cœpta fortunet favor.
Verósne vultus tueor, an fallax meis
Inerrat oculis [2] *umbra? Proh quantum jubar*
Defluxit ori! Quantus è vultu decor
Delapſus abiit? Vitus in Vito periit.
Dio. *Delirat, ore fulget auguſto puer.*
Hyl. *Vel ſic tamen vidiſſe poſt longos juvat*
Soles repertum. Fas ſit, ô Superi! precor,
Servaſſe vel ſic. Indite effigiem mihi
Parem dolori: Sin patris temnat preces,
Parem furori, Propius affatus peto.

[1] Urbanus & Diocletianus auſcultant ex abdito.

[2] Admirabundus intuetur Vitum.

O nate, Patris una pereuntis ſalus!
Ades: parenti junge complexus pio.
Stringantur ulna. Totus in pectus patris
Incumbe penitus, & ſitibundi rogum
Extingue cordis! Nate poſt tantos mihi
Reviſe luctus! Nate, ſolliciti metus
Et ſpes parentis. Vit. *Unde lugubris, Pater,*
Obſedit ora ſqualor, & nigras coma
Sine lege veſtes lambit? Hyl. *Unde ſi rogas*
Tu tu parenti, quem vides, luctum facis.
Hic ſqualor oris, hic fatigatâ jacens
Cervice crinis, veſtis hæc furva picem
Imitata noctis frontis hæ triſtes notæ
Tuum loquuntur mentis ingratæ nefas.
Ex quo paternos profugus exceſſi lares,
Aliena perſequutus, ô quantos miſer
Hauſi dolores! Nulla lux unquam mihi
Serena fulſit. Fœta gemitibus dies,
Nox fœta luctu: dumque fugientem ſequor
Terris, & alto; proh quibus feſſum malis
Egere caſus mille per vario plagas
Phœbo calentes. Preſſit Herculeus labor.
Quin & levare ſuetus ærumnas ſopor,
Pater mearum eſt. Viſus ô quoties mihi
Squallente vultu turbidam ſomni vicem
Rupiſſe! Quoties ore ſanguineo, Patri
Occurrit enſe foſſus, aut feris datus!
Quam per vagata cæde gens hominum ruit:
Tum varia ſeſe funeris imago tui
Objectat, & conterret, & toro excutit,
Horrida, cruenta, triſtis, illatabilis.
Veróſne luctus timeat, an vanos pater;
Tibi relictum eſt. Spectra funeſta excute:

Vitum appreſsũ ad pectus arctè ſtringit.

Patrióque tandem ſtatue mœrori modum.
Vit. *Levare luctum, qui capit, ſolus poteſt.*
Hyl. *Levare luctum, qui facit, ſolus poteſt.*
Vit. *Cali ſequutus juſſa deſerui patrem.*
Hyl. *Coli parentem juſſa num cali vertant?*
Vit. *Abſens colebam.* Hyl. *Mille qui patrem malis*
Abſens fatigat, num colit natus patrem?
Dio. *Pater eſt. Quid ultra quaris? I, propera: virum*
Aſſervet Aula. Victus hoc telo puer
In me recumbet. Me vocat regni labor.
Hyl. *Sed mitto crimen, mente nec memori fugam*
Retracto Gnate quidquid offenſa fuit,
Tranſierit. Ex hoc genitor ac pietas die
Redeant: ſupremum nube odorifera Iovem
Veneratus, ira fulmen Auguſta fuge.
Vit. *Solus triſulcum projicit fulmen Deus.*
Hyl. *Iupiter in athra: Caſar in terris Deus.*
Vit. *Vterque falſus. Vnicum & calo & ſolo*
praeſſe Numen mente verati poteſt.
Hyl *Te redde patri.* Vit. *Sum tuus.* Hyl. *Animum mihi*
Prabe obſequentem. Vit. *Iuſta ſi moneas, ſequar.*
Hyl. *Chriſtus recepto cedat excuſſus Iovi.*
Vit. *Haret medullis.* Hyl. *Nate, Circaos fuge*
Tandem ſuſurros. Error illuſum hactenus
Fecit nocentem: téque puerilis tenor
Abſolvit avi. Facinus hoc primum ſciens
Geres, paternam ſi ſerus calcas precem
Effare, Patri cedis; Vit. *Æterno,* Hyl. *Pater*

Quis ille? Vit. *Chriſti genitor aquavit Deus.*
Hyl. *O pertinacem mentis averſa luem!*
Per ſancta generis vincla, per nomen ſacrum
Nati, patriſque, pectoris peſtem expue.
Vit. *Nullam recipi.* Hyl *Per catenatos patris*
Miſeri labores: quóſque nutritor tuli.
Infantis avi, quóſque fugienti & vago
Vagus ipſe nato, & profugus impendi pater.
Mihi te reſerva, columen afflictæ domus,
Senis levamen unicum, & feſſis decus
Luménque rebus Vit. *Vivo, ni Cæſar vetet.*
Hyl. *Pare moneti, parcet.* Vit. *Ah! vetuit Deus.*
Hyl. *Moriêre.* Vit. *Votum eſt.* Hyl. *Cade Genitorem pari*
Extinguis. Vit. *Abſit.* Hyl. *Cauſa cui vita perit,*
Quid fata teneat? Nate jus vitæ ac necis
Mea, penes te eſt. Luce Genitorem frui
Vis? flecte mentem: Vis mori? perſta tenax.
Iam ſtatue. Vit. *Vi[illegible]at Genitor extentum, precor,*
Annóſus ævum. Quò vocat cælum, ſequor.
Hyl *Gelidus per artus horror attonitos meat.*
Non ſurdiorem naufragis cautem Thetis
Reciprocante tundit undarum vice.
Quæ me malignis fata ſyderibus agunt?
Ego te creavi? Rupe Caucaſeâ ſatum
Hircana tigris aluit, aut ſtygia nurus
Gremio receptum lacte paverunt ſuo.
Quò me remittis vipera? Ad noctis plagas
Ibo, ibo, ſed te comite. Furiarum domos
Unà petemus, quáque cognato ebrios
Cruore, pœnis cruda Teſiphone domat,

Illuc

Illuc feremur. En 1 tibi fatum gerens
Inſorme nodus, vinculum horrendum, patri
Aut cedis, aut occumbis. Etiamnum taces?
Pallidum vulgus nocentûm, tuque inexpleti ſator.
Mortis, atra noctis arbiter, ecce viperean ſacro
Moribundus animam 1 filii, & pater ſequor.
Urb. *Chriſti profane myſta, quid magico dolos*
Nodo recondis? 2 Lictor avulſum procul
Vigil repoſtâ ſervet excubitor domo.
Hac Chriſtianis Caſaris Ephebum ſacris
Imbuere, fraus eſt? Vit. *Eſſe ſi hoc reris nefas,*
In me minaci tela jactentur manu.
Servetur iſte fautor egregius Deûm.
Urb. *Fronte ſimulata fautor egregius Deûm.*

1 Faſciam ſericam velut in laqueum cõponit.

1 Laqueum injicit collo filii.

2 Faſciam eripit.

SCENA II.

Valerius, dum tentat Vitum vanis promiſſis ad Deos traducere, tantum non fit Chriſtianus.

VALERIUS, VITUS.

VALERIUS.

SUccumbe Vite, teque conſortem mea
Adjunge ſorti. Supplices levi manus
Affuſus aris tende. Ridentem explicat
Fortuna frontem. Caſar Attalicis parat
Opibus beare juſſa facientem ſua.
Corona ſtellis picta gemmatis caput
Decorabit: auro ſceptra nodoſo manum:
Humeros bis Afris tincta muricibus toga.

Dig-

Digitos Pyropi: latera numeroſus Cliens;
Euras Cothurni, tecta regali ſitu
Poſtes. Eburno ſic opum dives toro
Nitère, & aula ſyrmate trabaci ſolum
Verres beatus: dumque maturum dies
Adjiciet avum, Martis invicti capax;
Creſcamus ambo, lege vivendi pares.
Ubi terna vita ſtamen augebit ſoror.
Tum per tropha a, perque Romana inclyta
Virtutis artes, arma, Bellonam, tubas,
Ducti feremur, donec aquatum polo
Decus aſſequutos nivea componat quies.
Vit. *Generoſe princeps, grata muneribus mage eſt,*
Mens offerentis. Attamen fixum licet
Animo ſederet, qua rogas, pronum ſequi:
Nil influentis dona fortuna tamen
Senſum laceſſunt; illa nec pectus quatit
Regum ducumque febris, imperii appetens
Libido. Fallax vita, quam fronte extima
Latè micantem vanus irradiat nitor,
Nox atra mentis conſcia, & ſcelerum horrida
Caligo, mordax cura. Dirarum cohors
Exercet intus. Regnat in regno timor,
Eſt aula carcer: luxus in luctum trahens:
Diadema, cura: purpura; inſontum cruor;
Monile, vinclum: Sceptra, niſi juſtus regas,
Inſanientis armā. Lux vita, lutum:
Solium, cataſta: famulus, inimicus cliens:
Honor onus, aura gloria, voluptas merum
Mixtum veneno? Val. *Quas mihi peſtes canis?*
Expertus aulam dicta confuto. Vit. *Dies*
Adhuc ſerenes, molle vectigal, ſibi

De-

Depoſcit ætas primula : Imprudens, mali,
Et blandientis Tyro fortunæ, iubar
Solum intueris extimum, hoc felix ſatis,
Quod eſſe miſerum, quid ſit, ignoras. Citò,
Citò nimis, actus ſortis alterna rota,
Aulæ caducam pallidus gemes fidem,
Vt muſca rutila capta proſpectu facis,
Volat uſque circum, donec in flammam irruens
Exurat alas, ſeque præcipitem trahat,
Ita ſpecioſus quem tenet regni decor,
Olim peruſtus igne radianti labat.
Val. *Agis Catonem.* Vit. *Iuſtus audivit Cato.*
Val. *Mollis virentem luſus ætatem decet.*
Vit. *Virtus tenellam nobilis mentem decet.*
Val. *Hæc ſecta Chriſti.* Vit. *Secta virtutis.* Val. *Trucem.*
Dediſce legem, teque meliori Iovis
Submitte regno. Quid colis vanum Deum;
Cui nulla retro Numen adſcripſit dies.
Vit. *Cui ſempiterna Numen adſcripſit dies.*
Val *Haud ante notum?* Vit. *Notus à ſæclis Deus.*
Val. *At Chriſtus homo.* Vit. *Deuſque.* Val. *Quid prius?* Vit. *Deus.*
Val. *Deum quis hominem fecit?* Vit. *Ipſe ſe.* Val. *Deus.*
Se fecit hominem? Vit. *Nec tamen poſuit Deũ.*
Val. *Quid natus egit?* Vit. *Obiit.* Val. *An fato?* Vit. *Nece.*
Val. *Quæ cauſa facti?* Vit. *Scelera.* Val. *Quis tantum ſcelus?*

Vit.

Vit. *Ego, inque: chara gentis humanæ ſalus.*
Val. *Figmenta Cerebri!* Vit. *Fabulas vates canunt,*
Queis ludus olim Numinum immenſum gregem
Finxiſſe. Lucis caſſa mens! Credis Iovem
Præeſſe rebus, patre Saturno ſatum,
Prope parricidam; quem ſua tactum face
Vſſit Cupido, perque non licitos toros
Egit furentem, adulterum, inceſti reum,
Quis iſta cæcus? Quem recuſares patrem,
Divumne adoras? Cujus auditu horrida
Flagitia lex humana damnaret rogo,
Huic eſſe numen credis? O nunquam ſatis
Abominandus error! In meliùs refer
Conſilia Princeps; ſequere cognatæ decus
Virtutis; altam prætulit Cajus facem;
Prævivit; avi ſpecimen egregium ſui,
Suſanna virgo ſtirpis Auguſtæ jubar:
Sequere vocantes. Subeat excuſſo Iove
Chriſtus, Deoque pateat æterno ſinus.
Val. *Sinus pateſcit. At quis amentem furor*
Vrget, paterna ſponte ſub odia ſubjicit?
Quanta hinc ruina? Iure ſceptrorum excido,
Procerum relanguent ſtudia: fulgentis bona
Deperdo Romæ. Mollis expirat decor
Vernantis ævi, Speſque generoſa indolis,
Vt flos iniquo ſydere afflatus periit.
Quis fructus operi? Vit. *Vita felici fluens*
Ævo beatis fata deliciis, mali
Expers, bonique mater æterni. Val. *Sequar,*
Sequar vocantem. Vitæ. Quò ſequar tamen?
Vit. *Ad aſtra.* Val. *Lex.* Vit. *Suprema dum ſtabit. jacet.*

Val.

Val. *Edicta.* Vit. *Dum ſunt impia, refigi queunt.*

Val. *Cæſar.* Vit. *Tonanti paret invitus Deo.*

Val. *Pater.* Vit. *Supremum qui negat, non eſt pater.*

Val. *Mina.* Vit. *Timeri cauſa minitantem vetat.*

Val. *Tormenta.* Vit. *Fortis calcat, ubi virtus jubet.*

Val. *Nex.* Vit. *Nos beatos enſe ſi cadimus pari,*
Vitam parabit mors perennantem brevis?

Val. *Vt praliantes paſſa ventorum vices.*
Comis laborat quercus, atque anceps tremit
Boreæne an Euro cedat annoſum latus:
Sic fluctus animum vibrat alternus meum.
Largire ſpatium: ſolus expendam, pari
Hinc inde librâ, quem ſequi ſatius Deum.
Conſilia lentum magna judicium petunt.

Vit. *Effugia, Princeps, quaris. In oculos modo*
Veri coruſcat ardor, & ſpatium petis,
Deliberatâ lumen ut fugias morâ?

Val. *Succumbo victus. Vitus invitum rapit.*

SCENA III.

Valerius Urbano exprobrat crudelitatem in Chriſtianos, cæteraque flagitia; quæ nolentem cogit audire.

URBANUS, VALERIUS, EPHEBUS.

URBANUS.

R*Egredere Vite: Cæſar affatum petit.*
Ceſſitne palmam victus, an victor tulit?

Vit. *Ego, inque: chara gentis humanæ ſalus.*
Val. *Figmenta Cerebri!* Vit. *Fabulas vates canunt,*
Quæis ludus olim Numinum immenſum gregem
Finxiſſe. Lucus caſſa mens! Credis Iovem
Præeſſe rebus, patre Saturno ſatum,
Prope parricidam; quem ſua tactum face
Vſſit Cupido, perque non licitos toros
Egit furentem, adulterum, inceſti reum,
Quis iſta cæcus? Quem recuſares patrem,
Deumne adoras? Cujus auditu horrida
Flagitia lex humana damnaret rogo,
Huic eſſe numen credis? O nunquam ſatis
Abominandus error! In meliùs refer
Conſilia Princeps; ſequere cognatæ decus
Virtutis; altam prætulit Cajus facem;
Præivit; avi ſpecimen egregium ſui,
Suſanna virgo ſtirpis Auguſtæ jubar:
Sequere vocantes. Subeat excuſſo Iove
Chriſtus, Deoque pateat æterno ſinus.
Val *Sinus pateſcit. At quis amentem furor*
Vrget, paterna ſponte ſub odia ſubjici!
Quanta hinc ruina? Iure ſceptrorum excido,
Procerum relanguent ſtudia: fulgentis bona
Deperdo Romæ. Mollis expirat decor
Vernantis ævi, Speſque generoſæ indolis,
Vt flos iniquo ſydere afflatus perit.
Quis fructus operi? Vit. *Vita felici fluens*
Ævo beatis fata deliciis, mali
Expers, bonique mater æterni. Val. *Sequar,*
Sequar vocantem. Vite. Quò ſequar tamen?
Vit. *Ad aſtra.* Val. *Lex.* Vit. *Suprema dum ſtabit, jacet.*

Val.

Val. *Edicta.* Vit. *Dum ſunt impia, reſigi queunt.*

Val. *Cæſar.* Vit. *Tonanti paret invitus Deo.*

Val. *Pater.* Vit. *Supremum qui negat, non eſt pater.*

Val. *Minæ.* Vit. *Timeri cauſa minitantem vetat.*

Val. *Tormenta.* Vit. *Fortis calcat, ubi virtus jubet.*

Val. *Nex.* Vit. *Nos beatos enſe ſi cadimus pari,*
Vitam parabit mors perennantem brevis?

Val. *Vt præliantes paſſa ventorum vices.*
Comis laborat quercus, átque anceps tremit,
Boreæne an Euro cedat annoſum latus:
Sic fluctus animum vibrat alternus meum.
Largire ſpatium: ſolus expendam, pari
Hinc inde librâ, quem ſequi ſatius Deum.
Conſilia lentum magna judicium petunt.

Vit. *Effugia, Princeps, quæris. In oculos modo*
Veri coruſcat ardor, & ſpatium petis,
Deliberatâ lumen ut fugias morâ?

Val. *Succumbo victus.* Vit. *Victus invitum rapit.*

SCENA III.

Valerius Urbano exprobrat crudelitatem in Chriſtianos, cæteraque flagitia; quæ nolentem cogit audire.

URBANUS, VALERIUS, EPHEBUS.

URBANUS.

R*Egredere Vite: Cæſar affatum petit.*
Ceſſitne palmam victus, an victor tulit?

Val.

Val. *Ceſſit, tulitque; victor & victus fuit.*
Urb. *Ænigma texis.* Val. *Verba perplexis juvat*
Referre nodis, quando ſecretè ſinus
Mentis petuntur. Urb. *Cura me, Princeps, tui,*
Patriſque ſtimulant juſſa. Val. *Scrutari mea*
Arcana mentis? Urb. *Noſſe quis Vito micet*
Pulſus; quis animum tangat in Superos amor,
Val. *Haud major unquam.* Urb. *Victus an Iovem colit?*
Val. *Inceſtuoſum victor ejurat Iovem.*
Urb. *O pervicacem! Flagra ſacrilegum domant.*
Pateris inultus ore mordaci Deos
Sic inquinari? Sævit in Iovem puer.
Val. *Patior inultus ore veraci Deos.*
Sic vapulare: Sævit in truncum puer?
Ur. *Et oſſa & artus horror inopinus quatit.*
Et te veneni Vitus afflatu abſtulit?
Nec fulminantis tela genitoris times?
Val. *Tutela patri, tu minas, fulmen, faces*
Vulcanus alter cudis. Immerſum ſuo
Quod ſub cruore ſtagnet Imperium, ſcelus
Tuum eſt. Parentem, furia ſanguineum tuo
Reddis flagello. Urb. *Ferre diutiùs negat*
Rabies protervum, pectus effringit tumor.
Faceſſe procul hinc. Val. *Siſte ſceleratum* 1 *gradum.*
Ferrumne cernis? Cæſaris adjuro caput:
Hoc transadactus 2 *morere: ſi quoquam pedem,*
Donec perorem capta. Te ditis Popam,
Tigriſque paſtum lacte delectat cruor,
Cruor innocentum. Cajus heu ſanguis meus!

1 Injecta in collum manu detinet invitum.

2 Pugionē in pectus dirigit.

Te

Te ſenſit atrum cadis artificem ſua.
Senſit Suſanna, cujus innocua fluens
Cervice rivus, in tuos quondam ruet
Vindex medullas, teque ſubmerget Styge
His officinam. Urb. *Rumpor.* Val. *Auſculta*
ſcelus.
His officinam ſtruxit in fibris furor.
Crudelitatis carnifex dira furor.
Hoc fabricantur cordis implacidi ſinu
Feritatis artes mille; fornaces, rota,
Sartago, forceps, pecten, equulei, cruces,
Plumbata, faſces. ungula, crates, fera,
Immanitatis horrida ſuppellex tua.
At te Deorum ducit in curas amor.
Mentiris. Auri ſacra te rodit fames.
Te nidor Aulæ, te dapûm recens odor.
Te Veneris æſtus; dira te Bacchi ſitis
Agunt feruntque. Larva pietatis, Dii:
Præceptor artis, venter: Auguſti favor.
Objectus æſtu fucus. Haud aliud colis,
Quàm te Deorum Numen, aut Regum decus.
I nunc, Tonanti proximum jacta caput;
Aulam furore, ſanguine imperium reple.
Tandem ruinam faſtus ultricem trahet.
Eph. *Vrbane, Princeps; Cæſar ad ludos vocat.*
Urb. *Abjuro ludos. Habeo ludorum ſatis.*
Cùm volvit ira turbinem, neſcit premi.
Tamen prematur, Hora vindictam dabit.

SCE-

SCENA IV.

Diocletianus, mutato habitu perſonam celans, ac Vitum in Auguſti ſententiam pertrahere conatus, mirâ pueri conſtantiâ, & dicendi libertate repellitur.

DIOCLETIANUS, VITUS.

DIOCLETIANUS.

Benè eſt, recondor, mèque ſurreptum mihi
Mentitur alium vestis ignota ſinus:
Et ficta vultûs fingit alienos coma.
Hac forma mentis. Specimen agnoſco mei
Intus latentis; tecta Cæſarea domus,
Ex quo ſubivit ore ſydereo puer;
In Cæſare perit Cæſar. Alternus ſibi
Haud conſtat animus. Odit, ac rurſum ſui
Oblitus, ardet. Patior, heu! patior, ſcio;
Quid patiar excors, neſcio. In venas Deus
Deſcendit aliquis, albus, an niger, latet.
Si Veneris Infans, bella geminato ciet
Vtrimque telo, Vulnus haud unum facit.
Et plumbo, & auro feriet Inſenſum Diis
Odi puellum, pallida ut monſtrum ſtygis,
Ipſoque monſtri totus aſpectu tremo.
At quà ſerenum fulget in vultu jubar;
Purpura labellis ardet; in oculis pudor,
Nix fronte; multus vernat in vernis lepos;
Omniſque charitum fluxit in puerum ſavor;
Amare Vitum cogor invitus. Nova
Hinc verſat animum cura; quos tentem prior
Aditus, quis arte ducat in cauſam labor:
Vt par amantem redamet, ac Superos puer,
Et ecce præda! Qualis alarum vice

Su-

Suſpenſus agitur Falco, ſublimem ſecans
Æthera, ſolumque lumine intento legens;
Vt cum latentem fida perdicem canis
Levârit agro, devolet, roſtro impetens
Et ungue prædam: talis hic puerum moror,
Huc culta fandi vis & affatu potens
Suada; qualem blanda Sirenum cohors
Mentita luſus torquet in cautum rates.
Promiſſa primas ampla blanditias ferant,
Sydus juventa, grata pueritia roſa.
Meliorne menti ſenſus, an ſolitus manet?
„ Vit. *Conſilia ſpatio ſana firmari ſolent:*
„ *Inſana ſolvi.* Dio. *Corda niſi firmet rigor,*
Vit. *Hærere virtus, quo ſtetit, gradu ſolet.*
„ Dio. *Si firmus ille eſt. Qui loco fragili ſtetit,*
„ *Hærere neſcit. Mitto verborum vices.*
Si pateris; ore pauca non ficto loquar.
Te quando Romam melior excelſam Deus
Caſusve duxit: pande fortunæ ſinus.
Obſequere fatis. Aula ſuſcepit lare,
Auguſtus animo. Stas eo celſus loco,
Vnde alta quondam decora, regales opes,
Ipſumque rerum culmen injectâ queas
Prenſare dextrâ. Quantus Auguſto intimis
Sedeas medullis, ſolus ex omni ſcio
Procerum corona. Cæſari Vitus placet.
Tanto placere numini haud modicum reor.
Ergo ſalubris monita conſilii cape.
Submitte mentem, quoque Cæſarei vocat
Favoris aura, flecte non ſegnis ratem.
Auguſta Romæ Numina, ac Troja Deos
Præpone Chriſto. Vit. *Pereo, Viperea lues*

Inficit

Infecit aures; halitu afflavit caput.
Præpono Chriſto? Dira vox! lingua ſcelus!
Huc Cæſaris amor? Parce flagitio Deus.
Placui Tyranno. Tacitus auditu nefas
Hauſi tremendum. Nullus impulerit licet
Error volentem; penè ſum nocens tamen;
Quod tam propinquum ſteterit innocuo ſcelus.
Præpone Chriſto? Quidnam? An inceſtus Iovis,
Iunonis iram, Veneris impura faces,
Bacchi furentis Orgia; Gradivi tubas,
Cædes, furores? Cæterum an Erebo ſatum
Vulgus Deorum ſceleribus clarum ſuis?
O caſſa lucis pectora! Mentis ſtupor!
Hæc quiſquis uni monſtra prætulerit Deo.
Præpone Chriſto? Num ſuperbificas opes,
Ducum favores, ſceptra, delitias, dapes,
Et quidqid orbe Cæſar è domito legit,
Pretioſum & ingens; Vile perfidiæ lucrum?
Quid pompa rerum? Grande quid regũ iubar?
Ros, unda, fluctus, ſpuma, bullarum tumor,
Nubesq; & imber, & lutum, & cinis, & nihil.
Ros eſt; in undam mixtus Oceano migrat.
Tumeat procella; fluctus ex unda furit.
Illiſus alno fluctus in ſpumam ſalit.
Quid ſpuma? Zephyro fœta ſub bullam tumet
Attracta Phœbo bulla fit cæli vapor,
Vapor premente frigore in nubem coit.
Nubes in imbrem decidit, crebro pede
Subactus imber ſemet in lutum refert,
Areſcat æther, pulvis è luto volat.
Pulvis protervis exhibet ventis iocum.
Hinc Aquilo partem difflat, hinc partẽ Notus.

Pars

Para ceſſit Euro, præda pars Zephyro fuit.
Sic orbe ſparſus fertur immenſo cinis.
Cælo, ſolo, ſaloque. Cùm venti ſilent;
Periêre. Quo ſe pulvis? In priſcum redit
NVSQVAM, NIHILQVE. Vane proh mundi nitor!
Huc mentis aſtus? Huc catenatus labor?
Hoc animus aſtris natus inſequitur NIHIL?
Hoc tenue, caſſum, inane, tenebroſum NIHIL
Præferre Chriſto, ſumma cui virtus BONI
PVLCHRIQVE, luce ſemper accenſa micat?
Avertat Æther. Potiùs Auguſtam domum.
Procerum favores, regna, blanditias, opes.
Et quidquid uſquam grande Romano latet.
Vbique mundo, Chriſte poſthabeo tibi.
Dio. *Periculoſa mentis indomitæ moves*
Decreta. Vit. *Spretus Auguſti favor*
Par eſt furori. Vit. *Spretus Auguſti furor*
Par eſt favori. Dio. *Par inexperto puer.*
Regum furorem ſequitur à tergo dolor.
Vit. *Sic eſt: furentem punget Auguſtum dolor.*
Dio. *Punget rebelles.* Vit. *Cæſar immani Deum*
Bello laceſſit. Dio. *Bella dum Chriſto movet?*
Vit. *Dũ bella Chriſto, bella Chriſtiadis movet.*
Egon' ut favorem belluæ immanis ſequar?
Cui corde ferrum, & ignis, & dira necis
Laniena? Fuſus quem tot inſontum cruor,
Orbiſque latè ſanguine innocuo natans
Abominandum reddit? Dio. *Æternas poli*
Adjuro flammas: Cæſarem nullus tenet
Amor cruoris. Vna ſollicitat Deum
Religio, priſcum gentis Auſoniæ decus,

Io-

Io[..]iuque pietas: quem triumphati memor
O[r]bis, perenne Roma præſidium colit.
[H]inc in Deorum cogit inimicos amor
[L]axare fulmen, cujus ultricem potes
Evadere alam, thure ſi modico Iovem
Venerêre pronus. Pare, & arbitrio tuo
Tibi fata finges. Vit. *Finget arbitrio ſuo,*
Qui cuncta finxit. Nec puta munus Deûm
Roma triumphos. Ille, quem Chriſtus patrem
Agnoſcit, æquum Numini. Numen, Deus.
Q[u]i ſceptra Regum verſat, & regnis modum
Metasque ponit: ille terrarum dedit
Teucris habenas: non ut è trunco Deos
Malè ſana Roma fugat. O curvas nimis
In vana mentes! Vnus imperio ſolum
Calumq; frenat Chriſtus. Huic quidquid legit
Arabs odoris, libo, nec micam Iovi.
Non ſi micantes dives in ſinum Tagus
Ingerat arenas, aut ſuperbificâ manu
Vtramque Solis moliar Cæſar domum.
Non ſi per artus cuncta laniatos eant
Tormenta; non ſi totus imperii fragor
Detonet in unum. Quid miſer Chriſtum ſtudet
Auferre Cæſar? Quid gregem ferro inſequi?
Frendeat Avernus creſcit è damnis amor:
Sobolescit ipſis aucta carnificum malis
Gens Chriſtiana. Tela per & ignes viret,
Ceu paſſa cultros arbor in comas abit,
Multaque fœnus fronde numeroſum refert.
Qua ſors Tyrannos interim immanes rapit?
Teſtare Roma. Primus in Chriſtum ferox,
Evomuit animam cæde quæſita Nero.
Cuſpis Domitium cæca: Trajanum intimos

Populata ſenſus cura demiſit Stygi.
Trux Adrianum torſit in mortem ſiti
Hydropsque dirus: nec tulit fortis necem.
Deliberata carpſit Aurelium fames,
Suo incubantem funeri, & curis gravem.
Vitam Severo carnifex pedum dolor,
Mixtusque luctu mœror evulſit fibris.
Decium Tyrannos inter immanem palus
Vltore fluctus merſit, humani vicem
Penſans cruoris. Captus hoſtili manu
Valerius, hoſtis ſubdidit pedibus caput,
Clauſitque miſeros, turpe mancipium dies.
Hac ſors Tyrannos, bella qui Chriſto gerunt,
Inſequitur atrox. Poſt tot ultoris Dei
Exemplar: crudas pergat in Chriſto gregem
Feritatis artes cudere: humano ſolum
Cælumque tingat ſanguine, & dira nece
Diocletianus. Inſtat à tergo Deus,
Atrocioris fortior vindex mali.
Dio. *Diocletianum ſervat aſtrorum favor.*
Tu ſenſa mentis verte, ne pereas puer.
Vit. *Si verto, pereo; Chriſtus æternum placet.*

SCENA V.

Lupus Papino Hylæ famulo perſuadet, ut Herum palam accuſet, quòd ſit occultè Chriſtianus, & Sacerdos: Vitumque magicis artibus à Diis avertat.

Lupus, Papinus.

AGE nunc Papine; Fata nos pulchrum vocant
Ad facinus. Auro poteris ingenti ſinum

Cumulare felix, téque de medio erutum
In celſioris ferre fortunæ gradum.
Pap. *Exprome, quam me tantus in ſortem trahas*
Promiſſor. Lup. *Arctam poſco ſecretis fidem.*
Pap. *Spondeo:* Lup. *Voveſque?* Pap. *Voveo juratus fidem.*
Lup. *Adverte mentem, Vana, quem ſequeris, Herum*
Spes ludit. Aulam fallere ignotâ ratus
Sub veſte, patuit. Nota Cæſaribus viri
Nomen genuſque. Nota proceribus domus.
„ *Tacitus latere ſingulos quivis poteſt:*
„ *At nemo cunctos. Fama regales colit*
„ *Ardua penates. Quidquid innumeris legit*
„ *Luminibus. Aure quidquid arrecta bibit,*
„ *Spargit per aulam prima. Nil Reges latet.*
Hæc nunc ab oris narrat Ætnæis Hylam
Adeſſe, cenſu nobilem atque auro virum,
Sed Chriſtianum, déque Myſtarum grege
Pecoris Magiſtrum. Regiam furto ſubit,
Vitum ſequutus; Iamque mentitum gerens
Cum fronte nomen firmat occultis ſuum
Monitis alumnum, neque Chriſtiadûm choro
Faciês malorum avertat: & puerum Diis
Tandem reponat. Pap. *Prô venenatas Deæ*
Fauces! per omnes fœda mentitur ſonos.
Eludit aulam dira cantatrix mali:
Pleniſque falſi. Fama criminibus, virum
Premit innocentem. Culpa nec famam notat.
Infecta factis, illa nunc veri tenax,
„ *Nunc avida vani, miſcet. Eſt aula ſcelus,*
„ *Nunquam per altas veritas gradiens domos.*
„ *Falſi-*

„ Falſique ſummis grata proceribus fides.
Per ego Deorum quidquid eſt uſquam: ſacros
Cæli per ignes juro: quem memoras virum;
Hylam nec eſſe; gente nec Sicula ſatum;
Nec Chriſtianum. Nemo ſacrilegum genus
Sic exeeratur. Nemo ſic peſtem fugit.
Lup. Quo pergis uſque mentis ambiguæ dolos
Verſare? Superas voce perjura invocas.
Pap. Si falſa jurem: Falſa jurantem ſinu
Tartarus hiulco mergat, ac pœnas petat.
Lup. Quæ cauſa Romam, caſus an virtus, tulit
Pap. Virtus. Fugacem ſequitur à tergo, ſua
De ſtirpe puerum: quem Diis raptum ſenex,
Senex veneno pariter & cantu potens,
In Chriſtianos retulit. Lup. Huc ergo ſedet
Vertiſſe curas. Grande juratus parat
Auguſtus aurum, quiſquis Æneadum ſacris
Latióque puerum finxerit amicum Iovi.
Tuus iſte labor eſt. Mox ad Auguſti forum
Vincti trahentur ambo. Confictis Herum
Criminibus urge. Teſtis adjura, palam
Adolere Divis thura, clam Chriſtum ſequi.
Hunc eſſe, quidquid ore perjuro neget,
Myſtam profanæ gentis. Vnius dolo
Vertiſſe mentem, ſeque Chriſtiadum Deo
Vitum ſacraſſe penitus; & ne quis timor
Etiam regentis fræna terrarum, domet,
Flectánve puerum dona? cum ſtygio Iove
Auſum paciſci. Tal bus virum preme,
Queis efferatus jubeat ad flammas agi
Auguſtus, arte ni recantata puer
Chriſtum peroſus; repetat Auſonia Deos.

Pap. *Hoc tu nefando ſuggeris monitu ſcelus?*
Lup. *Quod perpetranti vertit in lucrum ſcelus*
Tu quæſtuoſum facinus haud ſcelus voca.
Pa. *Sons innocentem perdat?* Lu. *Ingentis boni*
Spes certa ſontem abſolvit. Pap. *Et famulus Herum?*
Lup. *Etiam parentem, tanta dum merces vocat.*
Hæc ſumma famuli cura, famulari ſibi, (cet;
Pap. *Me nulla pietas?* Lup. *Vmbra pietatis pla-*
Non ipſa virtus. Pap. *Nullus avertat pudor?*
Lup. *Audacia viro: virgini placeat pudor.*
Pap. *Virum putemus, ore qui turpi Deos*
Homineſq; mendax luat, immeritum necans?
Lup. *Illuſtre virtus nomen à viris habet.*
Virtutis eſt, prodeſſe, cùm potes, tibi.
Pap. *Premere innocentem, jura naturæ vetant.*
Lup. *Natura quidvis, quo tibi proſis, jubet.*
Pap. *Leges reclamant.* Lup. *Summa lex, animus ſibi,*
Voluiſſe, jus eſt. Pap *Gentium ſcita improbant.*
Lup. *Gens nulla, quiſq; ne ſibi ſtudeat; cavet.*
Quid verba ventis? Iura, lex, pietas vetent;
Natura contra clamet; obſiſtat pudor:
Homines Deique frendeant: Orcus fremat:
Iuvat lucrari. Dulcis eſt auri furor:
Formoſa merces. Stultus eſt, quiſquis ſuis
Conſulere rebus neſcit, ubi tempus monet.
Sed nec timendum. Fata ſervabunt Herum.
Quo Cæſar urget, ante ſe flectet puer,
Quàm ferat amicũ cæde truculenta opprimi.
Sin perſtet irreflexus: Arcebo necem,

Nodos

Nodos retexam Cæſari, atque Hylæ fidem,
Pronumque Divis pectus ex vero canam.
Pap. *Vincis, Lupine, vincis. In tuas migro*
Converſus artes. Pulchra conſilia ſequar.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

Pulcherellus & Otho, Epheborum primi rumpuntur invidia ex eo, quòd Cæſar Vitum tanti æſtimet.

PULCHERELLUS, OTHO, EPHEBI.

PULCH.

ÆGreſco totus, rumpor, & cæco fibras
Depaſcor alite. Torquet immenſum dolor.

Oth. *Quæ Pulcherellum cura: quid vexat mali?*

Pul. *Te fugiat unum cura, quæ cunctos premit?*
Pellimur. Ephebos priſcus Auguſti favor
„ *Destituit omnes.* Oth. *Aura: quà ſpirat, fugit.*
„ *Pennata ſors eſt.* Pul. *Vnus è trivio puer*
Totum veneno Cæſarem appoſuit ſibi,
Totumque victor poſſidet ſolus Deum.
„ Oth. *Ceſſurus altri citius. In fluxu Ducum*
„ *Favor eſt. In aula nemo quà ſubiit, ſtetit.*
Pul. *Heu fuimus, Otho, fuimus! In noſtrum novus*
Succeſſit hoſpes omine infauſto locum.
Nil jam venuſtas, forma nil vernans juvat.
Nil mollis ætas. Prô Ducum nimium leves

„ *Animos, eodem ſtare difficiles gradu,*
„ *Mutare faciles!* Oth. *Alius ex alio vagum*
Pellicit amorem frontis oblata nitor.
Pul. *Vix ſubiit aulam, vix in aſpectum tulit*
Se Vitus: ardet Cæſar, & ſui immemor
Naſtrique, totos laxat in puerum ſinus:
Novusque amores pepulit antiquos amor.
Oth. *Sic Zephyrus Eurum trudit; & Boreas Notum.*
Pul. *Et patimur uſque? patimur? & noſtris nitens*
Spoliis triumpat hoſtis? O lentas nimis
In odia mentes, lentior in ictum manus!
Quis mihi ſorores Tartaro ultrices vehat?
Quis omne Ditis agmen? in furias agor.
Vnus Cyclopum natus è fumo puer,
Alumnus Ætnæ, toſtus Enceladi nepos,
Me Pulcheri illum, Solis æquantem jubar,
Me fronte vincat, teque ſyderibus parem!
Nos unus omnes Regis excutiat ſinu,
Rapiatque plauſum ſolus, & totam ſibi
Tranſcribat aulam? Dira me rabies edit.
Diſrumpor, Otho. Mordet invidia jecur.
Nec ferre vivus potero ſurreptum mihi
Cæſaris amorem. Fata niſi felix parent
Malo levamen, morte prævertam probrum.
„ Oth. *Medicina morbo pejor eſt vitæ fuga.*
„ Pul. *Satius ſemel perire, quàm ſemper mori.*
„ Oth. *Vtrumque miſeris ultimum in rebus malum.*
„ Pul. *At non ſupremum.* Oth. *Morte nil juveni poteſt*
„ *Accedere gravius?* Pul. *Vita, quam carpit dolor.*

„Oth.

,, Oth. *Senē dolores: læta frons juvenem decet.*
,, Pul. *Frons eſſe læta renuit, ubi pectus dolet,*
Oth *Altè latentem ſæpè frons curam tegit.*
,, Pul. *Latêre neſcit livor,* Oth. *Occultum premat*
,, *Animus dolore major,* Pul. *Vt alios tegat*
,, *Mens alta luctus; nemo livorem tegit,*
,, *Se carpit ipſe primus, & ferox ſui*
,, *Tortor, medullas, oſſa, venarum ſinus*
,, *Populatur intus. Hinc vel invitus meat*
,, *In aperta rerum. Pallor in genas migrat,*
,, *In ora macies: quoque ſe condit magis,*
,, *Invidia, toto perſtat in vultu magis.*
Hac me maligno torquet incurſu Dea.
Horreſco Vitum: Placuit Auguſto puer.
Et video, & intabeſco. Non alia manet
Sors Pulcherellum, peſte quàm lenta mori.
Oth. *Ne metue. Vitum mille ſternemus modis.*
Eſt Chriſtianus Regium cantu genus
Magicaque ſucco ſtirpis ad Chriſtum abſtulit
Hinc ira patris. Hinc in artificem doli
Fulmen facéſque.

SCENA II.

Diocletianus ferro inſequitur Valerium, & metu à Chriſto ad Deos revocat, Ephebis fruſtra Vitum accuſantibus.

VALERIUS, DIOCLETIANUS, PULCHERELLUS, OTHO.

Val. – PArce. *Proh Superûm ! fidem!* [1] Pugione vel baculo Valerium inſequitur, Is poſt Ephebos ſe abſcondit.
O parce genitor. Dio. *Occuba, inviſum caput!*

Val. *Succurre pubes. Pereo Genitoris manu:*
Pul. *O ſiſte dextram Cæſar.* Dio. *Occumbat ſcelus.*

2 Ephebi ſe interponunt, provoluti in genua.

Oth. *Me cæde, princeps, me 2 feri: Nato abſtine.*
Dio. *Hoſtem Deorum perdo.* Pul. *Progeniem tuam.*
Dio. *Ejuro nomen: ſtirpis ejuro genus.*
Pythone genitus patre nil geſtat mei.
Te lerna, te ſeptena nutrivit ſinu
Bellua: repaſtus lacte vipereo tumes,
Spectate monſtrum mentis ingratæ; Patrem
Deosque fugiens, caſtra leſſeidum ſubit.
Ergone largos fando Circæa luis
Hauſtus bibiſti? Tene Chriſtiadûm capi
Stygio ſuſurro? quamque creſcentem parens
Abolere peſtem viribus totis parat;
Sinu receptam Natus amplexu fovet?
Mihi te reſervas perfide? Nec unus times
Patris timendas omnibus terris faces?
An eſſe tutum credis Auguſto ſatum;
Quiſquis Deorum numen abnuerit, ſtygem
Iuro, Tonante ſit licet natus Iove,
Tamen peribit. Ipſe ſi tabem inſcius
Chriſti imbibiſſem, morte ſanarem ſcelus,
Et cor nocentis ebrium inſtinctu Dei,
Scrutatus uncis manibus, evulſum darem,
Et tu parentis nomen Auguſti gerens,
Specimenque nullum, Gentis Auſoniæ Deos,
Trojæ penates, inclytum imperii decus,
Quæis Roma rerum domina, terrarum Dea,
Debet triumphos orbis; averſus fugis?
His patibularem cæca numinibus Deum,

Mens

Mens anteferre potuit? O ſœdum neſas!
Egon' ut in iſtas ſceptra tranſmittam manus?
Tibi culmen orbis, frœna tibi rerum parem?
Pungum jubebo potius ad regnum vehi,
I ſpuria proles: Regis aſpectum fuge.
Deſertus aulam linque deſertor Deûm.
Val. *Miſerere Genitor.* 1 *Patris offenſi dolor* 1
Urit medullas. Dio. *patris offenſi furor* Flexis
Stimulat medullas. Val. *Fateor admiſſum* genibus.
nefas: 2
Patrémque veniam pronus admiſſi rogo. Iterum
Dio *Procul* 2 *hinc nefando perfuga Deorum:* Valerium
procul aggredi-
Fugam capeſſe. Sera poſt tantum ſcelus tur. Se
Venia rogatur. Val. *Cuncta ſupplicibus colam* rurſus in-
Votis Deorum numina; exoſus novum terponũt
Sine lege numen. Pul. *Parce* 3 *proſtrato Deus.* Ephebi.
„ Oth. *Ignoſce princeps. Primus inſontem facit* 3
„ *Error. Iuventa labis extenuat notam.* Flexis
Si quid patratum ſceleris, eſt Viti nefas. genibus.
Circes alumnus ſpargit afflatu luem,
Aulamq; miſcet. Pul. *Dictu & auditu horreo,*
Quemcunq; ſando pepulit, ad Chriſtum trahit,
Hic, Caſar, hic eſt: prolis eversor tuæ.
Nil auſus iſte. Dio. *Quid queat cantu puer?*
Quid arte fretus Theſſala? Ingenii 1 *vaga* 1
Levitas, Deosque pronus in vetitos amor Alloqui-
Te rapuit ultro Vitus ad noſtras brevi tur Vale-
Tranſcriptus aras, regiam ornabit domum; rium.
Addetque ſoboli mixtus Auguſtæ decus,
Inter minores fulget ut Phœbe faces.
Sed eſto: veniæ demus immerita locum.
Exurge: téque peſte ab inviſa ocyùs

Q 5 *Purga,*

Purga, repurga: mille votivi gregis
Mactentur aris capita; ne ſceleri parum
Detur piando ſanguinis, Ad aras vola:

SCENA III.

Pulcherellus & Otho acerrimis ſtimulis excitant Valerium contra Vitum, quaſi inſidiantem Imperio.

PULCHERELLUS, OTHO, VALERIUS.

PULCHER.

ADdetque ſoboli mixtus Auguſte decus,
Inter minores fulget ut Phœbe faces?
Rabie tumeſco: vultur in fibras furit.
Hoc eſt profectò, mente quod tota horrui
Amore capti captus Æneadum arbiter.
Fremant Ephebi: latera proceribus crepent:
Valerius ilia rumpat. Imperium puer
Siculus amoris pariter & regni tenet.
Sit Chriſtianus: oderit acerbus Iovem:
Quidquid Deorũ eſt, ſpernat: Auguſto tamen
Fulget, minores inter ut Phœbe faces.
„ Oth. *Non prava rerum: non videt nævos amor.*
„ *Sis angue, ſis dracone, ſis pejor Styge.*
„ *Pulcher es amanti: Cæcus eſt Veneris puer;*
„ *Semperque veri numen excludit favor.*
Valeri, quid hæres? nec recedentem vides
Genitoris auram? Dubia ſors pennas quatit,
Abitura forſan, ni citò injectâ manu
Prenſes fugacem. Pul. *Vitus Auguſti occupat*
Nunc pectus, olim ſceptra: nec juſtas moves
Ad arma furias? Pateris occultum domi
Succreſcere hoſtem, fraude qui quondam ſua,

Te

Te ſpoliet aula, patre, regali toro?
Hac pateris excors; vindices necdum paras
,, *Manus, nec artes?* Oth. *Levior initiis labor*
,, *Medetur. Ignem, cinere dum tectus latet,*
,, *Obruere promptum: fudit ubi cælo comam,*
,, *Opesque rapto duxit, incaſſum opprimis.*
In limine malum eſt, Vitus Auguſto placens;
Dum tempus, obſta. Iacula, ſi metuas, palam
Torquere, furto ſparge per venas luem.
Tellus & æther ſat venenorum creant.
Val *Nil metuo. Monitis tempus haud iſtis eget.*
Immota regni fata Valerio manent.
Nota Genitoris viſcera. Pepercit reo,
,, *Natura patrem revehit. Æternum Diis*
Iuratus animum ſervat, in Chriſtum ferox.
At Vitus odio inſequitur immenſo Deos,
Hæretque Chriſto, certus immanem prius
Ferre lanienam, quàm datam minuat fidem.
Hos rumpat obices; rumpat obſtantes amor
Nodos? Puello certa pernicies adeſt.
Oth. *Nec vim, nec aſtus cuncta pollentis senes.*
Princeps, amoris. Quidquid eſt uſquam arduum,
Difficile, durum, implexum, ineluctabile,
Ceſſerit Amori. Iunge Circæa vias
Artis, magique carmen. & vires doli,
Queis implicatum Vitus Auguſtum trahet,
Vertetque, quò fraus tulerit. Hinc metam vide.
Siculus cupitum ſcandet in ſolium puer:
Valerius aulâ pulſus, exilium ſubit.
Val. *Siculus Charontis ſcandet in cymbam puer.*

Digitized by Google

In fruſtra potiùs ibit & cineres puer.
Adeſte comites, mente peragamus pari,
Quo ſubitus hoſtem perdat exitio furor,
Pul. *Tandem jacentem ſtimulus arrexit feram.*
„ *Sit quemq; terret, cuique commenſus timor.*

SCENA IV.

À Scenæ latere ſedet Imperator cum ſuis.

Geneſius, Hiſtrio percelebris, mercede conductus ad irridenda ſcenicè chriſtiana Sacra, coram Imperatore, Vito præſente, repentè fit Chriſtianus.

Tota cum Vito Aula.

PROLOGUS.

AVguſte Princeps, maximum mundi jubar;
Geneſius æger, perque Chriſtiadum ſacra
Nactus ſalutem, dabitur. Attentus fave.

Prologus Geneſius, ſuper lectum decumbens.

Pro. *Geneſius æger? Ecquid expertus mali?*
Gen. *Abdomen,* 1 *alto carnis exſtructum ſitu.*
Hac impeditus mole, ſeu vaſta Gygas
Suppoſitus Ætna, volvor huc illuc miſer.
Nec ſomnus oculos, grata nec mentem quies
Reficit. Quis arte præpotens medica levet
Immane dorſum ventris? Pro. *Implora Deos:*
Iovem fatiga precibus. Optatam feret
Opem; procerâm carnes imminuet jugum.
Gen. *Sator Deorum,* 2 *voſque ſyderea domus*
Numina: medelam ferte. Geneſius jacet
In ſe ſepultus, crevit in tumulum ſinus.
Congeſtus extis agger oppreſſum tenet.

1 Geneſius admodum ventricoſus.

2 Sublatis manibus,

Di-

Diruite molem: ſidat in planum tumor:
Sternatur Apenninus. Accurrat ſalus.

Mercurius de cælo.

En ſtellifera 1 *miſſus ab arce,* 1 Deſcendit in nube.
Porto parentis mandata Iovis,
Age, mordaces animo curas
Pelle: malorum certus Olympo
Properat modus. Agnatum ventri
Tuber, in arctas concidit oras.
Veniet membris optata ſalus.
Tumor inflatos deſeret artus,
Rurſumque ſuo limite clauſum
Capiet primos corpus honores.
Sopor interea rore madentes
Explicet alas; volitanſque ſuper
Dulci 2 *claudat lumina furto.* 2 Virga ſoporifera Geneſii oculos tangit.
Ades, ô rerum jucunda quies.
Ades, ô domitor Somne laborum.
Serpentigera prende cacumen
Virga. Feſſos inde ſub artus
Oculoſque 3 *ſubi. Blanda Geneſium* 3 Iterum tangit.
Foveat requies: nec penna priùs
Te Cymmerias tollat in oras,
Quàm ſua ventrem menſura liget.

Dormiente Geneſio.

Mer *Nunc quos ab avo notus herbarum vigor*
Medicaque virtus artis illuſtres dedit,
Seu vos Deorum teneat in catu polus;
Seu lata potiùs nemoris Eliſii juga,
Quamcumque mundi colitis alterius plagam,
Adeſte protinus. Vrget imperium Iovis.

Apollo, Æſculapius, Machaon, Pæon, Chiron, Melampus, Geneſius.

Mer,

Digitized by Google

Mer. *Inventor* 1 *artis ducit hinc Phœbus chorũ*
Phœbique natus, Æſculo 2 *nomen trahens.*
Illinc, avo, patrique non impar gradum
Infert Machaon. Iungit huic Pæon latus,
Chiron Melampo comite, poſtremus ſubit.
Iuſſu Tonantis, agite Geneſii prius
Erigite mentem. Terra numeroſo tremat
Plauſu: choreas animet; ad pleƈtrum chelys.
Nunc alia poſcit cura: ſat choreis datum.
Sanandus æger 4 Apo. *Fare, quid vexat mali?*
Gen. *Dii ſoſpitales: cernite: antrorſum tumet*
Seſquipede gibbus. Pondus immenſum gero,
Farcimen ingens viſcerum. Hac 5 *fude arduam*
Fulcire molem cogor. O ſi quis levet,
Gracilemque reddat, adipe deterſo, Deus!
Apol. *Abdomen opere tentat aſſiduo labor.*
Æſc. *Famem labori junge. Nil parcâ dape,*
Iejunioque turgidum ventris globum
Citius repreſſit. Mac. *Semper eſuriem ſitis*
Comitetur. Pæ. *Hauſtus fonte de puro latex*
Modicè trahendus. Ch. *Vna ne Bacchi aridum*
Tingat palatum gutta, ſollicitus cave.
Mel. *Metire ſomnum. Pervigil noctes trahe,*
Nec te profundus mergat, ut lethum, ſopor.
His veniet olim certa remediis ſalus.
Apol. *Siccabitur vorago ſubtracto diu*
Humore. Æſc. *Demptis venter alimentis cadet.*
Gen. *Hæccine malis medela? perpetuus labor;*
Sitis, famesque? fonte de puro latex,
Baccho fugato? noctis inſomnes moræ?
Vos conditores artis, & medicæ inclyti
Virtute? Ruris vos ab Eliſii ſolo
Heroës? Arce vos ab ætherea Dii?

Spe-

1 Prodeunt alius poſt alium tripudiãtes.

2 Æſculapius.

3 Sonante muſicâ choreas ducunt.

3 Finitâ choreâ accedunt ad ægrum.

5 Oſtendit bacillum.

Spectra Phlegethontis potiùs. In ſtygias 1 procul
Faceſſite domos. Ite furialis plaga
Lemures. Averno ferte medicinam Iovi.
Iejunus umbras venter & manes alat.
Spes alia fulſit. Major optatam Deus
Spondet ſalutem. Sacra Chriſtiadum dabunt
Quam quæro ſortem, meque reſtituent mihi.
Quis mihi ſacerdos latice vitali eximat
Concreta vitæ ſcelera? Chriſtiadum Deus,
Tendo 2 ſupinas ſupplici voto manus.
Si juſta poſco: mitte, qui ſacro caput
Aſpergat amne. Sum tuus, fremat licet
Quidquid Deorum cæca gens Roma colit,
Sum Tyro Chriſti.

1 Exiliens è lecto, baculo abigit.

2 Flexis genibus, oculisque & manibus ad cælum ſublatis, unus è grege

Hiſtrionum ſuperpelliceo & ſtolâ amictus, Sacerdotem Chriſtianum ſe ſimulat.

Sacer. —— *Nate, quod tantis Deum*
Precibus repoſcis; Chriſtus en ultro refert.
Gen. *Bene* 1 *apprecare pater, & optatam Diu*
Inſperge lympham. Summa votorũ eſt, gregem
Augere Chriſti. Sac. *Credis æquævum patri*
Natum, Deoque profluum à ſummo Deum;
Et par utrique Numen æterno calens
Ardore? Gen. *Credo, quidquid arcana latet*
Folio ſub omni legis. Sac. *Ejuras Deos,*
Deaſque latiæ gentis? Gen. *Ejuro.* Sac. *Pudet,*
Pigetque vitæ, ſcelere numeroſo gravis?
Ge. *Pudet pigetque. Criminũ immenſus dolor*
Vrit medullas, corque repetitis 2 *ferit*
Vulneribus. Imbrem fer ſalutiferum pater.
Affuſus imbrem genibus æthereum peto.
Sac. *Quando ſalutis avidus æternæ rogas:*
Te luſtro: 3 *te felice lympharum undique*
Perfundo rore.

1 E genibus petit.

2 Tundit pectus, flet, &c.

3 Multum aquæ in faciem & caput aſpergit.

Pro-

4 Obſtupeſcit.

Prodeunt duo Angeli & utrumque Geneſii latus cingunt.

Gen. *Membra percellit 4 pavor.*

5 Porrigitur è nube manus ſuper Geneſium.

Receſſit animus. Porrigit nubes 5 manum.
Stat hinc & illinc ore ſydereo puer.
Vbi ſum? Ang I. *Nefandi geſta 6. Geneſii vides.*
His exaratam conſpicis vitam notis.

6 Oſtendit librum apertum fœdis characteribus plenum.

Nigreſcit omnis pagina. Haud ficto tamen
Mentis dolori ſcelera donavit Deus.
2. Ang. *Hic vel jocoſam ſparſus in ſpeciem latex*
Deterget omnem cordis impuri luem.
Teſtis nitorem 1 verſus inniveum liber.
Nil ſuperat atri. Candor in foliis micat.
Sic perge felix: Palma certantem manet.
Sac. *Quid obſtupeſcis? Nunquid 2 undarum ſatis*

1 Eundem librum apertum exhibet deletis characteribus nitidiſſimũ.

Fudimus in ora? Gen. *Siſte ſacrilegam manum,*
Tartaree Myſta. Sacra 3 Chriſtiadum hactenus
Irriſor execrandus expoſui joco,
Sanniſque Romæ, Luſit in Chriſtum lepos,
Luſère Mimi. Tempus, infandos nimis
Poſuiſſe ludos. Alia Geneſium vocat
Perſona. Pectus melior inſedit Deus.

2 Plus aquæ tentat aſpergere, ſed inhibetur à Geneſio.

Ignoſce Cæſar, Chriſtus ejecto Iove,
Diis abdicatis, mente me tota rapit.
Sum Chriſtianus. Dio. *Cæſarem in ſcenam trahis?*
Age cum popello Mime, Gen. *Sat mimis datum.*

3 Jam fert.

Me

Me ſeria regunt. Scena Romulidûm, vale.
Sum Chriſtianus Dio. *Pergis Auguſtum ioco*
Ludere? Gen *locorum pono ludibrii modum.*
Quod ſum? Quod eſſe Chriſtus arcano dedit
Monitu, Theatra teſtor. In Chriſti gregem
Tranſcriptus, animo totus in Chriſtum feror.
Hanc nulla mentem pretia: non regum favor,
Non vis minave, non per atroces diu
Mors tracta pœnas, vertet. Immineat licet,
Quidquid malorum ſævus invenit furor,
Sum Chriſtianus Dio. *Seria exagitat virum*
Rabies? an aſtu peragit antiquo ſales?
Vit. *Auguſte, ſeria verſat. Ad noſtras migrat*
Repente partes Legis hic noſtræ vigor;
Sint dura ſint averſa, ſint impervia.
Subigit vel uno corda momento Deus.
Gen. *Quam dicta nequeunt, geſta concilient fidem.*
Tu Graia 1. *Meretrix, Orbis exitium rue.*
Rue turpe ſcortũ? Dio. *Prô nefas! dirum nefas!*
Peri 2 *nefande.* Gen. *Veneris inceſta caput,*
Eliſit, actus impetu cæco furor.
I, tunde 3 *praceps ore, quam fœdas humum.*
Dio. *Turget furore pectus. In rabiem Deus*
Me vertat aliquis: dente crudeli Tigrim
Laniabo vivam. Noſtra Geneſii dolus
Vt impiârét arma? Carnificem Dea,
Cui Roma ſceptrum debet, ac rerum decus,
Me dederit, auſo fretus horribili, Draco?
O facinus! I Tribune: centeno reum
Involve ferro. Carcer horrendus premat.
Dum quas per artes, quave per dira necis
Sup-

1 Attollit ex baſi ſua ſtatutã Veneris, projecturus in terram.

2 Imperatoris ictũ intercipit ſtatuæ interjectu: cujus proinde caput baculo Cæſaris frangitur.

3. Geneſius ſtatuam ad terram profligat.

Supplicia vitam deſpuat, mecum exigam.

4 Gen. *Cæſar 4 beaſti. Lætus ingredior viam.*

Abducitur in carcerem. Vit. *Mætamque capta lætior adibis via.*

Urb. *Da pauca, Cæſar, ore veraci loquar.*
Immane, fœdum, triſte, Tartareum nefas
Fateor patratum. Diva Romulidûm parens,
Columenque rerum, capite colliſo jacet:
Iacet Latini ſpreta majeſtas Iovis.
Illuſa Roma eſt. Culpa Geneſium tamen,
Haud tetigit ulla. Mentis everſa furor
Afflatus arte Theſſala, in facinus tulit
Vel abnuentem quæris artificem doli?
Adſtat propinquus, teque, niſi caveas, pari:
Corripiet œſtro, Cæſar. En tanti reus
Facinoris! En furente qui Mimum luæ
Cantuque diræ vocis ad Chriſtum abſtulit,
Vito fugacem Roma Geneſium imputet.
Dio. *Vbi? quando carmen fudit & peſte puer?*
,, Ur. *Nunquã flagitiis tempus aut locus deeſt*
Auguſte, vix dum ſcena Geneſium dedit,
Cum muſſitare Vitus & magica modos
Emurmurare fraudis. Hinc torva intuens
Acie, Tragœdum perculit. Vidi illico:
Vidi Geneſium, mentis erepta notas
Vultu moventē Pul. *Vidimus pariter virum,*
Ex quo malignas hauſit oculorum faces,
Sibi excidiſſe Oth. *Teſtor, aſpectu Magus,*
Cantuque feſtos Vrbe ſummovit ſales.
Viſu Geneſium mentis avertit ſtatu.
Dio. *Quid falſa garris? Potuit his venefica,*
Potuit ocellis tela jaculari puer?
Hoc ore Circes carmen? His latè luem
Spargere labellis? Forma mendaces probat,

Ætas

Ætasque tantis invia ſceleribus. Latet
Pulchro ſub ore, pulchrior mentis tenor.
Pul. 1 *Delirat uſque captus in Vito Geta.* 1 Seorſum.
Urb. *Nec frons, nec ætas,* Cæſar, *Hebræam ſolet*
Eximere pubem. Lacte commixtam bibit
Ab ubere luem, dumque vernantem dies
Firmat juventam, quidquid arcana docet
Medæa peſtis, haurit: in Remi genus
Primis ab annis, artis egregium ſua
Tentamen auſa. Lumine attento inſpice!
Nunquid ſub iſtis, ore quos fixo ſtupes,
Oculis, venenum latitat? Hæc noſtram gena,
Hæc frons ruinam ſpirat. Hæc magicis coma
Implexa nodis vertet Aſſaraci domum.
Vit. *Cavete Proceres omen* Imperium ſine
Fine dedit olim Juppiter: *Cecinit Maro.*
Hoc tamen ab una pendet Imperium coma;
Vnuſque Romæ fata ſuſpendit pilus. 1 Hîc panditur Lararium.
Si vera prompſit flamen, erravit pater
Hominum Deûmque, crine deluſus meo.
Sin falſa; cunctos diſce nequitiæ modos
Errore ab uno, Cæſar. Dio. *Argutè premis.* 2
Cauſam peroras victor. Haud iſtis manet Stabant ſuis quique loculamentis Dii penates Romani.
Suſpenſa filis urbis æternæ ſalus.
Vis noſſe quo ſe volvat Imperium polo?
Qua vi perennet Roma? Divorum 1 *ſubi*
Penetrale mecum. Pandit 2 *penates domum.*
En ſpes Latinæ Gentis! Hi Romam lares:
Hæc nos tuentur numina. His fretum Diis
Æternat ingens Dardanæ Imperium domus. 3
Vit. *Deſiſte Princeps. Error averſum rapit,* Alloquitur ſtatuas.
Agite; penates: Roma ſi veſtro ſtetit
De-

Digitized by Google

Defenſa Numine. ſtate quo ſtatis gradu.
Sin vos nefandus error effinxit Deos:
Vnumque rebus Numen humanis praeſt:
1 Omnia ſimul idola corruũt pronain terram. *Chriſto imperante, ruite pracipites. Ruunt.* 1
En ſpes latina gentis! En ſtrati jacent
Dii ſoſpitales imperi! His nixum ſtetit!
Crevitque regnum ducibus? Alterius gradum.
Stabiliat ille nempe, qui cecidit ſuo.
I. nunc, & iſtis junge numinibus fidem.
Urb. *Veruſne vates, Caſar, an falſus fui?*
Fortuna Roma victa regnantis jacet.
Totumque lapſis cecidit imperium Diis.
Dio. *Proh monſtra 2 rerum! Proh magi horrendum nefas!*
2 Excandeſcit. *Stravit penates imperi! ô nulla ſatis*
Orco luendum facinus! Huc lictor 3 manum!
3 Accurrit miles injectâ in Vitum manu. *Rape execrandum. Merge tartareo ſpecu:*
Diſcerpe virgis dorſa pectinibus ſinus,
Latera flagellis. Totus in plagas eat,
Vnusque toto rubeat in monſtro cruor.
Vit. *Exutus arte, jam tuas partes agis.*
Rabiemque cordi repetis innatam, Fera
Diocletiane, fraude ſemota, places.

ACTUS QUINTUS.
SCENA I.

Vitum in carcere ſolatur & animat Chriſtus, VITUS, CHRISTUS Dominus in forma puerili. CHORUS Cæleſtis.

VITUS.

Bene eſt: profundo clauſtra me condunt ſinu
Hac illa Chriſti Regia: Hi ſuperum lares

Dudum experti. Carcer, aſtrorum domus:
Caligo, lux eſt: Pædor, illuvies, ſitus,
Aulæ: vincla torquis. O dulces mihi
Nodi! Tenebræ ſyderum æquantes iubar!
Mollia flagella! gratus è plagis cruor!
Tibi Chriſte laudes mille de tantis fero
Muneribus: Vnde ſummus in puerum favor,
Tibi ut ferendo famuler? O quidquid latet
Cruoris, omni fuſus è vena fluat!
Te laceræ membra, te per avulſos dolor
Teſtetur artus. Oſſa diſſiliant tibi,
Tractusque mille. Vitus in partes eat.
Chr. *O perge* 1 *felix: perge victrices puer* — 1 Objicitur Vito ſpecies Chriſti pulcherrima Crucem trumphalem præ ſe ferentis
Legiſſe palmas. Aderit è cœlo vigor.
Vinces ferendo, quidquid exſuperat mali,
Nec mora Supremus lucis ac luctæ dies
Effulſit. Vna laurcum capiti decus
Imponet hora, teque tranſcribet mihi.
Hoc tamen amoris pignus interea cape,
Mollique miſſum: ſpiculo vulnus gere,

Chorus Cœleſtis.

A*Ge* 2 *nunc dulces concipe flammas;* — 2 Pede crucis flagrare pectus tangit
Concipe cœli gratus amores.
Altè preſſum feriente Deo
Digere vulnus: perque latentes
Diſperſa ſinus latè regnet — 3 Chorus è nube canentiū
Ignea virtus Felix nimium
Qui cœleſti ſaucius igne
Domino vitam liquit amori

Vit. *Quæ fax? quis æſtu torret inopino vapor!*
Solvit medullas ardor. In cineres eo.

Amor

Amor eſt. Amore flagrat immenſo ſinus,
Te Chriſte Vitus ardet, & totus tuos
Æſtuat in ignes. Vror. Heu! tantas nequit
Praferre flammas pectus. Huc ſuperûm manus;
Huc ferre fontes: ferte lympharum gelu:
Spargite flagrantem. Temperet faces amor
Cogente lympha. Chr. *Tendis incaſſum puer.*
Non ſi relicto veniat Oceanus vado.
Hos minuat aſtus. Ferre lenimen cupis?
Mihi redde vitam. Sedat ardorem cruor.

SCENA II.

Duo cuſtodes carceris, audita muſica cælæſti convertuntur ad Chriſtum.

Duo carceris cuſtodes.

PRIMUS.

O Stenta rerum, nulla qua ſileat dies!
Qua lux? Quis ore ductus arguto ſonus!
Chriſtum requiro promptus. Sec. *O blandum nimis,*
Gratumque murmur! O diem Phœbo quoque
Nimis invidendum! Carceri ceſſit polus,
Majorque pinxit clauſtra, quàm cælum nitor.
Ad Chriſtianos migro. Diſpereant Dii.

SCENA III.

Præfectus carceris enarrat Imperatori, quæ in carcere contigerint, & fugam duorum famulorum.

PRÆFECTUS carceris, DIOCLETIANUS.

QVA parte preſſo tendit ad Stygem ſolo
Fundamen arcis, penitùs infoſſum jacet

Tellure

Tellure clauſtrum, cujus horrendus diem
Arcet receſſus. Intus æternum ſedet
Imago Ditis, horror; & nigri quies
Famula ſilenti. Dirus humenti vapor
Incumbit antro. Cuncta pædore horrida:
Ipſaque pœnâ pejor eſt, pœna locus.
Hoc pervicacem clauſeram Vitum ſpecu,
Triplicique clauſas ære firmaràm fores.
Cùm tremere ſubitò carcer, & ab imo ſolum
Mugire fundo cæpit, & totis domus
Nutare tectis. Primus auditu horreo,
Captoque ſonitum. Viſus è Viti ſpecu,
Exiſtere fragor. Devolo (monſtro fides
Sit inſolenti) quà latet clauſus puer;
Rutilante phœbo majus in cæcas jubar
Penetrârat ædes; perque inadſpectam polo
Sedem, coruſca fulgor ardebat face.
Dio. *Aliquàne vox audita?* Cuſt. *Divina ſo-*
nus
Animatus arte. Qualis O ſuperi ſonus!
Qualem nec ipſe pollice arguto ciet
Phœbus canoram dum ferit plectro chelyn.
Vt in medullas fluxit arcanum melos?
Vt flexit animos; perque ſtupefacta ſinus
Mentis cucurrit! Dio. *Nullus interea comes.*
Adeſſe viſus? Chriſt. *Nullus. Excuſſa tamen*
Puero catena; quas meâ ſtrictas manu
Adamante firmiùs ipſe captivo indidi.
Dio. *Taciturna factum ſupprimat fides.* Cuſt.
Patet,
Dio. *Quis diſſipavit?* Cuſt. *Auctor haud u-*
nus fuit.
Vterque monſtrum famulus ut vidit. Deum,
Chriſtum

Chriſtum fatetur unicum, excluſo Iove.
Dio. *Teſtor peribunt. Sed mihi vinctos tradet*
Lictor nocentes.

SCENA IV.

Diocletianus, omnibus fruſtra tentatis ad Vitum pervertendum, tandem eum ad plumbum liquefactum amandat.

DIOCLETIANUS, VITUS, HYLAS, LUPUS, PAPINUS, VALERIUS, OTHO, PULCHERELLUS, URBANUS.

Dioc. —— F*Are, puerorum lepos;*
Quò vergit animus? Vit. *Caſar in melius mala* *(placet.*
Retulêre mentem. Dio. *Grata vox! Tandem*
Ludes per aulam, dulce Caſaribus jubar.
Ediſſere modum. Vit. *Preſſerat mentem ſitus.*
Lentiùs amabam. Carcer oppreſſus diu
Animavit ignes, meque Chriſtiadûm Deo
Revinxit arctiùs. Abit in flammas amor.
Te Chriſte ſolum ſpiro: te toti Deum
Atteſtor Orbi. Dio. *Numen è cerebro ſatum.*
Vit. *Prægnante nempè Pallade è cranio Iovis.*
Eſt ille rector Orbis. Aſtrorum ſator,
Hominumque; mundi certa labentis ſalus.
Quem vel cruore teſtor effuſo Deum.
Dio. *Quin vive Iovio dignus Auguſto precor;*
Fruere juventa: dumque vernantis favet
Ætatis aura, gratior Phrygio puer
Puero, minori pocula miniſtra Iovi.
E mente Chriſtum pone, Iuratam Deis
Teſtor paludem, nemo te major mihi,
Nemo ſecundus fuerit. Expoſcas licet

Æquata

Æquata ſceptris ſceptra Cæſareis, feres.
Sin cedere negas; omne pœnarum genus,
Atrox, cruentum, triſte, terribile, ferum
Manet abnuentem. Quoque ſit dictis fides;
Vtrimque ſpecimen ade ſub gemnua vide. 1 Pandūtur geminæ ædes, altera Terroris, altera Honoris,
Has Terror, illas poſſidet ſedes Honor.
Chriſti ſequaces terror, ac diri manent
Doloris artes: mille tormentis via:
Mora lenta mortis: Fixa per muros vides
Monumenta formidanda truculentæ necis.
Iovem Deóſque ſequere: Te laribus Honor
Excipiet, auro dives ac gemmis honor.
Quem decora circum: Sceptra, regales opes,
Accenſa cocco trabea; purpurei ſinus;
Ludi voluptas, quidquid eſt uſquam boni.
Statue, quid optes. Vit. *Facilis optanti via.*
Fatemur, humiles terror, excelſos honor
Impellit animos DIO. *Vite, Nunc tandem ſapis.*
Vit. *Ædi verus iſtas incolit ſedes honor.* 2 Accedit ad ædem Terroris.
Regum hæc ſupellex. Fulget his regnum notis
Mihi ſceptra forceps; trabea plagarum tumor;
Sartago ſolium; ſtemma ferales rota:
Supplebit oſtrum fuſus è venis cruor,
Procerum coronam Tortor. O charum mihi
O dulce regnum. Sic in auguſtas opes
Immanitatis ſpectra ſepono tua.
Cruente Princeps. Diſſeca, lania, feri.
Sum Chriſtianus, ſumma cui voti eſt, pati
Chriſtum fatenti. Nec mihi cocco ebrias
Profert togas, Auguſte Sanguineo rubent
Imbre innocentûm, quos tua caſos manu
Videt ille, ſolus qui quatit fulmen Deus.

Videt; vicemq́; juſtus ultricem parat.
Diocletiane, qui triumphata ſtygis
Spolia revexit, quique cùm lubet, apices
Vulgo invidendos frangit; hæc juſſit loqui,
Quid te, ſuperbe, tollis, & toto Deum
Coli jubes in orbe? Num Phœbi rotam
Siſtere fugacem? num potes nutu leves
Frænare Cauros? fræna num fatis dare?
Sin iſta nequeas, eſſe qui potes Deus?
O vane nimium mentis humanæ tumor?
Dio. *Et iſta Christus Cæſari? Hæc Chriſto refer*
Nuncius ad Orcum: ſum Deus, fremat, licet:
Sum Chriſtiano fulmen ac terror gregi.
Quem ſtirpe ab ima quando reſcindam, Deus
Haud eſſe cupiam, Chriſtus ut fiat Deus.
Vit. *Quiſquis rebelles jactat in cælum faces,*
Timeat cadentes. Repetit authorem ſcelus.
Partes in omnes verte rabioſum jecur.
Trux inſolentes finge torquendi vias:
Peribis ipſe: Chriſtus imperium reget,
Et dum citatas tempus evolvet rotas,
Victor volentes jura per populos dabit.
Dio. *O contumacem! Lictor ad flammas trahe.*
Hyl. *O ſiſte, 1 Cæſar, vindicem lentus manum*
1 In genua projectus. *Ego ille, ſtirpe nobili fulgens Hylas,*
Siculaque dives Inſulæ, Auguſti fidem
Imploro ſupplex: quemque nullius pedes
Videre pronum, genibus advolvor tuis.
Miſerere patris. Vota ſic felix tua
Tranſcendat, annis pariter ac ſceptro vigens
Auguſta proles. Vnicum afflicto patri
Solamen hic eſt: veſte quem fictâ latens
Dum

Dum ſana moneo, ſaxeum in ſpecum trahor:
Nec Chriſtiana pectus afflavit lues.
Dio. *O fraudis Architecte! Proh ſcelerum faber!*
Sic ludis aulam? fronte mentitus patrem,
Animo ſacerdos? Tu magica Vitum lue,
Tu voce vinctum Theſſala ad Chriſtum trahis.
Vit. *Erras utrimque, Cæſar. Haud alio ſatus*
parente glorior? Ille nec Chriſtum mihi
Averſus ipſe pertulit. Truncos miſer,
Et ſaxa gentis more Dardaniæ colit.
Lup. *Ades Papine.* Pap. *Vos ego 1 cæli faces,* 1 Extenſis brachiis, oculisque in cælum ſublatis.
Vos teſtor ignes, arcis ætheræ Deos:
Si falſa mendax eloquar, juſto chaos
Dehiſcat ore, méque mendacem voret.
Simulat parentem. Dúmque Romanos palam
Deos adorat; Chriſtus introrſum placet.
Chriſtum Sacerdos thure Panthæo colit.
Me teſte, puerum tinxit inferna lue:
Docuitque Chriſtum primus expulſo Iove.
Hyl. *Stat fixa tellus? Stat? Nec ultrices vomit*
Irata flammas? Pap. *Vera juratum probat.*
Dio. *Quid verba ventis? ſive te Vitus patrem:*
Seu te ſequatur Colchicæ fraudis ducem,
Teſtor Acherontem, niſi recantato dolos
Carmine retexas; quemque furatus Iovi es,
Puerum redones, ibis in cineres Magus.
Hæc fixa mens eſt. Hyl. *O 1 Deûm hominum fidem!* 1 Vertit ſe in omnes partes.
Fas omne mundi teſtor, Inſontem premis.
Dio. *Rape ad favillas, lictor: in rogos eat.*
Hyl. *Serva 2 parentem Gnate, Genitoris ſalus* 2 Recurrit ad filium.

In te recumbit. Solus horrende potes
Eripere patrem funeri, O ſi quid mei
In te ſuperſit. Si qua te pietas movet,
Miſerere patris Gnate: ſi placuit ſcelus;
Me trade flammis. Vit. *Omen avertat Deus,*
Agnoſco patris merita. Quas olim tui
Natura leges fixit, in venis gero
Nunquam refixas. Si meus fatum patris
Redimere ſanguis poſſit; en pando ſinus.
Huc vertat iram Cæſar. Hyl. *Abjecto Iovem*
Venerare, Chriſto: neuter exitium ſubit.
Vit. *O parce genitor! Chriſtus æternum placet*
3 Cũ ſumma indignatione. Hyl. *O 3 execranda prolis infelix pater!*
Lup. *Chriſto parentem poſthabes?* Vit. *Hominem Deo.*
Oth. *Patiêre, qui te genuit, ad flammas agi?*
Vit. *Scelus eſt jubẽtis, Cæſar immeritũ cremat.*
Nec deprecabor ſcelere majori ſcelus.
Di. *Cremẽtur ambo. Flamma ſacrilegos voret.*
4 Angenua Imperatoris. Hyl *O per 4 ſacratum capitis Auguſti jubar:*
Per ſancta regni ſceptra: per dextram precor
Miſeris faventem: pœna me ſolum premat:
Ignoſce puero. Vit. *Potiùs inſontis necem.*
Prohibe: Patrémque Gnatus exitio eruat
Mactanda Chriſto victima. Dio. *Ejura pius*
Chriſtum, Iovique thura fer: ſervo patrem.
Vit. *Quid? Innocentem ſervet impietas patrem?*
procul hinc Tyranne: Chriſtus æternũ placet.
Dio. *O te protervum! Myſta flammatus latex*
Vivum, videntem abſumat. Elixos Iovi
Litabis artus. Pereat indomitum ſcelus.

Hylam

Hylam remitto. Prodit affectus patrem.
Hyl. *O parce Princeps.* Val. *Cæſar, hic aliquid dies*
Optare natum juſſit. O cohibe pater
Fatale telum: quique pereunti tulit
Nato ſalutem, precibus hic vivat meis.
Tantúmne flammis pereat extinctum decus?
Hoc lumen oris, igne ſydereo micans?
Decor juventa tantus in cineres abit?
Vit. *Pro me precaris, prodita fidei reus?*
Abſiſte: precibus tempus haud iſtis eget,
Chriſtum fatenti ſumma votorum eſt, mori:
Vt Chriſtiana lauream emeritam fide
Geſtem beatus. Dio. *Vota perficiam flagra.*
Val *Morere obſtinatum pectus.* Hyl. *Ingratum caput!*
Cui corda circum, robur, & ferrum triplex.
I, trade flammis lictor. Exitii tui
Adero miniſter, téque mactabo Iovi.
Lup. *I parricida, patere, quam meritus, necem.*
Otho. *I dura cautes, generis humani probrum.*
Pul. *I turpe monſtrum, patris exitium tui.*
Vib. *Hac ſumma voti. Vitus ad flammas datus.*

SCENA V.

Vitus lætitiæ plenus, præparat ſe ad mortẽ.

VITUS, URBANUS, LICTORES.

VITUS.

TAndem ſupremam mortis indicta viam
Calco beatus. Calco, nec tardos labor
Greſſus moratur. Quem prece aſſidua diem

Ardens popoſci : fulſit innubis. Brevi
Illuc feremur, unde ſublimi polum
Ferire liceat vertice, & terras procul
Cernere jacentes. Sortis ô fauſta diem!
O ter ſecundus Numinis proni favor!
Quis æſtuanti nauta deprenſus freto
Portum recuſet? Quis peregrino vagus
In orbe, patrium repetat invitus larem?
Quis deſtinatam triſtis ad metam venit?
O meta; patria! portus! En celeres amor
Annectit alas Chriſte, qui vitam pari
Mortémque frenas jure, da claro necem
Subigam triumpho. Non ut imminuas, rogo,
Ferventis æſtum laticis, aut acrem leves
Senſum doloris. Ardeat in artus furor
Plumbi æſtuantis: quantus Ætnæo calet
Ab igne fervor: Patiar: amplectar: feram.
Vnum eſt, quod oret: tende certanti manum,
Vireſque junge. Da per horrendos eam
Victor calores, téque ſupremo Deum
Profitear ore. Vincat ardores amor
Majore flamma. Cúmque mortali modum
Statuerit ævo Tortor, Æneadum domos,
Gentémque? Veri purus illuſtret nitor,
Urb. Quid reſtitamus? Lictor in forum trahe.
Adverte[1] *puſio: cerne flammantem procul*
Ignis procellam. Fervet ingenti pyra
Feralis olla, téque depoſcit reum.
Vit. *O dulce*[2] *rerum ſpecimen! O blandum decus!*
Salvete flammæ, vóſque ſyderibus pares
Scintillæ, & aula melior æthereâ lebes.
O grata nimium balnea! Optatus latex!

[1] Aperta à tergo ſcena viſitur eminus ingens ahenum flammis circumdatum.

[2] Flexis genibus.

Diu expetitum fervidi maris fœtum!
Felicis undæ pelagus! O liceat tuos
Sulcare fluctus! Liceat innantem picis,
plumbique, ſulphuriſque pretioſo ſale
Portum ſubire, tuta quò vocat ſalus.

SCENA VI.

Hylas ob amiſſum filium actus in amentiam, mira molitur.

HYLAS, duo carceris cuſtodes, PAPINUS.

HYLAS.

QVò? quà? referte, Gnatus; arripuit viam? ¹
1 Cuſt. *Gnatus? Quis ille?* Hyl. *Fronte ſyderea puer:*
Candidior ebore: ſigna Phœbææ facis
Mentitus oculis. Ille purpureo nitens
Oſtro genarum. Flava cæſaries caput;
Ora lepor, ipſa poſſidet vultum charis:
Feſtivus ille, nôſtis? Cus. 2 *Inſanum reor.*
Hyl. *Inſanit? An non peſte Chriſtiadûm ebrius?*
At quò tetendit? Cuſ. 1 *Sæva dementat virum*
Rabies. Hyl. *Cruentam Cæſar ad mortem rapit* ²
Vitum? Quis iram ſtrinxit in puerum furor?
Cuſ. 2 *Forum petamus.* Hyl. *Tempſit inſanus Iovem?*
Ergo moriatur. Iuſta ſceleratum Themis
Inſequitur. Ipſe virgeam 2 undantis pater
Coſtis aheni ſuggeram flammam. Rogus
Ad ſydera comas jactet, & plumbo latex ³
Caleat ſoluto, plura ſubdantur pyra
Alimenta. Flammis aura 3 det animos mea.

1 Inſtar amentis hàc & illàc procurrens.

2 Arreptis ſedibus, & quidquid miniſtrat furor, velut pyram ſtruit.

3 Inflatis buccis ſufflat.

Bene eſt. Ad aſtra victor evolvit comam!
Vulcanus. Aeris verberat aheni latus
Vndique ſavilla, ſeque feriendo necat.
Exultat aſtu Lympha: vis intus furit
Maris inquieti: murmur ac ſpumam ciet
Stomachoſus amnis: unda nec jam ſe capit;
Et nube raptus fumida egeritur latex.
Age nunc 1 *parenti, Caſari, ſummo Iovi*
Infida proles, mergere liquata pice,
Mollire tandem, cerque in acceſſo rigens
Adamante, ſolvi diſcat ad patrias preces
Plumbo magiſtro. Lictor immerſum tene
Æſtu ſub imo. Quis vehit patrem furor?
In viſcera feror? Sum Lupus, Tigris, Leo?
An ſyrtis, an charybdis, an frigens ſilex?
Quem bullienti ſpecto demerſum pice?
Vitum? 2 *Enſis, haſta, ſpicula, ſagitta, faces:*
Huc eat & illuc dextera: miniſtri cadant.
Myſtes petatur. Teneo Tartareum caput?
Pap. *Papinus ego ſum.* Hyl. *Myſta, da* 3 *pœnas mihi*
Gnati perempti. Nulla fugienti ſalus.
Pap. *Agnoſce famulum.* Hyl. *Sceleris infandi reum.*
O proditoris mente perjurâ nefas!
Pap. *Intacta mens eſt. Læſa nec famuli fides.*
Cæſare jubente, fateor: impoſitis Herum
Criminibus egi pectoris ficti reum:
At hanc parentis pariter & Gnati ſalus
Poſcebat artem. Rebar hac Vitum capi
Fraude potuiſſe. Vicit hunc tamen dolum
Puer obſtinatus. Hyl. *Gnatus in dolium picis*
Immerſus? Atri nuncius caſus venis?

Pap.

1 Alloquitur filium tanquam præſentẽ.

2 Facti dolore capitis revocat ſe, & velut in Miniſtros Cæſaris, omni amorum genere ſævit.

3 Arripit per guttur, quaſi ſtrangulaturus.

Pap. *Quò mens aberrat? lata cupienti fero.*
Ingens patenti ſtabat in circo lebes
Plumbi liquentis. Multa ſubdiderat focis
Alimenta tortor. Fervet, ebullit, furit,
Claudique dedignatus exundat liquor.
Vitum prehendit lictor: Hyl *Intereo miſer.*
Pap. *Vinctumq; loris mergit in præceps. Natat*
Æſtu ſub imo, miſſus in plumbum puer.
Gemit unda triſti murmure, & caſtos fugit
Sævire in artus. Iamque ſat coctum ratus,
Datumque letho tortor, emerſum videt
Repentè; qualis fronte purpurea micans
Exurgit undis Phœbus, & ſpargit diem.
Ebullienti talis è plumbo puer
Emerſit, ore pulchrior amœno puer.
Spectator aderat Cæſar, & rabie tumens:
Erumpat, inquit, ſævus è clauſtro leo,
Magumque vivum laceret, & lacerum voret.
Hyl. *O ſata patris! alius ex alio pavor!*
Pap *Ilicet atroci prodit aſpectu leo,*
Quatiens comantem colla per & armos jubam
Stimulabat iram longa jejunam fames.
Viſ flexit oculos huc & huc: prædam intuens,
Hiante puerum gutture, & fremitu petit.
Hyl. *Necas parentem. Palpitat metu jecur.*
Pap *Impavidus hæret Vitus, & vultu feram*
Laceſſit hilari. Concitus curſu leo,
Iam jamque prædam viſus immani gula
Haurire, cecidit mitis. & pueri pedes
prædulce lambens, jacuit innocuus. Hyl. *Benè eſt.*
Pap. *It clamor aſtris Vulgus in varios abit*
Inſtabile ſenſus. Mille portento viri

Iovem peroſi, jura ſub Chriſti migrant.
Hyl. *Adhuc ſalutis pendet incertus pater.*
Pap. *At Cæſar aſtu rabidus irarum, jubet*
Rapi ad cataſtam, perque torquendi vias
Mille laniari, donec expiret puer.
Artus cruenta munus Vrbano datum.
Hyl. *Actum eſt. Perimus. Notus Vrbani furor,*
Quid comminiſcar? Fare. Quam captem viam?
Tentémne pretio Flaminem? at pueri ſitit
Avidus cruorem. Viribus letho eximam?
Fruſtra reluctet. Pap. *Pone ſecurus metum.*
Illæſa pueri ſtabit invicti ſalus.
Hyl. *Quin ergo celeri ſcandimus forum gradu?*
Vincat cataſtam Gnatus. Ejuro Iovem.
Sin victus animam cæde funeſtâ evomat:
(Omen tremiſco) ſtat ſub horrentes procul
Penetrare lucos, nullius tritos pede.
Stat nubiloſo mergere ſenectam ſitu.
Vbi ſtrix, avisque carmen infauſtum canens:
Patris querelis conſonet. Quid hoc? diem
Caligo fuſcat ſubita? Nocturnus polum
Contraxit horror. Grande præſagit malum
Mens inquieta. Perge: repetamus forum.

SCENA VII.

Diocletianus tonitru, quod ſummè horrebat, & conſcientiæ diris terretur.

DIOCLETIANUS, URBANUS, LUPUS, TRIBUN.

Caligo, tenebræ, ſpiſſa nox, raptus dies!
Quis incubantem pondere Ætnæo levet
Molem doloris? Quis laceſſitum truci
Exolvat animum verbere? O potens malum!

Etiam ſuperbo vertice umbrantem poles
Adverſa tangunt. Semper horreſco miſer
Sub Sole nubem, fronte ſub lata minas,
Sub melle virus, ſub ſerenato mari
Hyemem, procellas, turbines. Iovem vocat
Coacta plebs. Auguſtus arbitrio regit
Cœlum. ſolumque. Cuncta felici fluunt
Diocletiano ſorte. Felicem negat
Negata ſummis una verticibus quies.
Non tot charybdis, vertice inſano vomit.
Revomitque fluctus: non tot undarum vices
Siculi reſorbet virgo, populatrix freti;
Quot noſtra circum culmina tumultus volant
Seu luce promat, nocte ceu celet diem,
Cynthia, edaces pectus in curas patet,
Pax nulla menti, Regias inter dapes,
Interque ludos: gaudia, choreas, jocos:
Inter triumphos, ſemper eſt aliquis, meas
Qui tundat aures bubo ferali ſono.
Conſcius iniqui tortor occultum quatit,
Animus flagellum: mensque tot ſcelerum rea
Pungit, repungit. Ille Chriſtiadûm cruor
Latum per orbem fuſus. O quoties mihi.
Quoties quietem rumpit, & ſontis notas
Animæ retexit. ſed quid hoc, Tellus labat?
Ruptus fatiſcit orbis horrendo polus
Fragore mugit, fulgur eliſum ciens,
Armatur in me mundus. Excuſſos tremor
Errat per artus, horror erexit comam,
Quatiuntur oſſa, terror attonitum occupat.
Lernea 1 monſtra. Fida famulorum manus!

R 6 De-

1 Maligna conſcientia falſas imagines commovente, videtur ſibi videre, quos crudeliter occidit.

Dehiſce tellus. Pluto tartarea caput
Occule ſub umbra: ſpectra terrifica eripe.
Faceſſe Marcelline. Quid miſerum face
Terres cruenta? Fateor, inſontem neci
Dedi. Faceſſe turba Myſtarum minor
Funeribus hauſta, me duce. O fatum grave!
Qualis procellam nauta: Nova monſtra?
Hercules
Deſcende cælo. Conde me totâ, precor,
Mundi ruina. Quem trabe infeſta petis
Sebaſtiane, vulgus umbrarum trahens?
O perge, quid ſtas? perge. Sat furiis datum,
Abiêre. Vivax haret inferni tamen
Imago ſpectri. pectoris magni pudor!
Qui ſtrage campos, ſpiculis auras, polos
Terrore, præda Ditis opplevi domos:
Succumbo larvæ? Proh ferax monſtri dies!
Urb. *Cæſar!* Dio. *Iterumne monſtra? dat vi-*
res 2 *furor.*

2 Archiflaminem invadit excuſſa tiara.

Urb *Etiam infulatum, Cæſar, incauto decus*
Revellis ictu. Dio. *Reſtitas?* Urb. *Cæſar, Iovis*
Agnoſce Myſtam Dio. *Vana deluſum trahit*
Imago. Fare Præſul, occubuit puer?
Urb *Hinc in cataſtam raptus equuleum ſubit.*
Intenta manibus vincla, diducti pedes.
Laſſat rotatu lictor operoſo manus.
Inſtatq; torquens: hinc & hinc ruptis hiant
Effracta nervis membra: diſcedit cutis:
Latera fatiſcunt, exilit venis cruor.
Excuſſa ſedibus oſſa. Iam quidquid tegit
Natura latebris, pervium luci jacet:
Iecur ſinusque viſcerum, & laxis fibra
Compagibus: Iam mole collapſa ultimam

Spectat,

Spectat ruinam corpus: at nocens tamen
Inhæret anima, voce cum magica puer
Chriſtum ſuſurrat: ilicet mugit polus:
Coruſcat æther, terra concuſſu tremit:
Nox atra mundum poſſidet: Cælum perit:
Repentè fractus diſſilit equuleus; cadunt
Vndique miniſtri. Fugimus, & puerum ſeni
Iunctum per auras turbo ſublimem vehit.
Dio. *Diffugimus, inquis? teſtor Acherontem*
Hodie fugaces ni mihi ſiſtas reos, (*peris;*
I, quære clauſa, abſtruſa, longinqua, invia.
Hæres nefande! Lup. *Cæſar, ô caſum aſperum!*
Traxêre caſum fulmine impulſæ Iovis
Ædes? Dio. *Triſulco fulmine impulſus cade.*
Trib. *Auguſte Criſpus occubat.* Dio. *Criſpo comes*
Occumbe. Dirus luce non fauſta dies!
Semel fatendum eſt. Vincor, Aſſyrto Deus
Canetur orbe Chriſtus, ego fremam licèt.

SCENA ULTIMA.

Vitus & Modeſtus tormentis per Angelum erepti, devehuntur in Lucaniam, unde venerant, ibidemque tranquillè moriuntur.

ANGELUS, MODESTUS, VITUS.

ANGELUS.

Tandem 1 *Quirinos orbe ſuppoſito lares* 1 Viſuntur in nubibus,
Deſpicere fas eſt. Victa Tortorum manus:
Rupta cataſta: domitus irati furor
Diocletiani. Mod. *Decora victricis tamen*
Erepta palma. Vit. *Quò per ætherea rapis*
Spatia, expetita, nec ſinu luctam nece
Claudere? Cruentas licet Æneadum domos

Repe-

Repetere, Cuſtos almæ. Ang. *Sat pugnæ datum*
Modeſte: Sacram ſanguine impenſo fidem
Teſtatus, arcem victor æternam petes.
Nec te rubenti rere fruſtratum toga
Vitæ, cruciatus ſi per extremos mori
Cupidis negatum eſt. Gravia perpeſſos manet
Laurus. Tyranni manibus ereptos tamen
Voluit ſerena morte defungi Deus.
Iamque radiatum nube tranſvecti æthera,
Illuc feremur, unde ſepteno ſitam
Veniſtis urbem colle. Fas illic diem
Claudere ſupremum. Fas triumphali vehi
Ad aſtra curru. Nemo patiendo fidem
Fruſtra tuetur. Palma certantes manet.

LEO ARMENUS,
SEU
IMPIETAS PUNITA.
TRAGOEDIA.

Anno M.DC.XLV. Romæ in Collegio Anglorum per ferias Bacchanales ſemel, iterum, ac ſæpius exhibita, ſemperque approbata.

ARGUMENTUM.

LEO Armenus, Orientis Imperator, Sacrarum Imaginum hoſtis acerrimus, cùm diu multumque rem Catholicam vexâſſet, tandem impietatis pœnas perſolvit. Nam Michaël Balbus, Pro-

Procerum princeps, deteċtâ conjuratione, ad flammas damnatus, ipſa naſcentis Chriſti noċte, cæſo per amicos Leone, vincula perfringit, & Imperator efficitur: totamque Leonis familiam proſcribit, *Baronius tomo 9.*

PERSONÆ.

Leo Imperator.
Sebastius. } Leonis
Basilius. } Filii.
Michael Balbus. Leonis ſucceſſor.
Papias, Princeps Imperii.
Theophilus, Balbi filius.
Morocchus, Saracenus, Miles glorioſus.
Philautus, } Proceres Balbo familiares.
Theonas, }
Michael, Famulus.
Michael, Ephebus.
Sex Catholici ſacrarum Imaginum cultores.
Tarasius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, jam vita funċtus.
Milites duo,
Philodus, Muſicus.

In Tragico Interludio.

Alexander Magnus.
Ephestion.
Clytus.
Duo alii Proceres Alexandri.
Strato, Rex Sidonis.
Abdolominus, Hortulanus.
Ephebi duo.
Sex Ebrii tripudiantes.

ACTUS

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

Leo Imperator ſuper lectum cubito innixus, viſis jam, quos ad mortem propter cultum Imaginum damnaverat, Chriſtianis; fallendæ noctis cauſa, quæſtionem proceribus proponit, Rexne, an vinum, an veritas in humana vita plus poſſit?

Balbus petit à Rege, ut ſibi liceat ludicrâ Scenâ vim vini exhibere.

Leo, Sebastus, Michael, Balbus, Proclus, Papias, Tribunus Militum, Sex Chriſtiani ad mortem damnati.

TRIBUN.

Auguſte, mundi Rector Eoi, Leo:
Quæ vana Divûm ſigna per nefas colit:
Stat ante celſas pompa funerea fores:
Le. *Trahantur intro. Paſcere obitutum juvat,*
Blandus priuſquam pectus evincat ſopor,
I nunc 1 *rebellis turba. Quos trunco Deos*
Iubes renaſci, rebus in miſeris voca.
Quam ſe beavit oculus, intenta reos
Dum luſtrat acie? Veniet actutum quies.
At vos, leonis decora, purpurei duces,
Dum lenta noctis tædia inſomnis traho:
Pugnace litem trahite verborum vice:
Majorne Bacchi, an Regis, an veri vigor.
Sab. *Regemque Bacchus vincat, aut Veri fides.*

1 Sex Catholici ob cultũ Sacrarum Imaginũ ad mortem damnati, ducuntur per cubiculũ Imperatoris.

Bal.

Bal. *Vinum tuſtur Balbus.* Pap. *Ego veri fidem?*

Leo. *Quam quiſque cauſam legit, eſſando probet.*

Sab. *Rex fræna rerum, ſceptra terrarum tenet*
Numen ſecundum. paret huic, quidquid videt
Vtramque curſu metiens Phœbus domum:
Cælum ſolumque, Pontus, æthereus vigor.
Vix ora ſolvit rector. Imperiis gerit
Natura morem. Iuſſa mortales tremunt.
Iactis in altum molibus teritur mare.
Subacta ponto terra mox claſſes vehit.
Pulſans Olympum tecta: fundamen ſtygâ.
Conduntur Vrbes: Vrbibus fatum venit
Iubente Rege. Quod modo excelſum ſtetit,
Mox ſub ruina juſſus obtexit cinis.
Dat jura; leges figit: ubi ſecus placet,
Leges refigit Arbiter. Vitam pari
Mortemque Iudex lance ſuſpenſas tenet.
Si bella poſcat, Martis igneſcit furor:
Si dona pacis, alma ſe mundo refert.
Pax inquieto. Sortis humanæ faber
Rex eſt: beatos pariter ac miſeros facit.
Iuſſit? Sequuntur fata; ſeu claros juvet
Exuere luce, jamque ſpoliatos retro
In vulgus agere: ſorte ſeu preſſos ſua
Levare, & alto ſiſtere Imperii gradu.
Voluiſſe, ſatis eſt. Quod lubet, Regi licet.
Sunt verba leges: Nutus, imperium, minæ,
Mors: vita: riſus: ira: fulmineus fragor.
Sic Orbe princeps regnat immenſo Deus.

Bal. *Quem cum Lyæus vincat, eſt major Deus.*
Hic regnat unus, Inferos Pluto regat,

Ne-

Neptunus equor: aſtra famulentur Iovi.
Tellus potentis Liberi jugum ferat.
Impunè, cui ſe nullus adverſo tulit
Obvius in arma. Fortis, an timidus, inops,
An dives; aulæ rector, an vulgi ſequax,
Parum eſt: Liaū quiſquis aggreditur, cadit.
Sic ille quondam Gentis Hebrææ metus,
Trux Holofernes, ante proſtratus mero;
Perdit revulſum chalybe fœmineo caput.
Arx illa Regum Troja, cælituum labor,
Quam non carina mille, non anni decem,
Nec ſævientis fregit Æacidæ manus,
Vino ſepulta cecidit, in corpus viget
Regum poteſtas. Pigra pars regno ſubeſt.
Mentes in ipſas Bacchus imperium gerit.
Has mollit, acuit, flectit, accendit, regit.
Hebeti vigorem, robur ignavo creat,
Lætumque mœſto pectus. In cæcos facem
Infert receſſus mentis, & clauſa eruit.
Quaque per atroces exprimit Iudex vias,
Secreta, ludens pandit. O potens merum!
Pap. *Sed veritatis majus imperio decus,*
Majusq; Baccho eſt; Quā nec immanis furor
Unquam Tyranni potuit, aut Bacchi vigor
Domuiſſe. Cuncta tempus, annorum pater,
Trophæa, turres, buſta, pyramides, tholos,
Proſternit: una vincitur veri fide.
Hanc ſequimur omnes: quidquid in lite venit
Vero favemus. Veritas forum regit.
Sab. *Hine ſceptra mandas, vile quam vulgus pede.*
Calcat profano, falſa dum mendax canit?
Quoties nefandum ſub colorata ſcelus

Se veſte condit, dura dum virtus luit
Supplicia? Quoties furta, fraus, cædes latent,
Cùm deſtinatas trahitur ad pœnas bonus.
Pap. *Quandoque rutilum veritas condit jubar:*
Ceu Phœbus ora, majus ut niteat decus
Nubibus abactis. Non diu latet nefas.
Seu ſe profunda nocte, ſeu cæco tegat
Crimen ſub antro, Veritas notum dabit.
Tandemque meritas inferet pœnas reo.
Pro. *Eſto, recludat Veritas clauſum nefas:*
At jam recluſum regis in forum venit.
Plectit nocentes Rector; inſontes levat
Pap. *Plectit nocentes, jura cùm plecti monent:*
Sed jura condit Veritas. Pro. *Servant Duces.*
Quos jura damnant: quoſque lex ſervat, necant.
Pap. *Injurioſo jura cùm calcant pede.*
Sab. *Ius eſt libido Regis.* Pap. *Avertat Deus,*
Auguſte, Veri fas ſit in cauſa loqui.
Æquale Superis numen è cœlo trahit
Regina rerum Veritas. Regum domos,
Et regna populis condit. Hanc quiſquis colit
Princeps; beato ſceptra dominatu gerit.
Qui ſpernit, orbe regnet immenſo licet;
Miſer eſt, brevemque ſtatuet imperio moram.
Sab. *Populiſne regna condat & regum domos,*
Lex æqua veri? Falleris. Populos ſimul,
Vrbeſque, regnorumque diffuſos mari
Terraque tractus regibus Numen dedit.
Pro. *Sic eſt profectò. Iuſta terrarum Deos*
Natura Reges finxit. His quidquid ſinu
Coërcet Orbis: quidquid amplexu fovent
Ele-

Elementa: populi quidquid exſudat labor,
Famulatur unis, Mundus eſt regum domus,
Proceres miniſtri, Vulgus ad ſervos refer.
„ Pap. *Palpare neſcit veritas Reges amat.*
Qui jura regum, jura populorum ſuis
Diſcrevit oris. Regna, non Reges colit,
Interminato quiſquis arbitrio Ducum
Permiſit Orbis frana. Fas Reges agat,
Feras libido. Quod lubet, rarò licet.
Hac fixa Ducibus meta: Lex, Ratio, Deus,
His obſequentis lata, regnorum ſalus:
His diſſidentes certa pernicies pede
Non claudicanti ſequitur obſequium ſuis,
Non ſervitutem Rector à populis petat.
Quid aula felix populus infelix; niſi
Informe monſtrum? Prima regales quidem
Fortuna poſtes intret. In partem tamen
Sortis beata populus haud egens migret.
Regnare, non eſt opibus & laxu frui:
Noctesque ludo terere, venatu dies:
(Sint hac laborum pretia, curarum quies.)
Non pertinaci premere Subjectos jugo,
Vrbesque, & agros regium in penum dare:
Sed jura populis ferre, ſupplicibus opem,
Miſeris levamen, dura bellorum procul
Arcere terris: aurea pacis bona
Referre patria: vivat ut latus bove
Colonus, opifex arte, Cauſidicus foro,
Rate Nauta: forte quiſque ſit felix ſua
Hac Rege major Veritas, Regem docet.
Sab. *Rex veritate major, hac pedibus premit.*
Regnat precatu, quiſquis his regnum notis
Inſignis, excors. Pap. *Veritas regem regit.*
Sab.

Sab *Rex Veritatem.* Bal. *Bacchus utrumque.*
Sab *Abnuo.*
Bal. *Nulla coërcent turgidum leges Merum.*
Sab *Exigua lympha gutta debilitat Merum.*
Bal. *Tenuiſque Reges mucro demittit ſtygi.*
Pap. *At aqua tantum veritas prodit nefas.*
Leo. *Dictum eſt abundè, Pendet & dubiis adhuc*
Librata pennis palma, cui cedat, volat.
Bal. *Si patere princeps, reddet ubi phœbus diem;*
Ludrica probabit ſcena Regnantûm impetus
Vino minores. Veritas litem ſecet.
Leo. *Patior.* Sab. *Probamus.* Leo. *Iam ſoporifera chorus*
Compoſitus arte, pectoris curas levet.

Tripudium ex ſomniis ad ſomnum conciliandum. Dormit Rex: quo animadverſo, tacitè exeunt proceres.

SCENA II.

Taraſius loci Patriarcha, octo ante annis in exilio vitâ functus, Leoni dormienti objicitur, & mortem ei per Michaëlem quendam propter ſcelera inferendam, divinitùs denunciat.

LEO, TARASIUS, ANGELUS vindex,

TARASIUS.

DElapſus aureâ ſedis æterna domo.
Quas calco terras? Orbis occidui plagam?
An quæ renatum prima teſtatur diem?
Has illa gentis terra Cæſarea ferax?

Has

Hæc illa rerum Domina, terrarum caput,
Roma nova? Fallor. Squallet hic mundi ſitus.
Habitata ſævis regna Sauromatis premo.
Hic ego ſacratum paſtor excolui gregem?
O triſte rerum ſpecimen! Exceſſit fides,
Proſcripta virtus, nactus imperium furor:
Latè triumphat. Quantus! heu quantus rubet
Cruor innocentum! Qua gregem ſtravit lues?
Pars dente cæſa; pars per horrentes vaga
Lucos deerrat: Ocio nuſquam locus.
Quæ Tigris iſta, dente quis crudo Lupus?
Fallor Ferarum Rector, Armenius Leo.
Truculentus, audax, ſævus immanis leo
Hæc egit unus. Te fera, hæc peragunt reum.
Tamen ſoporem carpis? O mentis ſtupor!
Dilecta cælo turba, divinum genus,
Cultrix honeſti, cæde numeroſa perit.
Hunc enſis, illum flamma viventem necat;
Informis alium nodus; alterius latus
Exegit haſta, fuſte non nemo cadit.
Et tu nefanda cædis impulſor, jaces?
Efflando ronchos pectore impuro cies?
Iam jam perennu ſaxo te ſomnus premat.
Decreta fatis hora diluxit tuis
Exurge bellua, teque ad horrendum Dei
Refer tribunal, Rector aſtrorum jubet.
Librandus æqui pariter & iniqui tenor.
Suſpenſa lanx eſt. Surge. Torpeſcis leo?
Cæli flagellum Michaël, celera gradum.
Diſtringe ferrum. Viribus totis age.
Sævum Leonem vulnere æterno 1 *feri.*

1 Genius vindex rubro veſtitus, ſtricto ferro Impera-ratorem videtur confodere.

S C E-

SCENA III.

Leo ea ſpecie maximè territus, tollendos è medio omnes, quibus nomen Michaël, decernit. Michaël Balbus omni ſe ſuſpicione liberat.

LEO, SEBASTIUS, MICHAEL famulus, MICHAEL EPHEBUS, MICHAEL BALBUS.

LEO.

PErii 1 Trucidor. Enſe confoſſum eſt iecur.
Effuſus undat ſanguis. O tetrum nefas!
Quid hoc? Refugit? Abiit? Horreſco virum.
Invulneratum 2 pectus, atque aciem fugax
Eluſit umbra? Luſus hic nimium quatit.
Trux umbra: triſtis umbra: feralis mihi
Volitavit umbra. Vivit etiamnum trucis
Imago ſpectri. Mucro, vulnifica manus,
Auctorque ſceleris Michaël, mentem cient.
Præſagus ante format exitium ſopor.
Duce Michaële poſcor ad cædem Leo.
O quàm tremiſco Michaël! Dubio movet
Horrore nomen. Balbus hoc verſat nefas?
Tenax reclamat rebus in ſummis fides
Michaël Ephebus? Tenera tam dirum ſcelus
Detrectat ætas. Ergo famulantum gregi
Hoc deſtinatur facinus? Incaſſum Leo,
Famulos timeſcis. Genere plebeio ſatos,
Spe deſtitutos, regna meditari putem?
Timere cunctos, cuncta quem timent, decet.
Etiam innocentes rebus in dubiis time.
Teſtor Tonantem: quiſquis Auguſti latet
Sub æde Michaël, ſanguine piabit nefas.

1 Exilit repentè è ſtrato, & manu ſinum ſcrutatur, an ſubſit vulnus.

2 Pectus illæſum deprehendens hæret attonitus.

Non

Hæc illa rerum Domina, terrarum caput,
Roma nova? Fallor. Squallet hic mundi ſitus.
Habitata ſævis regna Sauromatis premo.
Hic ego ſacratum paſtor excolui gregem?
O triſte rerum ſpecimen! Exceſſit fides,
Proſcripta virtus, nactus imperium furor:
Latè triumphat. Quantus! heu quantus rubet
Cruor innocentum! Quæ gregem ſtravit lues?
Pars dente cæſa; pars per horrentes vaga
Lucos deerrat: Ocio nuſquam locus.
Quæ Tigris iſta, dente quis crudo Lupus?
Fallor Ferarum Rector, Armenius Leo.
Truculentus, audax, ſævus immanis leo
Hæc egit unus. Te fera, hæc peragunt reum.
Tamen ſoporem carpis? O mentis ſtupor!
Dilecta cælo turba, divinum genus,
Cultrix honeſti, cæde numeroſa perit.
Hunc enſis, illum flamma viventem necat;
Informis alium nodus; alterius latus
Exegit haſta, fuſte non nemo cadit.
Et tu nefanda cædis impulſor, jaces?
Efflando ronchos pectore impuro cies?
Iam jam perenni ſaxo te ſomnus premat.
Decreta fatis hora diluxit tuis
Exurge bellua, teque ad horrendum Dei
Refer tribunal, Rector aſtrorum jubet.
Librandus æqui pariter & iniqui tenor.
Suſpenſa lanx eſt. Surge. Torpeſcis leo?
Cæli flagellum Michaël, celera gradum,
Diſtringe ferrum. Viribus totis age.
Sævum Leonem vulnere æterno [1] *feri.*

S C E-

[1] Genius vindex rubro veſtitus, ſtricto ferro Imperatorem videtur confodere.

SCENA III.

Leo ea ſpecie maximè territus, tollendos è medio omnes, quibus nomen Michaël, decernit. Michaël Balbus omni ſe ſuſpicione liberat.

Leo, Sebastius, Michael famulus, Michael Ephebus, Michael Balbus.

Leo.

Perii! Trucidor. Enſe confoſſum eſt jecur. [1]
Effuſus undat ſanguis. O tetrum nefas!
Quid hoc? Refugit? Abiit? Horreſco virum.
Invulneratum [2] *pectus, atque aciem fugax*
Eluſit umbra? Luſus hic nimium quatit.
Trux umbra: triſtis umbra: feralis mihi
Volitavit umbra. Vivit etiamnum trucis
Imago ſpectri. Mucro, vulnifica manus,
Auctorque ſceleris Michaël, mentem cient.
Præſagus ante format exitium ſopor.
Duce Michaële poſcor ad cædem Leo.
O quàm tremiſco Michaël! Dubio movet
Horrore nomen. Balbus hoc verſat nefas?
Tenax reclamat rebus in ſummis fides
Michaël Ephebus? Tenera tam dirum ſcelus
Detrectat ætas. Ergo famulantum gregi
Hoc deſtinatur facinus? Incaſſum Leo,
Famulos timeſcis. Genere plebeio ſatos,
Spe deſtitutos, regna meditari putem?
Timere cunctos, cuncta quem timent, decet.
Etiam innocentes rebus in dubiis time.
Teſtor Tonantem: quiſquis Auguſti latet
Sub æde Michaël, ſanguine piabit nefas.

1 Exilit repentè è ſtrato, & manu ſinum ſcrutatur, an ſubſit vulnus.

2 Pectus illæſum deprehendens hæret attonitus.

Non has inultus hoſtis effugiet manus.
Petat aſtra celſus, more Titanum ferat
In aſtra vindex. Ditis irrumpat domos;
Plutonis aulam verus Alcides petam. (put;
Servus an Ephebus. famulus an procerum ca-
Feriantur omnes. Rara fortunam fides,
Aulamque ſequitur. Parcis? Exitium foves.
Adeſte 1 proceres. Sab. *Quis patrem caſus ferit?*

1 Intrat Sabatius.

Leo. *Pereo, Sabâti, perimor:* Sab. *Infauſtum polus*
Omen refellat. Leo *Sica, terrores, cruor,*
Michaël Sab *Medullas horror attonitas quatit.*
Leo. *Quiſquis penates Michaël celſos colit,*
Huc advocetur. Sa. *Quem parens hoſtē, timet?*
Patrem tuebar. Leo. *Perge: præcipita moras,*
Quiſquam Leonis fata regnanti paret?
Ruat ante mundus. ſternam, & evertā omnia
Crēmetur aula, ſtrage cumulata lares.
Procerum replebo. Fas per, & ferrum. & nefas.
Iugulum tuebor. Sin rebellantes polus
Armet catervas; Hac Gygantæo manus
Bello laceſſet aſtra: nec inultum dabit.
Fam. *Acc tus adſum.* Leo. *Quis cluis?* Fam. *Michaël.* Leo *Reus*
Abominandi nominis ſtygem pete. 1
Ep. *Advenio Michaël ſervet Auguſtum ſalus.*
Leo. *Niſi te perempto nutat Auguſti 2 ſalus.*
I nunc: ſalutem perfer inferno Iovi:
Mi. Bal. *Quid Michaëlem regis imperiū iubet?*
Leo. *Te Michaëlem 3 Rex, & imperium timet.*
Abeſto

1 Famulum propter nomen Michaëlis poſt ſpatium confodit.

2 Similiter & Michaëlem Ephebum.

3 Pavidus, viſo Balbo, retrocedit.

Abeſto Michaël , pereo. Bal. *Quis ſacrum timor*
Invaſit animum? Leo. *Gelidus obtutu coit*
Ad oſſa ſanguis. Noctu hunc dira petunt
Auguria. Balbe , rurſus exporta pedem.
Bal. *Balbum retorto Cæſar aſpectu fugit?*
Le. *Balbum retorto Cæſar haud vultu fugit,*
Sed Michaëlem, Nomen horrendum amove.
Bal. *Quidquamne diri nomen augurii gerit?*
Michaël amicam jurat , & Balbus fidem.
Leo. *O Balbe! Fari prohibet invitum ſtupor.*
Etiam rebellat Balbus? Bal. *Abjuro nefas.*
Quis hac ſuſurro cecinit infido reus?
Leo. *Præſagit animus.* Bal. *Falſus interpres mei.*
Sed unde mentem vanus afflavit timor?
Le. *Horreo profari.* Ba. *Noſſe quo peream malo,*
Sit fas. Amicum ſceleris ignarum premis.
Leo. *Ferale dira noctis augurium & nefas;*
Loquar an ſilebo? Quàm trucis forma notas
Videor tueri? Sanguine cruenta manus;
Oculi minaces , ſica , terrores , cruor,
Et qui tremendam cuſpide imprimeret necem,
Michaël ab alto miſſus: (Etiamnum ferit
Infeſtus aures vocis inimica ſonus.)
Michaël cruentam verſat Auguſti necem.
Bal. *Tu me triſulco fulmine rebellem crema,*
Regnator Orbis Chriſte , ſi tanta impio
Mentis receſſu ſcelera molitum arguas.
Præverte dextram. Sin coruſcanti polus
Cremare flamma ceſſet , inſontem probans,
Hoc transfadactum 1 chalybe diſtricto jecur

1 Nudato pectore pugionē ſuū offert Imperatori, quem metus cogit pedem referre.

Recludе penitus: Quique ſuſpectum cruor,
Et ſica dederunt, mox repurgatum dabunt,
Ego ſic merenti cadis impendam vicem?
Quin per phalanges Martis armati ferar,
Qua denſus horret ſegete mucronum globus,
Subibo mille pectore objecto neces.
Caſare jubente. Tanta conſequitur fides
Ludibria ſomni? Fallit illuſum ſopor.
Contemne cacos noctis umbroſa, Leo,
Contemne viſus. Robur antiquum advoca,
Quo vel tremendos ſapè calcaſti metus.
Leo. *Bene eſt. Probata, Balbe, jam dudum fides*
Servat tenorem. Vana formido nimis.
I perge, quo te cura promiſſi vocat:
Scenamque Regis pariter & Bacchi para:
Vt inquieta mentis arumnas levem.
Bal. *Mendace quantum diſpuli vultu malum.*

SCENA IV.

Sabatius Leonis filius natu maximus, Balbum apud patrem affectati Imperii accuſat.

Leo, Sabastus.

Leo.

At tu, Sabati, proximum ſceptro caput,
Inquire cautus; num quis armorum potens,
Opibusve Michaël qua patet regnum incolat.
Sab. *Auguſte princeps, caſſa praſidia legit,*
Propiora quiſquis bella contemnens, foris
Hoſtem requirit. Viperam in ſinu geris.

Leo. *Nondum peremptam? noſtra emit manus?*

Sab. *Nimium pergit. Stravit inſontes nece:*
Sonti pepercit. Leo. *Si qua te patris movet*
Salus, nocentem pande. Sab. *Damnabis fidem.*
Leo. *Quo captus aſtu.* Sab. *Quo ſolent Reges capi,*
Amore. Leo. *Vitæ jura cùm poſcunt, ſilet*
Ius omne amoris. Pande ſi quicquam latet.
Sab. *Pars magna regni, Balbus in tuam ferox*
Inſtat ruinam. Leo. *Verba firmarũt fidem.*
Sab *Sunt verba, Cæſar, mentis arcana tegit*
Odia latebris. Leo. *Cùm dedit virtus locum,*
Patuit labore pariter, & factis amor.
Sab. *Amor receſſus patitur, & fallax retro*
Greſſum fatigat ſæpè. Leo. *Cõmendant virum*
Pacis colendæ ſtudia. Sab. *Cõdemnant virum*
Sceptri ambiendi ſtudia. Leo. *Quem damnas, vide.*
Sab. *Favor ſuperbum, fama quem tumidum facit,*
Vox innocentem, tectus inſontem dolus,
Leo. *At quâ latentes arte venaris dolos?*
Sab. *Quà ſe recludunt. Verba non frenat dolor,*
Auditus ore ſæpè perplexo ſonos
Iactare dubios : Penitus erravit, feris
Quiſquis Leonem ſtultus impoſuit ducem.
Nempe truculentus regna nil curat Leo,
Niſi diſſipare. Quos regit, ſævus necat.
Hæc fatus, ora reprimit: inde altum trahens
Gemitum, recludit: debile ferarum genus!
Malè ſi cruentus fræna molitur Leo,
Iugum feretis? Sit Leo nemorum potens

Regnator: omnes quatiat aſpectu feras.
Qui terret ore ſingulas; cunctas timet.
Sternet leonem juncta vel leporum cohors
Le. *O pervicacem! Prô gravis lingua probrum;*
Nemo procacis ora compreſſit viri?
Ego truculentus, ſævus, horrendus, ferus,
Sitio cruorem? Lentus at nondum tuo
Luſi cruore. Decuit hoc, decuit tamen,
Cruore ſontes tingere inimico manus;
Si ſim cruentus. Lente quid ceſſas furor?
Perdam, Tonantem juro. Nec Titan ſalo
Condet jugales antè, quàm rubro ſolum
Lavabit imbre. Faxo dominatum ferat
Etiam leonis. Regnet in ſylvis Leo:
Ego, rector orbis, fræna terrarum geram.

SCENA V.

Baſilius Leonis filius ſecundus Sibyllæ ſolio patrem conterret. Leo in omnem eventum Sabatio Imperium confirmat.

LEO, BASILIUS, SABATIUS, PAPIAS, PROCLUS.

BASIL.

O *Cæſar!* Leo. *Oris horreo infauſtum ſonum.*
Bas. *O certa nunquam capitis Auguſti ſalus!*
Le. *Succurre Nate, petitur Auguſti ſalus.*
Ba. *O fata patris!* Le. *Fata quis patri parat?*
Ba *Fata ipſa.* Le. *Sævas damno fatorum vices.*
Quis fata fingit? Ba. *Quem nefas falli Deus.*
Le. *Faxo refelli poſſit. Enarra modum.*
Ba. *Dum nox tacente ſpatia metitur jugo,*

Cutis peruſtus, membra verſabam toro;
Nec ſe petenti blanda reddebat quies.
Ergo inquieta noctis ut fallam moras,
Exurge velox: quique ſe primus tulit,
Tacitus revolvo mente ſollicitâ librum
Senioris ævi fata condiderat modis
Erythræa vates: dumque divinas lego,
Relegoque ſortes, ſubito Hac 1 diro venit 1
Imago vultu. Cerno, Dux nemorum Leo, Aperit
Chi *Dulce Christi præferens ſignum, fugit.* imaginē
Hunc per ſacratam trajicit lateris notam chartâ de-
Venator, ictu tela furioſo premens: pictam
Sab. *Quid hinc timendum?* Bas. *Mentis augurium mea.* .X.
Complexus animo fata Cæſareæ domus,
O quàm tremiſco Vatis implexa modos!
Inhæret acri fixus inſtinctu metus,
(Metus refelli neſcius) tuam hic, pater,
Latêre ſortem, dumque naſcentem colis
Chriſtum per aras [omen advertat polus]
Ferro petendum, quà Leo petitur, latus.
Hic hic ſoporem turbat excuſſum pavor.
Hac me fatigat mens reluctantem licet,
Cogor timere genitor. LEO. *O ſortem invidam!*
Omen paveſco. Fata præcipitant moras. 2
Conjurat Orbis. Cuncta me poſcunt neci, Chartam
Cælum ſolumque. Regium capiti decus cum ima-
Sentio revelli. Premitur incautus Leo. gine la-
Sed non premetur. Abnego 2 fatis fidem. cerat in
Errat Sibylla. Fallit augurio polus. mille par-
Adeſte Nati. *Noſtra ſi fragili loco* tes, & pe-
Sors fluctuatur, ſtabit incolumis tamen, dib⁹ pro-
Dum quiſque vigiles cautus excubias agat. culcat.

Tu chare Baſili, militum explora fidem.
At tu latentes excuba in Balbi dolos.
Piſcare mentem. Si quid infandi paret,
Mone parentem. Pœna ſceleratum premet:
Monuimus. Ite. Quis tamen caſum fugit?
Mane, 2 Sabâti, Nate, dic regni notas
Ferant miniſtri. Quiſquis è procerum choro,
Inſomnis agitat, adſit actutum. Bas. *Veto.*
,, Leo. *Quiſque vitet, nemo præſentit ſatis;*
,, *Sors inſolenti ſceptra ludibrio rotat.*
,, *Eſto, excubemus; qua tamen feriat, habet,*
,, *Patuit Tyranni ſemper ad jugulum via,*
Hinc Regiam fundare fortunam placet,
Noſtraque fata gentis. Extinguat licèt,
Vbi certa ſtirpi ſceptra firmâro mea.
Adeſte proceres: quamque Rex poſcit fidem,
Præſtate factis. Imperi hæredem creo
Sabatium. Probatis? Pro. *Annuimus.* Leo. *Benè eſt.*

2 Sabatium abeuntē revocat, & per Baſilium curat afferri ornamenta regia.

Diadema 1 *frontem: dextram ſceptrum, toga*
Humeros, ſuperbam regius mentem vigor
Decoret. Abunde eſt. Nemo properati modum
Exigat honoris. Quod libet, Regi licet.

1 Sabatium coronat ſuceſſorem.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Sabatius coronatus Imperii ſpem concipit.

SABATIUS ſolus.

O *Sortis aureûm dulce ridentis jubar!*
Ergone tandem ſceptra Sabatius gerit?
Ergone regnat? nec triumphalis ſalit,
Mens iſta plauſu? nec parum ſui capax

Exul.

Exultat animus! Fateor, exultat, ſalit,
Diffundit intus viſcera, haud ſeſe capit.
Quæ ſors, quis unquam tanta fortuna favor
Bona cumulavit. Quolibet conſtant bene
Vel empta ſcelere regna. Tum demum tamen
Iuvat aſſequutum, quando nullius reus
Cruoris animus, victor in regnum venit,
Te, ſors, adoro. Perge, quo pergis gradu.
Tranſcende quicquid purpureo videt
Sublime Phœbus: ſuperat exiguus labor
Regno: ſed alii nomen Imperii parens
Adhuc reſervat. Ferre conſortem piget,
Regno: Sed aſtu Balbus atque auro valet.
Summo propinquum, ſemper extimeas caput.
Huc ergo pondus ferre curarum ſedet:
Vt una geminas nox premat mundi faces.
Genitor ſub ictu eſt. Parvus effætum necat
Catulus leonem. Major à Balbo timor.
Quem captus auro populus exoptat ducem,
Proceres adorant. Tuta ſed metuo nimis.
Non parcet unquam, quam timet Feram,
Leo.
Feret ille pœnam ſcelere promeritam ſuo.
Sed quando feret? O lente blanditor nimis!
Anime! quid hoſti pacis indulges diem
Dum carpit auras, ſemper inimicum time.
Ergo age, ruentem trude prævalidâ manu,
Dum fas jacentem premere lethali pede.

SCENA II.

Sabatius imaginem Deiparæ, quam Theophilus Balbi filius à matre piè educatus colit, impiè in os vulnerat.

SABATIUS, THEOPHILUS.

SABATIUS.

EN illa genere ſtirps Amorrhæa ſata,
Balbi propago, digna progenies patre,
Malè ominoſos tendit adverſum gradus.
Rumpor tuendo. Turget iratum jecur.
Ilia fatiſcunt. Vnus in meam puer
Creſcat ruinam? Balbus huic vitam locat,
Huic per ſepultam gentis Auguſta domum:
Huic per nefandos ſceptra conatus parat.
Sed unus ambo laqueus implexos dabit.
1 *O turpe ſpectrum! Cælitum vanus colis*
Theophilus promit imaginem Beatæ Virginis, eamque oſculatur. *Simulacra? Cæſar, juſſa proculcat tua.*
The. *Dum nox ſilenti peragit lapſu viam;*
Aulaque curas blandus involvit ſopor,
Fas mihi quieta mentis arbitrium ſequi.
Sab. *Iuvat reducto verba venari gradu.*
The *O mater! O lux orbis! O rerum ſalus!*
Quam per pericla, perque carnificum metus
Servavit uſque natus illaſam tuus,
Da pauca tecum corde ſollicito loquar.
Sab. *Puelle vecors, verba ſimulacro facis?*
The. *Dic mater, alma mater, aſtrorum lepos,*
Amor Tonantis, dulce cælituum decus,
Regina rerum, veris æterni roſa,
Aurata mundi flamma, ſydereus honos;
Illuſtris heroina, cui vultu natant
Ter mille Charites; fronte majeſtas, genis
Purpura bigemmis, aureus ocellis decor,

Radiata crinibus aura, Nectareum labris
Fulmen, per artus ſpirat ambroſios odor.
Sab. *Pictam profana mente veneratur Deam.*
The. *Dic mater, unde tantus Eoum furor*
Divexet orbem? Rara perpetuum fides
Servat tenorem. Fas jacet, floret nefas.
Sab. *Per te, patremque, fas jacet, floret nefas.*
The. *Quin & tuorum caſtus occumbit chorus:*
Pars enſe, pars ſqualore, pars fugâ perit.
Qui te Sabæa nube genitricem colat,
(O digna thure mater æterno cœli.)
Rarus per orbem ſupereſt. Sab. *Exſuperes licet;*
Rerum potitus impios dedam neci.
The. *O flecte Regem virgo, ne quis te mihi*
Disjungat unquam Regis irati furor.
Sab. *Præverte* [1] *Patrem. Mitte ſimulacrum,*
impie,
Vecors tabellum cultor. The. *Auguſto ſate.*
Sab. *Nil impetras; remitte.* The. *Per cœlum*
precor,
Sab. *Tuo impiatum ſcelere.* The. *Per cœli*
Ducem,
Sab. *Quem lædis, auſo ſigna dementi colens.*
The. *Per ſceptra patris.* Sab. *Ferre quæ ſolus*
negas.
The. *Sic flos juventæ vernet illæſus tua.*
Sab. *Vernare tanti ſceleris afflatu queat?*
Dimitte. The *Parce. Fer laboranti manum*
Potens Maria. Sab. *Chalybe reſcindam a*
manum.
The. *Vel corda rumpe. Nulla vis manum*
domet

1 Injicit manum in imaginem.

2 Imaginē quem nequit per vim extorquere, pugione in os vulnerat, & exit.

O facinus! O piamen! O nullo ſcelus
Auditum in ævo cerno? Nec ſuos latent
Retroacta in orbes lumina, & tantum nefas
Pati recuſant? Prome ſingultus dolor,
Oculosque denſâ conde lacrymarum vice.
O vulnus! acre vulnus! immanis manus!
Quis te, decora mater, infregit furor?
Quo fulgor oris, dulce quo frontis jubar,
Quo luminum receſſit Auguſtus decor?
O vulnus, acre vulnus, immanis manus!
In ora meliùs noſtra ſaviſſet chalybs.
Quid ora? Cordis melius hauſiſſet fibras.
Quàm purpurantem matris in vultum meæ
Deſæviiſſet ictus. Heu! Nigrum ſcelus!
O vulnus! acre vulnus! immanis manus!
Fuſcate radios aſtra: Virgineos latro
Radios abegit. Conde Sol oris decus:
En majus oris periit eraſum decus.
Perite flores: Læſa jam florum eſt parens.
Marceſcite roſæ, cælitum elanguet roſa.
Pix atra canum liliis turpet caput:
En liliatum ſpina labefecit caput,
O vulnus, acre vulnus! Immanis manus!
Manus Geloni, Thracis, eduri Getæ!
Aſſertor orbis, Virginis magna parens,
Idemque Nate: non ut iratum vibres
Ab axo fulmen, matris ulturus probrum,
Rogo: ſceleſtum pœna non dubia premet.
Impunè Matrem nemo violavit tuam.
Da, da, Mariam fœdere æterno colam:
Cujusque pictam læſit effigiem Leo;
Da, non movendum corde ſimulacrum geram
Hæc ſumma voti. Mater orantem juva.

S C E-

SCENA III.

Sabatius Morocchum Saracenum inducit, ut arca incluſus, Balbi conſilia nocturna exploret.

SABATIUS, MOROCCHUS.

SABATIUS.

Morocche, Martis pignus, Herculeum genus:
Anhela, ſi te laudis immenſa ſitis
Adhuc perurit: quæ catenatos pati
Suaſit labores: perge, & invictæ refer
Documenta mentis Eſt ubi magni probes
Animi vigorem. Facinus egregium paro:
Terroris expers, ſi quid audebis modo.
Mo *Num priſcus altè mentis exſuperet vigor,*
Dubitas? Theatrum roboris poſco mei.
Ego, te jubente, Martis indomiti truces
Penetrabo turmas: quaque telorum ſeges
Cuſpidibus horret denſa, fatali viam
Ferro recludam. Cerebrum ex orco trahi
Jubes ſub auras? Cerebrum ex orco traham.
Sab. *Generoſa mentis ſemina agnoſco tuæ:*
Leviora poſco. Clauſtra nocturni ducis
Nil opus adire. Brevior exſuperat via.
Tacitamne ſpondes rebus arcanis fidem?
Mo. *Adamante vinctam ſpondeo Morocchus fidem.*
Sab. *Perge, & adamante fortius vinci fidem,*
Mor. *Quid hoc Sabati? Vendis adamantem joco?* Detractũ digito
Per aſtra, nolo. Sab. *Per Iovis dextram volo.* adamantem
Mor. *An qui ſacrato fulſit in digito lapis,* porrigit.
Gerat Morocchus? Dii vetent. Sab. *Fremant*
Dii: Mo-

Monumentum amoris haud recuſabis mei.
Mor. *Fidemne pretio coëmis?* Sab. *Æternâ fidem*
Conſigno gemmâ. Mor. *Teſtor invitum* 1 *trahis.*

1 Accipit adamantem.

Sab. *Age nunc fideli verba commenda ſinu.*
Sceptro eminere, non levis Balbum premit
Suſpicio. Caſar hinc & hinc vario tremit
Agitatus aſtu. Noctis auguria, pavor,
Fatum Sibylla perfida mentis reum
Cecinêre Balbum. Certa facinoris tamen
Deprenſa nondum ſigna. Tu fraudis viam,
Tu Ditis artes, furta tu prodes viri.
Mor. *Quin furta prodam ferreo* 2 *indicio. Placet?*

2 Gladium evaginat ex parte.

Sab. *Nil viribus opus. Cernis hos Balbi lares?*
Hîc ille mentis verſat aſtuta dolos.
Si quid nefandi ſpiret; hic ſociis nefas
Pandet vocatis. Ergò ſecretam ſubi
Furtivus arcam; quæque peraguntur, memor
Committo menti. Mor. *Muris officium ſequar*
Incluſus arca, quem ſinu vaſto negat
Arcere mundus? Sab. *Magnus Auguſti favor*
Penſabit auſum. Mor *Pudeat incepti licèt*
Parendum amico eſt. Subeo, quē jubes larem.
Sab. *Si Balbus arcam reſeret?* Mor. *Impreſſo pedem*
Revocabis ictu. Mucro tranſadiget feram.
Sab. *Dolus occupetur. Melius invenies viam,*
Genium profundo Ditis emiſſum lacu
Mentitus ore. Picea ferrugo tegat
Faciem manuſque. Tegmen ubi ciſta levat,
Emerge ſubitò, teque Tartareo Iove

Veniſſe

Digitized by Google

Veniſſe miſſum, voce ferali refer.
Incepta peragat ſortu, & metus jube
Removere vanos. Fraude ſic nactus viam:
Fugis pericla: nec minus prædam capis.
Mor. *O lepide fraudis auctor! In Furiam migro.*
Vale Morocche. Torvus inferna domus
Huc pictor 1 aliquis. Cerne fumoſum decus, 1 Facie totam denigrat.
Arridet? Sab. *Oris furva majeſtas placet,*
Superas Megaram. Perge: properato eſt opus.
Mor. *Valete Superi.* Sab. *Fata ſi fraudes probent,*
Habes ſalutem Mor. *Fata niſi fraudes probent,*
Habeo ſepulchrum. Condor. 2 Occluſum tege. 2 Arcam ſubit.
Sab. *Bene eſt. Doloſo laqueus obtentu jacet.*

SCENA IV.

Balbus ægerrimè fert Sabatium, ſe abſente, Imperatorem deſignatum.

QVacumque Averni parte, Furiarum ſatrix,
Nox atra ſedem figis, aſpira meis
Secunda cœptis, vimque, mucrones, necem
Mecum auſpicare. Molior vaſtum ſcelus.
Regem peremptum. Quid tamen ſcelus voco
Inſigne facinus? Meditor immenſum decus,
Caſum Tyrannum, dirutum populis jugum,
Ergo pr fundum ſparge, quà gradiar, chaos.
Nigreſcat Orbis. Noſtra ſub furvis eant
Conſilia tenebris, ſpiſſa nox aulam premat,
Quin par Olympum noctis involvat chlamys,
Adimatque ſuperis aſtra, ne videant dolos
Niſi jam peractos. Ecce Nemeæus 1 Leo.

Ne-

1 Suſpiciens aſpicit in cœlo ſignum Leonis.

Reclude penitus: Quique ſuſpectum cruor,
Et ſica dederunt, mox repurgatum dabunt,
Ego ſic merenti cadis impendam vicem?
Quin per phalanges Martis armati ferar,
Qua denſus horret ſegete mucronum globus,
Subibo mille pectore objecto neces.
Caſare jubente. Tanta conſequitur fides
Ludibria ſomni? Fallit illuſum ſopor.
Contemne cacos noctis umbroſa, Leo,
Contemne viſus. Robur antiquum advoca,
Quo vel tremendos ſapè calcaſti metus.
Leo. *Bene eſt. Probata, Balbe, jam dudum fides*
Servat tenorem. Vana formido nimis.
I perge, quo te cura promiſſi vocat:
Scenamque Regis pariter & Bacchi para:
Vt inquieta mentis arumnas levem.
Bal. *Mendace quantum diſpuli vultu malum.*

SCENA IV.

Sabatius Leonis filius natu maximus, Balbum apud patrem affectati Imperii accuſat.

LEO, SABASTUS.

LEO.

At tu, Sabati, proximum ſceptro caput,
Inquire cautus; num quis armorum potens,
Opibusve Michaël, qua patet regnum incolat.
Sab. *Auguſte princeps, caſſa praſidia legit,*
Propiora quiſquis bella contemnens, foris
Hoſtem requirit. Viperam in ſinu geris.

Leo.

Leo. *Nondum peremptam? noſtra emit manus?*

Sab. *Nimium pergit. Stravit inſontes nece:*
Sonti pepercit. Leo. *Si qua te patris movet*
Salus, nocentem pande. Sab. *Damnabis fidem.*
Leo. *Quo captus aſtu.* Sab. *Quo ſolent Reges capi,*
Amore. Leo. *Vitæ jura cùm poſcunt, ſilet*
Ius omne amoris. Pande, ſi quicquam latet.
Sab. *Pars magna regni, Balbus in tuam ferox*
Inſtat ruinam. Leo. *Verba firmarunt fidem.*
Sab *Sunt verba, Cæſar, mentis arcana tegit*
Odia latebris. Leo. *Cùm dedit virtus locum,*
Patuit labore pariter, & factis amor.
Sab. *Amor receſſus patitur, & fallax retro*
Greſſum fatigat ſæpè. Leo. *Cõmendant virum*
Pacis colendæ ſtudia. Sab. *Cõdemnant virum*
Sceptri ambiendi ſtudia. Leo. *Quem damnas, vide.*
Sab. *Favor ſuperbum, fama quem tumidum facit,*
Vox innocentem, tectus inſontem dolus,
Leo. *At quâ latentes arte venaris dolos?*
Sab. *Quæ ſe recludunt. Verba non frenat dolor,*
Auditus ore ſæpè perplexo ſonos
Iactare dubios: Penitus erravit, feris
Quiſquis Leonem ſtultus impoſuit ducem.
Nempe truculentus regna nil curat Leo,
Niſi diſſipare. Quos regit, ſævus necat.
Hæc fatus, ora reprimit: inde altum trahens
Gemitum, recludit: debile ferarum genus!
Malè ſi cruentus frena molitur Leo,
Iugum feretis? Sit Leo nemorum potens

Regnator: omnes quatiat aſpectu feras.
Qui terret ore ſingulas; cunctas timet.
Sternet leonem juncta vel leporum cohors
Le. *O pervicacem! Prô gravis lingua probrum!*
Nemo procacis ora compreſſit viri?
Ego truculentus, ſævus, horrendus, ferus,
Sitio cruorem? Lentus at nondum tuo
Luſi cruore. Decuit hoc, decuit tamen,
Cruore ſontes tingere inimico manus;
Si ſim cruentus. Lente quid ceſſas furor?
Perdam. Tonantem juro. Nec Titan ſalo
Condet jugales antè, quàm rubro ſolum
Lavabit imbre. Faxo dominatum ferat
Etiam leonis. Regnet in ſylvis Leo:
Ego, rector orbis, fræna terrarum geram.

SCENA V.

Baſilius Leonis filius ſecundus Sibyllæ ſolio patrem conterret. Leo in omnem eventum Sabatio Imperium confirmat.

LEO, BASILIUS, SABATIUS, PAPIAS, PROCLUS.

BASIL.

O *Cæſar!* Leo. *Oris horreo infauſtum ſonum.*
BAS. *O certa nunquam capitis Auguſti ſalus!*
Le. *Succurre Nate, petitur Auguſti ſalus.*
Ba. *O fata patris!* Le. *Fata quis patri parat?*
Ba *Fata ipſa.* Le. *Sævas damno fatorum vices.*
Quis fata fingit? Ba. *Quem nefas falli Deus.*
Le. *Faxo refelli poſſit. Enarra modum.*
Ba. *Dum nox tacente ſpatia metitur jugo,*

Curis

Cutis peruſtus membra verſabam toro;
Nec ſe petenti blanda reddebat quies.
Ergo inquieta noctis ut fallam moras,
Exurgo velox : quique ſe primus tulit,
Tacitus revolvo mente ſollicitâ librum :
Senioris avi fata condiderat modis
Erythraea vates : dumque divinas lego,
Relegoque ſortes, ſtupor? Hac in diro venit 1
Imago vultu. Cerne, Dux nemorum Leo, Aperit
Chi *Dulce Chriſti præferens ſignum, fugit.* imaginē
Hunc per ſacratam trajicit lateris notam chartâ de-
Venator, ictu tela furioſo premens: pictam
Sab. *Quid hinc timendum?* Baſ. *Mentis augurium mea.* .X.
Complexus animo fata Cæſareæ domus,
O quàm tremiſco Vatis implexa modos!
Inhæret acri fixus inſtinctu metus,
(Metus refelli neſcius) tuam hic, pater,
Latêre ſortem, dumque naſcentem colis
Chriſtum per aras [omen advertat polus]
Ferro petendum, quà Leo petitur, latus.
Hic hic ſoporem turbat excuſſum pavor.
Hæc me fatigat mens reluctantem licet,
Cogor timere genitor. LEO. *O ſortem invidam!*
Omen paveſco. Fata præcipitant moras. 2
Conjurat Orbis. Cuncta me poſcunt neci, Chartam
Cælumſolumque. Regium capiti decus cum ima-
Sentio revelli. Premitur incautus Leo. gine la-
Sed non premetur. Abnego fatis fidem. cerat in
Errat Sibylla. Fallit augurio polus. mille par-
Adeſte Nati. Noſtra ſi fragili loco tes, & pe-
Sors fluctuatur, ſtabit incolumis tamen, dibꝰ pro-
Dum quiſque vigiles cautus excubias agat. culcat.

Tu chare Baſili, militum explora fidem.
At tu latentes excuba in Balbi dolos.
2 Sabatium abeuntẽ revocat, & per Baſilium cu rat afferri ornamenta regia. *Piſcare mentem. Si quid infandi paret,*
Mone parentem. Pœna ſceleratum premet:
Monuimus. Ite: Quis tamen caſum fugit?
Mane, 2 Sabâti, Nate. dic regni notas
Ferant miniſtri. Quiſquis è procerum choro,
Inſomnis agitat, adſit actutum. Bas *Veto.*
„ Leo. *Quiſque vitet, nemo præſentit ſatis;*
„ *Sors inſolenti ſceptra ludibrio rotat.*
„ *Eſto, excubemus; qua tamen feriat, habet.*
„ *Patuit Tyranni ſemper ad jugulum via,*
Hinc Regiam fundare fortunam placet,
Noſtraque fata gentis. Extinguat licèt,
Vbi certa ſtirpi ſceptra firmâro mea.
Adeſte proceres: quamque Rex poſcit fidem,
Præſtate factis. Imperi hæredem creo
Sabatium. Probatis? Pro *Annuimus.* Leo. *Benè eſt.*
1 Sabatium coronat ſuc eſſorem. *Diadema 1 frontem: dextram ſceptrum, toga*
Humeros, ſuperbam regius mentem vigor
Decoret. Abunde eſt. Nemo properati modum
Exigat honoris. Quod libet, Regi licet.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Sabatius coronatus Imperii ſpem concipit.

Sabatius ſolus.

O Sortis aureûm dulce ridentis jubar!
Ergone tandem ſceptra Sabatius gerit?
Ergone regnat? nec triumphalis ſalit,
Mens iſta plauſu? nec parum ſui capax

Exul.

Exultat animus! Fateor, exultat, ſalit,
Diffundit intus viſcera, haud ſeſe capit.
Quæ ſors, quis unquam tanta fortuna favor
Bona cumulavit. Quolibet conſtant bene
Vel empta ſcelere regna. Tum demum tamen
Iuvat aſſequutum, quando nullius reus
Cruoris animus, victor in regnum venit,
Te, ſors, adoro. Perge, quo pergis gradu.
Tranſcende quicquid purpureo videt
Sublime Phœbus: ſuperat exiguus labor
Regno: Sed alti nomen Imperii parens
Adhuc reſervat. Ferre conſortem piget,
Regno: Sed aſtu Balbus atque auro valet.
Summo propinquum, ſemper extimeas caput.
Huc ergo pondus ferre curarum ſedet:
Vt una geminas nox premat mundi faces.
Genitor ſub ictu eſt. Parvus effætum necat
Catulus leonem. Major à Balbo timor.
Quem captus auro populus exoptat ducem,
Proceres adorant. Tuta ſed metuo nimis.
Non parcet unquam, quam timet Feram,
Leo.
Feret ille pœnam ſcelere promeritam ſuo.
Sed quando feret? O lente blanditor nimis!
Anime! quid hoſti pacis indulges diem
Dum carpit auras, ſemper inimicum time.
Ergo age, ruentem trude prævalidâ manu,
Dum fas jacentem premere lethali pede.

SCENA II.

Sabatius imaginem Deiparæ, quam Theophilus Balbi filius à matre piè educatus colit, impiè in os vulnerat.

SABATIUS, THEOPHILUS.

SABATIUS.

EN illa genere ſtirps Amorrhæo ſata,
Balbi propago, digna progenies patre,
Malè ominoſos tendit adverſum gradus.
Rumpor tuendo. Turget iratum jecur.
Ilia fatiſcunt. Vnus in meam puer
Creſcat ruinam? Balbus huic vitam locat.
Huic per ſepultam gentis Auguſta domum:
Huic per nefandos ſceptra conatus parat.
Sed unus ambo laqueus implexos dabit.
O turpe 1 *ſpectrum! Cælitum vanus colis*
Simulacra? Cæſar, juſſa proculcat tua.
The. *Dum nox ſilenti peragit lapſu viam;*
Aulaque curas blandus involvit ſopor,
Fas mihi quieta mentis arbitrium ſequi.
Sab. *Iuvat reducto verba venari gradu.*
The *O mater! O lux orbis! O rerum ſalus!*
Quam per pericla, perque carnificum metus
Servavit uſque natus illæſam tuus,
Da pauca tecum corde ſollicito loquar.
Sab. *Puellæ vecors, verba ſimulacro facis?*
The. *Dic mater, alma mater, aſtrorum lepos,*
Amor Tonantis, dulce cælitum decus,
Regina rerum, veris æterni roſa,
Aurata mundi flamma, ſydereus honos;
Illuſtris heroina, cui vultu natant
Ter mille Charites; fronte majeſtas, genis
Purpura bigemmis, aureus ocellis decor,

1 Theophilus promit imaginem Beatæ Virginis, eamque oſculatur.

Ra-

Radiata crinibus aura, Nectareum labris
Fulmen, per artus ſpirat ambroſios odor.
Sab. *Pictam profana mente veneratur Deam.*
The. *Dic mater, unde tantus Eoum furor*
Divexet orbem? Rara perpetuum fides
Servat tenorem. Fas jacet, floret nefas.
Sab. *Per te, patremque, fas jacet, floret nefas.*
The. *Quin & tuorum caſtus occumbit chorus:*
Pars enſe, pars ſqualore, pars fugâ perit.
Qui te Sabæa nube genitricem colat,
(O digna thure mater æternæ cœli.)
Rarus per orbem ſupereſt. Sab. *Exſuperet licet;*
Rerum potitus impios dedam neci.
The. *O flecte Regem virgo, ne quis te mihi*
Disjungat unquam Regis irati furor.
Sab. *Præverte* [1] *Patrem. Mitte ſimulacrum, impie,*
Vecors tabellum cultor. The. *Auguſto ſate.*
Sab. *Nil impetras, remitte.* The. *Per cœlum precor,*
Sab. *Tuo impiatum ſcelere.* The. *Per cœli Ducem,*
Sab. *Quem lædis, auſo ſigna dementi colens.*
The. *Per ſceptra patris.* Sab. *Ferre quæ ſolus negas.*
The. *Sic flos juventæ vernet illæſus tua.*
Sab. *Vernare tanti ſceleris afflatu queat?*
Dimitte. The. *Parce. Fer laboranti manum*
Potens Maria. Sab. *Chalybe reſcindam* [2] *manum.*
The. *Vel corda rumpe. Nulla vis manum domet*

[1] Injicit manum in imaginem.

[2] Imaginē quem nequit per vim extorquere, pugione in os vulnerat, & exit.

O facinus! O piamen! O nullo ſcelus
Auditum in ævo cerno? Nec ſuos latent
Retroacta in orbes lumina, & tantum nefas
Pati recuſant? Prome ſingultus dolor,
Oculosque denſâ conde lacrymarum vice.
O vulnus! acre vulnus! immanis manus!
Quis te, decora mater, infregit furor?
Quo fulgor oris, dulce quo frontis jubar,
Quo luminum receſſit Auguſtus decor?
O vulnus, acre vulnus, immanis manus!
In ora meliùs noſtra ſæviſſet chalybs.
Quid ora? Cordis melius hauſiſſet fibras.
Quàm purpurantem matris in vultum mea
Deſæviiſſet ictus. Heu! Nigrum ſcelus!
O vulnus! acre vulnus! immanis manus!
Fuſcate radios aſtra: Virgineos latro
Radios abegit. Conde Sol oris decus:
En majus oris periit èraſum decus.
Perite flores: Læſa jam florum eſt parens.
Marceſcite roſæ, cælitum elanguet roſa.
Pix atra canum liliis turpet caput:
En liliatum ſpina labefecit caput,
O vulnus, acre vulnus! Immanis manus!
Manus Geloni, Thracis, eduri Getæ!
Aſſertor orbis, Virginis magna parens,
Idemque Nate: non ut iratum vibres
Ab axo fulmen, matris ulturus probrum,
Rogo: ſceleſtum pœna non dubia premet.
Impunè Matrem nemo violavit tuam.
Da, da. Mariam fœdere æterno colam:
Cujusque pictam læſit effigiem Leo;
Da, non movendum corde ſimulacrum geram.
Hæc ſumma voti. Mater orantem juva.

S. C. E.

SCENA III.

Sabatius Morocchum Saracenum inducit, ut arca incluſus, Balbi conſilia nocturna exploret.

SABATIUS, MOROCCHUS.

SABATIUS.

Morocche, Martis pignus, Herculeum genus:
Anhela, ſi te laudis immenſa ſitis
Adhuc perurit: quæ catenatos pati
Suaſit labores: Perge, & invicta refer
Documenta mentis Eſt ubi magni probes
Animi vigorem. Facinus egregium paro:
Terroris expers, ſi quid audebis modo.
Mo *Num priſcus altè mentis exſuperet vigor,*
Dubitas? Theatrum roboris poſco mei.
Ego, te jubente, Martis indomiti truces
Penetrabo turmas: quaque telorum ſeges
Cuſpidibus horret denſa, fatali viam
Ferro recludam. Cerebrum ex orco trahi
Iubes ſub auras? Cerebrum ex orco traham.
Sab. *Generoſa mentis ſemina agnoſco tua:*
Leviora poſco. Clauſtra nocturni ducis
Nil opus adire. Brevior exſuperat via.
Tacitamne ſpondes rebus arcanis fidem?
Mo. *Adamante vinctam ſpondeo Morocchus fidem.*
Sab. *Perge, & adamante fortius vinci fidem,* Detractū
Mor. *Quid hoc Sabati? Vendis adamantem joco?* digito
Per aſtra, nolo. Sab. *Per Iovis dextram volo.* adamantem porrigit.
Mor. *An qui ſacrato fulſit in digito lapis,*
Gerat Morocchus? Dii vetent. Sab. *Fremant*
Dii; *Mo-*

Veniſſe miſſum, voce ferali refer.
Incepta peragat fortu, & metus jube
Removere vanos. Fraude ſic nactus viam:
Fugis pericla: nec minus prædam capis.
Mor. *O lepide fraudis auctor! In Furiam migro.*
Vale Morocche. Torvus inferna domus
Huc pictor 1 aliquis. Cerne fumoſum decus,
Arridet? Sab. *Oris furva majeſtas placet,*
Superas Megaram. Perge: properato eſt opus.
Mor. *Valete Superi.* Sab. *Fata ſi fraudes probent,*
Habes ſalutem Mor. *Fata niſi fraudes probent,*
Habeo ſepulchrum. Condor. 2 Occluſum tege.
Sab. *Bene eſt. Doloſo laqueus obtentu jacet.*

1 Faciē totam denigrat.

2 Arcam ſubit.

SCENA IV.

Balbus ægerrimè fert Sabatium, ſe abſente, Imperatorem deſignatum.

QVacumque Averni parte, Furiarum ſatrix,
Nox atra ſedem figis, aſpira meis
Secunda cœptis, vimque, mucrones, necem
Mecum auſpicare. Molior vaſtum ſcelus.
Regem peremptum. Quid tamen ſcelus voco
Inſigne facinus? Meditor immenſum decus,
Cæſum Tyrannum, dirutum populis jugum,
Ergo pr fundum ſparge, quà gradiar, chaos.
Nigreſcat Orbis. Noſtra ſub furvis eant
Conſilia tenebris, ſpiſſa nox aulam premat,
Quin par Olympum noctis involvat chlamys,
Adimatque ſuperis aſtra, ne videant dolos
Niſi jam peractos. Ecce Nemeæus 1 Leo.

Ne-

1 Suſpiciens aſpicit in cælo ſignum Leonis.

Nemoeus ille fulget, & captu procul
Infauſta fundit lumina: In praceps ruat:
Ruet profectè, ſi quid antiqui manet
Balbo vigoris, ſi quid etiamnum doli.
Quis? Ille Nemeæ terror? Herculeus Leo?
Deludor excors. Savior Balbi venit
Mactanda ferro bellua, uberibus Leo
Paſtus Megaræ, Dirus, Armenius Leo,
Inauſpicato cujus incepto puer
Abſente Balbo, juſſus imperii notus
Capeſſere hæres! O probrum! O nulli ſcelus
Viro ferendum! Balbus imperii comes
Submiſſa puero genua provolvam duci?
Senex puello? Pronus Acherontem polus
Citiùs adoret. Sic remetitur Leo
Grates amori, quem meus ducem favor
Delegit olim plebis eductum ſitu,
Ingrata bellua! quid, quod infanda reum
Mentis peregit, meque carnificem ſui,
Sopore luſus metuit, inſontem licet.
Bene eſt: pavere ſaxo ne falſo tremat.
Amplector omen. Noctis augurium probo.
Me, me nefaſti vindicem capitis Deus
Deſignat ultro. Moveor, impellor, trahor.
In execrandæ peſtis exitium feror.
Ego ille Michaël, ille truculenti ducis
Feraque tortor; ille defenſor ſoli,
Cæli miniſter ille ſum; dicam breve,
Leonis ultor. Sentio in cædem manus
Vltro levari. Pectus, os, fibra, jecur
Spirant Leonem. Totus in mente eſt Leo.
Sed ecce rebus dulce par noſtris adeſt
Philautus, ac Theonus, æterno mihi
Nexu revincti. SCENA

SCENA IV.

Balbus cum Philauto & Theone in Leonem conſpirat.

BALBUS, THEONUS, PHILAUTUS, MOROCCHUS.

Balb. — *Sortis ô fidi mea*
Comites adeſte. Fauſtus adventum tulit
Caſus. Th. *Quid alta noctis in gremio moves?*
Bal. *Quod nemo factum damnet, infectum probet.*
Adjunges operam? Phi. *Nectis ambages. Palam*
Profare. Certam ſpondet arcanis fidem
Philautus. The. *Ac Theonus.* Bal. *In tuto ſumus?* (*juvat.*
The. *Vacat arbitro conclave.* Bal. *Venari*
Phi. *Vbi tandem?* Bal. *In aula.* The. *Quod premes fera genus!*
Bal. *Immane: Calo pariter, ac ſolo grave.*
Mentem recludam penitus! Armenio ſtruam
Plagas Leoni. Phi. *Sortis ambigua nimis*
Aggredere ludum. Caſſe ſi rupto fera
Evadat? Bal. *Haſta feriet.* The. *Errabit manus.*
Bal. *Errare tanto neſcit in ſcopo manus.*
Sed nec timendum. Veniet in laqueum fera:
Veniet profectò. Phi. *Qua via.* Bal. *Auſculta modum.*
Vbi Phœbus ore premet aurato diem;
Ludos Leoni meditor. Hic ficto Ducem
Mentitus ore, Regis imperium mero
Subdi probabo. Dumque Bacchanti Deo
Feror entheatus, chalybe diſtricto fibras
Rum-

Rumpam Tyranni, Si qua ſucceſſum neget
Fortuna cœpta; facilis eſt venia locis.
Oeſtro Lyæi captus, atque impos mei,
Traxiſſe ferrum dicar. At mucro necem
Si certus indat, vota, quo miſi, volant.
The. *Periculoſi volvis incepti rotam.*
Quæ te ruina rege ſublato, premet?
Hinc ira plebis; inde Magnatum Furor;
Aliunde ſtirpis odia regificæ obruent.
Bal. *Quid tuta metuis? Omne quadrupedum genus,*
Odit Leonem. Nemo, quem vivum timet,
Dolet peremptum. Vulgus ac proceres mihi
Famulantur uni. Si quis à Iobele timor,
Levis eſt. Leonem quiſquis annoſum necat,
Ludendo catulos figet. Ph. *O catum caput!*
Sequimur ovantes, Ferre quo gradum jubes.
The. *En pectus.* Phi. *En lacertus.* The. *En ſtrictus chalybs?*

1 Ciſtam majorem clave admota aperit, pecuniam inde prōpturus.

Bal. *Huc ergo mentes. Sola Cæſarea fides*
Nutat cohortis. Vnus hinc ſuperat timor.
Hac ut Leonis jactet effrænis jugum;
Balbum ſequuta, veſter efficiet labor.
The. *Dabitur, quod optas.* Bal. *Si quis eſt pretio locus,*
Promemus 1 omne. Spectra nigrantis plagæ!
The. *Terribile monſtrum!* Ph. *Quatior.* Ba. *Horreſco, tremo.*

Exiliente Morocho percellitur cũ ſociis.

Mo. *Quid ora tremitis noſtra? Nil porto mali.*
Adſum Stygis miniſter, officio tibi
Iunctus perenni Balbe: quem puero dedis
Dis ipſe Genium. Perge, conſenſu probo,
Quæ cogitâſti. Spondeo 1 inceptis opem.

1 Exit.

Bal.

Bal. *Quid hoc? Deorum pronus auſpiciis favor*
Aſpirat opere! Genius à tergo pius
Propellit artes? Vincimus. Io! Vincimus.
The. *O quàm revixi!* Phi *Quàm mihi plau-*
dis ſinus?
Bal. *Provocat in altum Zephyrus. Abrumpe*
moras.
Quam quiſque legit, acer in curam excubet.
The. *Bene cuncta conſtant.* Phi *Nox volat.*
Bal. *Fraudes vocant.*

SCENA VI.

Morocchus Balbi conjurationem Leoni prodit.

MOROCCHUS, LEO, SABATIUS.

MOROCCHUS.

O *Quanta fraudis eſſe vis docta ſolet!*
Hæc uno ſummos æquat ingenio Ioves,
Regina rerum, Sola terrarum Dea.
Parta eſt Morocchо palma. Promeritus honor.
Ardere in oſtro videor & faſtu ſolum
Premere ſuperbus. Dite me credit ſatum
Balbus, cruenti ſceleris auctorem: bene eſt.
Nec te auſpicatum fallet augurium. Adero.
Talis futurus eſſe me qualem putas.
Sed ecce Cæſar: Natus accedit comes.
Captanda votis hora. Leo. *Sollicitum ſoper*
Dudum reliqui. Nate, quid portas novi:
Sab. *Plagas tetendi; perque ſuſpecti loca*
Nemoris, odores diſtuli latè canes.
Expecto prædam. MO. *Præda ſub laqueis jacet.*
Leo. *Fideſne canibus certa?* Sab *Quam nuſ-* Seorſum.
quam doli,
Nuſquam retorto vicit inſultu fera.

Da-

Datum Morocche *munus.* Le. *Agnoſco virum.*
Exſuperat animis, arte, curarum fide.
Mo. *Etiam lacertis.* Le. *Si quà deprendat ſagax*
Meditata Balbi ſcelera, par fidem favor,
(Teſtor Tonantem) par manet curas honor.
Sab. *Infer gradū Morocche; res, tempus vocat.*
Mor. *Cæſar.* Leo *Quid inſtat?* Mo. *Dira ſors.*
Leo. *Vitæ, an necis?*
Mor. *Trucis, cruentæ, triſtis, horrendæ necis.*
Leo. *Horreſco monſtrum. Fare, quis fraudum parens!*
Mor. *Quem celat aula.* Leo. *Proh novercalem domum!*
Fugiamus aulam. Mor. *Nulla fugienti ſalus.*
Leo. *Ergo pereundum eſt!* Mor. *Facinus in medio jacet*
Poſitum occupanti: Leo. *Nate, fer patri manū.*
Fraus occupetur. Quem petam ferro, doce.
Mor. *Balbus nefandam cudit* Auguſto *necem.*
Leo *Favor Leonis Michael, procerum caput?*
Sab. *Peſtis Leonis Michael, Procerum lues.*
Leo *Effare cuncta. Quis doli placuit modus?*
Quis deſtinatam veniet in cædem comes?
Mor. *Ubi Phœbus ortū referet, accinctus choro*
Balbus Lyæi robur in ſcenam dabit.
Dumque titubanti fertur huc illuc gradu,
Mentitus œſtrum, chalybe te, Cæſar, petet.
Leo. *O falſa frontis, falſa verborum fides!*
Morocche propera. Coge, Cæſaream citus
Ad armaturmam Regiam *obvallent domum.*
Armatus omnem miles ad nutum excubet.
Quid majus atra potuit horrenda cohors

Stygis?

Stygis? Quid angue torvus inferno furor;
Quàm quod profana Balbus intentat manu?
Balbus gregali quem cooptatum loco
Oſtro beavi. Balbus, Auguſti favor,
Abominandum cædis aggreditur modum?
Sic ſic loca vi merita? Sic vili dies
Caſa trahentem duxi ad imperii decus?
Huc Stygia turba, Voſque Tartarei duces,
Vaſtum triformis Tartari clauſtro ſpecum
Laxate. Furva erumpat inferni cohors,
Vnumque ſævis faucibus Balbum petat.
Ego ſævienti furia conjungar choro.
Mea monſtra foveo. Turget à rabie jecur,
Furore jactor. Dexteram armabit chalybs,
Ibo, inque mille conteram cædes virum.
Sab. *Subſiſte genitor; ſupprime iratum minas.*
Leo. *Parcamne Furiæ, quæ rebellanti petit*
Ferre medullas? Sab. *Differ in tempus necem:*
Leo. *Vt ante noſtris condat in fibris necem.*
Sab. *Vis vim repellet. Lictor arcebit nefas.*
Simulatus hoſtem certius ferit dolor.
Leo *Modicus latebris eſto, ſe luctus premat:*
Latere neſcit ſævus in ſinu furor:
Sab. *Stabili regatur mente.* Leo. *Manifeſtum dabit*
In fronte ſpecimen. Sab. *Quod tamen Balbum oderis,*
Nulli liquebit. Ore vim blando tege.
Leo. *Egóne blando vile mancipium queam*
Vultu intueri? Fictus ingratum favor
Monſtrum ſequetur? Ferre conſpectum nego.
Sab. *Vt ſæviori præſidum in caput ruas*
Ictu

Ictu ferendum eſt: Victimam mulcent manu,
Dum ſæva pulſo tela ſub jugulo premunt.
Leo. *Non jam ferire mite conamur pecus.*
Facile futurum ſentiet vulnus fera;
Et lenta in artus tela convertet meos.
Sab. *Simulare, Regi facile. Subridet, favet,*
Plaudit ſerenus commovet vultus fidem:
Sub corde virus condat arcanum licet.
Leo. *Quid palpitem, ferire cui ſceptro datur,*
Quem fert libido. Sab. *Sæpe capitoſi tamen*
Invidia vulgi, Regis edictum obterit.
Leo. *Non niſi nefandum.* Sab. *Iuſtum an injuſtum, parum eſt,*
Niſi cauſa pateat. Vſque popularis fides
Pejora ſequitur. Magnus imperii favor
Vulgo Tyrannis audit. Injuſtum vocant,
Quod inſtituta gentis ac leges ferunt.
Leo. *Comperta res eſt.* Sab. *Non tamen liquet ſatis.*
Leo. *Teſtis probabit,* Sab. *Nutat in famulo fides.*
Patiare Cæſar, ut ferox hominis nefas
Vulgo pateſcat. Leo. *Principi ſtruxit dolos:*
Satis eſt, premantur. Sab. *Si gravi plectas nece*
Injudicatum, ſæviet Balbi ſequax
Procerum caterva: ſin repentinum ſcelus
Videant, & ipſam chalybe diſtricto manum.
Fraudem tremiſcent: Sponte damnabunt Virum.
Et qua libebit morte mulctabunt nefas.
Leo. *Indignus auras prado momento trahat?*
Sab. *Graviore parvam morte penſabit moram.*

Leviora ſunt, quæ fingis, inſidias domo,
Regi ruinam, lugubrem patriæ necem
Molitus; una ſi luat plaga ſcelus.
Moderare dextram: dum cruentandum choris
Venit in theatrum; cumque furibundo tuum
Ictu repoſcit pectus, injecta manum
Tardabo dextrâ Lictor apprenſum liget.
LEO. *Spirabit ergo. Dabitur inviſas trahat*
Auras in horam. Pergat, incipiat choros.
Sit Balbus hiſtrio, pars mihi tragica manet.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

Leo collocato in inſidiis milite ad ludos ſcenicos venit.

BASILIUS, LEO, SEBASTUS, PAPIAS, PROCLUS, MOROCCHUS, BALBUS, THEOPHILUS, &c.

BASILIUS.

LUdi parantur. Balbus Auguſtum manet.
LE. *I nate. Fida coëat huc Procerum manus.*
Adſit Morocchus, militum inſtructus globo.
Benè eſt. Latentem veniet in caſſem fera.
Heu! quæ, rebellis Balbe, ſupplicia dabis!
Exequere fictum fronte ſub falſa nefas;
Et triſte ferro funus Auguſto para:
Aliud theatrum poſcit ingrata dolus
Mentis, aliaque ſtabis in ſcena reus.
MO. *Furtivus aulam ſubiit, & promptus manu*
Signum repoſcit miles. LEO. *O factum benè!*
Hic pone ſiſte. Dumque proclamo altius:
Prohibete famuli facinus. *In ſcenam irruent*

Omnes nefandi ſceleris actores cape.
Sed ecce proceres propius huc greſſum movent.
Vultu prematur animus. O Rubeæ decus
Togæ, paratos ore ſub ficto jocos
Spectate mecum.

SCENA II.

Balbus dum in ludis Alexandrum magnum ebrium perſonatus exhibet, capitur.

Interludium Tragicum.

PERSONÆ.

Prologus.
ALEXANDER MAGNUS.
EPHESTION.
CLYTUS.
Duo alii Proceres Alexandri.
STRATO, Rex Sidonis.
ABDOLOMINUS, HORTULANUS.
Ephebi duo.
Sex Ebrii tripudiantes.

PROLOGUS.

AVguſte Princeps, geſta Pellæi ducis:
Geminamque ſortem dabimus. Hinc Regno potens,
Abdolominum, ruris eductum caſa,
Ad ſceptra tollit; inde ſuccumbit mero:
Bacchatur, ardet quemque meritorum decus,
Fecerat amicum, perdit inſanus Clytum.
Tantum eſt. Benigno Cæſar aſpectu fave.

Muſica.

1 Eph *Pellææ ductor, adſtat* 1 *in pœnam Strato,*
Socius Dario filius, infidus tibi.
Alex *Spoliate ſonte̅: quemq; Alexandri favor Do-*

1 Siſtitur Alexādro Rex Strato, & Regni ornamentis exuitur.

Domare nequiit, donec Alexandri furor.
Abdolominus ſceptra Sydonis gerat.
Eph. *Abdolomine,* 2 *ſume fortunæ pares*
Animos, novaque ſortis ornatum cape.
Mutandus oſtro ſqualor, & ſceptris ligo.
Abd. *Quid inſolenti ludis affatu ſenem?*
Eph. *Per aſtra teſtor:* Nullus *hic ludo locus.*
Abd. *Haud ambienti ſceptra mandari putem?*
Quæ per cruentas Martis, & fraudū improbas
Quæruntur artes? Fas 3 *ſit inceptum exequi:*
Nec ſalla: avum vanus anneſum dolus.
Dph. *Nec fraus, per axem juro, nec vanus dolus,*
Regnabis. Abd. *Abſit* Eph. *Iubet Alexander.* Abd. *Benè eſt.*
Regi hæc referte: gratior dono favor,
Animuſque dantis: Adimit imprudens tamen
Majora, quàm quæ ſpondet invito bona.
Eph. *Quidquamne regno majus?* Abd. *Imperium ſui.*
Eph. *An fœdera negant Rex & imperium ſui?*
„ Ab. *Sceptro tumeſcit animus haud capax ſui*
„ Eph *Diſcit ſibi ſubeſſe, cui regnum ſubeſt.*
„ Abd *Neſcit ſibi ſubeſſe, qui regno præeſt.*
„ Eph *Aliis praeſſe qui volet, præſit ſibi.*
„ Abd. *Sic eſt, ſed aliis notus, ignotus ſibi,*
„ *Regni tumultus inter, & rerum vices.*
„ *Haud regitur animus. Aula compoſitum eripit*
„ *Ius faſque mentis: pectori ſanctos negat*
„ *Invidia receſſus. Exulat ſceptro quies,*
„ *Pax corde. Dubiis alta verticibus tremunt*
„ *Infima quieſcunt melius, O melius caſa*

2 Viſitur Abdolominus hortum ſuum excolens.

3 Pergit in opere incepto.

Tutus paluſtri, fata moderabor mea.

1 Seorſum. — Leo. *Heu! vera* 1 *nimium dicta!* Ep. *Prætexit moram.*

2 Regni ornamentis induitur. — *Nil reſtitandum. Squalor* 2 *in pompam migret.*

Ab. *O triſte pondus! Alma pax mentis vale.*

Eph. *Iam perge in aulam; teque Macedonum Duci*

Siſte obſequentem. Ab. *Quam reluctanti gradu*

3 Siſtitur Alexãdro. — *Deſerere portum juſſus, in fluctus* 3 *agor.*

Alex. *Abdolomine, læta fortunet dies*

Regnum. Sed ecquo ſortis obſcuræ vicem

Animo ferebas? Abd *Quo utinam & imperium feram.*

Natura ſalus poſcit ad cultum manus.

Nil poſſidenti defuit animo nihil.

Felix penates quiſquis exiguos colens

Dat verba fatis. Sceptra ſi neſcit manus;

Nec mens tumultus. Si caput nullo nitet

Dives ſub auro; nec laceſſitum gemit

Edace cura. Nulla purpureo tegit

Bis tincta cocco veſtis, at nullo manus

Rubet cruore. Quid levi captus bono,

Turrita Regum tecta conſcende ſenex?

Melius latebam tutus Auguſto lare.

Ale. *Vox digna Rege! Dignus imperium capis.*

Sic ſtatuo, Fatum eſt. Quod lubet, Regi licet.

Iam regno terræ Iupiter, & orbis Deus,

Cum regna dono. Pa. *Cernis,* 1 *imperio potens*

Quid juſſit aulæ rector.

MUSICA

1 Leonem ad ſcenæ latus ſedentem cum ſuis alloquitur.

MUSICA.

Hic Alexander à Perſis adoratione, & Thure colitur, ut Deus.

Sequitur Chorea Ebriorum ex omni hominum genere.

Choream ſequitur compotatio Alexandri Magni cum Proceribus, in qua occiditur Clytus.

ALEXANDER.

Proceres 2 *bibamus. Bacchus in menſam rubro*
Triumphet ore. Subiit Euphrates jugum
Succumbet Indus; Perſa victorem colit.
Æquamur aſtris. Nemo jam vani efferat
Decora Philippi Iuvenis ex ſupero ſenem:
Natus parentem. Teſtor Herculeum Scyphum,
Veſtramque, Proceres, poculis æquis fidem
Laceſſo. Primus hauſtus hic Clytum 3 *petit.*
Cl. *Egon, ut Philippi nomen ingrato inquinem*
Cratere? Vinum abominor Ale. *Teſtor Iovem,*
Bibes. Cl. *Cruorem potius. Abjuro nefas.*
Ale *Vox proditoris. Entheus* 4 *mentem furor*
Agit in rebellem, pareat. Ep. *O cohibe manum!*
Princeps. Ale. *Ad arma, ad arma, miles, prodimur.*
Ad arma, ad arma. Bacche funeſtum caput.
Diſrumpe Thyrſo, concidat, 1 *pereat, ruat.*
Leo. Prohibite famuli facinus, *Ingratum caput?*
Hanc texit artem Balbus, Auguſti favor,
Oſtra decoros inter imperii Duces
Per me locatus? Bal. *Ruit in adverſum lupus:*

2 Manu tenens ingentem Scyphum vino plenum.

3 Exhaurit penitùs.

4 Irruens in Clytum arcetur à ſuis.

1 Suorum manibus elapſus in Leonem velut ebrius fertur.

Leo: feriantur: Leo. *Ergo feriendus Leo?*

2 Ebrietatem ſimulat.

Bal. *Ad arma: ad arma, ad arma, 2 ad arma, citò, citò.*

Leo. *Tenete validas inter amplexum manus.*
Quemquamne ſocium, perfide, nefanda occupant
Conſilia? Fare. Bal. *perfide, nefandum 3 traham*

3 Circumagit milites, à quibus tenetur.

In mille fruſta corpus. Effugit? abiit?
Leo. *Lymphatis Hiſtrio?* Pap. *Mente dimovit furor,*
Bal. *Ah, 4 ah.* Bas. *Cruentus mente dimovit furor.*

4 Furioſè vociferatur.

Sab. *Agnoſco fraudem. Similis ex vino furor,*
Quam bene retexit ſcelera Pellæi ducis?
Quoties cruenta cæde maculavit manus
Bacchi impotens furore. Simulatum hiſtrio
Reddit theatro, mente ſimulatâ nefas.
Teſtare Marce: Balbus infuſum Scypho
Hauſit Lyæum? Mar. *Vera teſtanti fides:*
Hauſit Lyæum Balbus, & plenum ebrius
Exhauſit aurum. Leo *Pectus incerto labat*
Omine. Bal. *Quid hoc? ſolumne titubantes negat*
Firmare greſſus? The. *Æquus Auguſti favor*
Herere tantum facinus inſonti vetet.
Pro patre genibus natus advolvor tuis.
Sab. *Veniam precaris, cui mala mentis trahit*
Suſpicio comitem? paria genitori lues.
Revolve, lictor, ſceleris horrendi reos.
Stas? Tundo 1 pectus. Bal. *Quo caput rapitum volet?*

1 Pugionē intentat.

Leo. *Occludo fauces. Plura per fraudem veto.*

Du-

Dudum rebellem decuit ad pœnas trahi.
Bal. *Circo rotatur orbis.* Leo. *Illuſum dolis*
Afflare zpe gu? Pap. *Siſte violentum, precor* 1
Furoris æſtum. Sceleris injuſti notis Fertur in
Poterit inuri juſtus irarum dolor. Balbum.
Leo. *Imperduellem?* Bas. *Vulgꝰ inſontem fert,*
Et rumor aulæ; quiſquis indictâ cadit
Cauſâ, furore mentis emotus ſtatu.
Leo *Quem verus urget fronte ſimulatâ furor.*
Pap. *Et te Tyrannum ſubditi immitem canent.*
Leo. *Proceres rebellem jure ſublatum canent.*
Bal. *Obvelat oculos noctis umbroſa chaos.*
Sab. *Quos una ſceleri pariter adjunxit fides,*
Balbo perempto, Martis infeſtâ manu
Pœnas repoſcent. Leo *Duce trucidato, fugam*
Fracti capeſſent. Bas *Nulla ſi reos agant*
Indicia, tutos aula ſub muris teget.
Hinc imminebit ſemper Auguſto metus.
Intenta jugulo ſica; funeſto dapes
Tincta veneno; Dubia famulantûm fides
Quoties quietum, nocte ſub media thori
Rumpet ſoporem, quotque terrores ciet?
Leo. *Parum eſt. Rebelles ſtirpe ſub verſa eruti*
Trahent ruinam penitus Pap *Occulti latent*
Princeps. Le. *Tonantem teſtor, excutiam feras.*
Luſtriſque pulſas, imbre telorum obruam.
Pro. *Sed 1 ecce placidus membra compoſuit ſopor.* 1
Leo. *Æternus oculos claudat in noctem ſopor.* Balbus dormienti
Pap. *Vini furorem ſomnus haud falſum probat* ti ſimilis,
Qui tam cruentum mente molitur nefas,

Furiis nefandæ mentis agitari ferunt.
An qui reprenſa cernat in lucem dari,
Conſilia, ſeque mortis horrendæ reum:
Animo ſoporem poſſit immoto ſequi?
LEO. *Animo ſoporem credo ſimulato ſequi.*
Sed eſto: ſe mentis exhaurit ſtupor;
Vivat: Theophilum patris in odium tamen
Mactare certum eſt. Pignus infauſti patris
Huc ſiſte lictor. Pereat inviſum [2] *genus.*
THE. *Succurre pater.* O! *pereo!* BA. *Refrena* [3] *manum.*
Crudele monſtrum. Tigris, in puerum furis?
LEO *Bene eſt, Triumpho. Proh ſtygi dandum caput!*
Siccine doloſus ore mentito Sinon
Horribile celas crimen? Inveni viam.
Totus pateſcis Balbe. Te prius tamen.
Quàm pœna mactet, ſcelere devinctos pari
Effare comites: quis Giganteo ſimul
Conſpirat animo ſocius? Effare! Abnuis?
Rape lictor ad tremenda pœnarum mala.
Rape ad cataſtas. Adero tortorum comes;
Quæſitor adero. Dignus Auguſto labor.
TH. *Quò quò catenis preſſus abriperis pater?*
O *Cæſar!* BAS. *Apage peſtis, exporta pedem.*
[1] THE. *Redde! genitorem.* BAS. *Sæva carnificum prius*
Tormenta ſubeat. Carpe diverſus viam.

2 Elata dextra fingit ſe percuſſurum Theophilum

3 Ad filium ſervandū prodit ſe Balbus

1 Provolutus in genua.

SCENA

SCENA III.

Theophilus patris caſum deflet.

Ergo ad cataſtam rapitur & pœnas pater?
O triſte rerum pondus! O fatum grave!
Quid perpetravi? Prodidi natus patrem.
Quem bene tegebat, (verus an fallax ſopor)
Tamen tegebat; clamor exivit meus,
Clamor ſiniſter! clamor infelix! mihi
Patrique dirus clamor! Ingratum caput!
Prodis parentem? nempe pertimui necem.
Imbelle pectus! Mortis ut fugias vicem,
Vita parentem perimis: ut lucem haurias,
Damnas tenebris lucis artificem? O nefas!
Cur non cruentam pectus in plagam dedi?
Cur non medullis ferreum excepi gelu?
Cur non ſilendo concidi? Hoc nati fides,
Hoc lex amoris, faſque naturæ velit.
Fidem refregi, jura pietatis miſer,
Faſque omne amoris, faſque naturæ erui.
O chara nimium vita, cui tanto ſalus
Pretio paratur! patris impendi caput.
Emi ſalutem patris exitio. Quies
Nati, parentem mille per pœnas trahit
O quam feroci tortor infligit manu
Artes dolorum; pateat ut comitum ſcelus!
Quàm crudus inſtat Caſar? Ego moras tamen
Patior inertes. Ibo & Auguſtum prece
Vincam. Leonem quis tamen votis domet?
Miſcebo lacrymas. Calidus irarum furor
Siccabit imbres luminum. Adjungam minas.
Quid muſca torvo jactet. Elephanto minas?

Te, Virgo, te parentis in curas mei
Laceſſo. Tu nocentis emendas nefas:
Tegis innocentes. Vera genitorem regat
Sors, præpotenti diſcute ærumnas manu.

SCENA IV.

Baſilius blanditiis & minis Theophilum tentat, ut patris conſilia prodat.

BASILIUS, THEOPHILUS, MOROCCHUS.

BASILIUS.

ADeſt propago generis inviſi puer.
Age nunc Morocche, quando pœnarum vices
Expertus, animo Balbus obnixo tacet:
Terrore puerum frange. Fac ſocios patris
Ferat ſub auras. Mor. *Iſte me maneat labor.*
Bas. *Subſiſte. Primus fraudis ingrediar viam*
Theophile (num cui vocis auditur ſonus;)
Theophile, cui me prima devinxit fides,
Conſorsque vitæ ſemper illæſa tenor.
Succurre, ſi te patris impellat ſalus.
Victus dolore Balbus expreſſit nefas.
Tamen uſque comites ferre ſub lucem negat
Prudens amicus. Ergo damnatum rogo.
Preſſumque vinclis, carcer ætatis tenet.
Cras concrematur. O ferum ferum lethi genus:
Quiſquam Leone gaudeat natus patre?
Age, age Theophile fidus adjungo manum.
Diſſiliat atri limen effractum ſpecus.
Rumpamus aditum. The. *Qua manus?* Bas. *Meâ, tuâ.*
Th. *Vaſta puerili clauſtra procumbent manu?*
Bas. *Aliunde vires advoca, ſi quem ſcias*

Mentis

Mentis paterna conſcium, extremis opem
Accerſe rebus. Th. *Teſtor, haud quemquam ſcio*
Bas. *Fatum parentis agitur, & ſalus tui.*
Mitte ſimulare. Spondeo arcanis fidem.
Th. *Nihil tegendum celo. Quod caco parent*
Verſat cubili, ſcire num natum decet?
Bas. *Cui fidet ille, ſi timet natum parens;*
The. *Quem non timebit.* Bas. *Ludor; aternos poli*
Teſtor nitores, ludor. Arcani fidem
Subſtrahis amico? The. *Tegimus arcani nihil.*
Bas. *Quod ſponte renuit, coget eſſari dolor.*
Ades Morocche, furve Plutonis nepos.
Tacitos paterni ſceleris extorque reos.
Mor. *Negat fateri; Chalybe nil duro eſt opus.*
Frangam obſtinatum dente, quo pueros voro.
Age pervicax; reclude genitoris nefas.
Profare comites, niſi ſepulchrali velis
Vngue laniari. Th. *Niſi ſepulchrales morer*
Vngues: nec oris timeo dentati minas.
Ignota (teſtor mentis arcana ſinum)
Ignota princeps quaris. Haud ullum ſciens
Occulto facinus. Bas. *Pernegas; Ferrum rota*
Morocche. Mor. *Dira cernis artificem necis;*
In mille voveo fruſtra concerptum dabo;
Niſi fateare. Th. *Geſta genitoris latent,*
Latentque comites Mor. *Tundo* 1 *mendacem.* 1 Percuſſuro ſimilis.
Bas. *Abſtine.*
Indignus ictu ſit Morrochao puer.
Th. *Remitte princeps tela. Nil tanti movet*
Thraſonis ampulatus in verbis furor.

Sperno minantem: Nempe cui Mavors calet
In ore multus, friget ad pugnam manus.
2 *Age 2 Thraſo, ſi te Martis accendat vigor,*
Diſtringit gladium *Congredere mecum, fortis in puerum Gigas.*
Hic te ſub umbras mittat ignavum chalybs,
Mor. *Pumillo garris? Iuſſa ni Ducis vetent,*
Vel ſpiritu diſcerptus in tenues procul
Auras abires. Th. *O pecus! Timidium pecus!*
Sic eſt. Ab hoſte tutus, & belli ſono,
Diſſlas phalanges: Rumpis aratas manu
Mavortis acies: Caucaſum aſpectu quatis:
Sterniſque quidquid mundus horribile creat:
Cum verus inſtat hoſtis, & pugnax virum
Bellona poſcit, arma vel pueri tremis.
Bas. *Morocche pateris?* Mor. *Iuſſa me cogunt tua.*
Bas. *Doma procacem.* Mor. *Bella cum pup- {pe geram?*
Nemo puerili peperit è letho decus?
Dedignor. Bas *Alta mentis imperium probo,*
Procul hinc puelle, patris, i, plora ſ elus.
Mor *I.puſio,Balbi conde ſub tenebris caput?*
1 Bas. *Morocche, cui me chara conſociat fides.*
Exit Theophilus. *Vnum eſt,quod orem: Decora te Martis vehũt:*
Ad aſtra: Bellis inclytum tellus canit.
Me pariter æſtus Martia laudis coquit:
Gloria perurit, Fare, quâ citius viâ
Bellator ingens ora per vulgi ferar?
Dic monita belli Mor. *Iuſſa non ſegnis gere.*
Nec tu Tonantem, ſpectra nec Superûm time.
Religio Martem neſcit, Ignavos timor
Etiam Deorum gignit, & bellis procul
Educat inertes. Miles haud aliud colat
Quam tela, Numen Dextra ſit forti Deus,

Ba.

Ba. *Nullumne virtus Numen in caſtris vocet?*
Mor. *Cum pejerandum ſunde terribili Deo?*
Iuratus ore Numen aſſiduâ ſonet
In voce, furias teſtis irarum vomat.
Iurare parcus, miles haud unquam fuit.
Hinc in duella pronus, ut quemque audies
Prælia timentem, pectoris fracti virum.
Nec laudis avidum: poſce certamen locum
Horamque pugnæ ſtatue. Si manum neget
Glomerare ferro, victor è campo redi,
Grandique palmam voce victricem cane.
Sin te quis animo primus audaci vocet
Ad arma: dexter age certamen fuge.
Sequeſter adſit; Regis imperium vetet.
Si caſtra ductor agmine ſoluto loces,
Spolia colonos. Quidquid in penu latet.
Flaveſcit agris, errat in campis, rape.
In æs libido proxima injiciat manus.
Excute crumenas. Eſſe ſi nummos negent,
Ne crede cæcis aurei ſcrobibus latent.
Minare flammas: prodet occultos timor.
Has aſſequutus pauperum è raſtris opes,
Fruere paratis. Rutilet in gemmis manus;
Humeri ſub oſtro. Luxus egregium decet
Martis clientem. Mox in obſcenas rue.
Furias. Gradivum mulcet horrentem Venus
Seu nupta, ſeu veſtalis: ex æquo rape.
Vbique proſtat Helena, niſi deſit Paris.
Cum poſcet ara miles impenſi diu
Pretium laboris; Ire prædatum jube,
Nummosque raptu cogere. Viator ſuam;
Suam Colonus pendat armato ſtipem.
Tu, ſi quid auri Cæſar interea paret

Dandum catervis, avidus in burſam trahe.
Bas. *Iſtamne preſſit Hector, aut Ajax viam?*
Hoc iter Achilli? Mor. *Priſca memoraſti nimis.*
Nunc alia virtus: Alius armorum tenor.
Bellona priſcis vulnera, & crudas neces,
Durique Martis caſtra, præterea nihil
Peperit Noverca. Mollius belli Duces
Hodierna tractat. Sanguis in coccum migrat,
Chalybs in aurum. Torquibus plagæ nitent;
Gemmis cicatrix. Meta bellorum, domus
Opibus onuſta, largus in meſſes ager,
Emptumque rapto ſtemma; familiæ decus.
Bas. *Hos & Morocchus* 1 *inter Heroas nitet,*
Ceu mixtus apibus fucus, ignavum pecus.

1 Seorſum ad Spectatores.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

Condemnatur Balbus, ut comburatur vivus, Theophilo fruſtra deprecante.

LEO, SABATIUS, BASILIUS, PAPIAS, PROCLUS, BALBUS, THEOPHILUS, MOROCCHUS, LICTORES.

LEO.

QVàm lubrico ſtet ſemper imperii ſtatus
Innixus orbi: quamque pendenti rota,
Iam jamque labens nutet, auſpiciis niſi
Bene conſtitutis, regna moderetur Themis,
Proceres videtis. Hæc pari fas & nefas
Pendit bilance. Iuſta promeritos beat;
Plectit nocentes? Teſtis excipiet polus,

Quæ

Quæ ſabor, Equidem levia regificis quoque
Penſare donis merita, quam juſta ſcelus
Ferire pœna, potior in votis amor.
Sed quando famulos purpura inſanus furor,
Sitiſque Regni, ſic per infandas agit
Rapitque fraudes, ut rebellanti Iovem
Auſo laceſſant, meque, cui regni ſalus
Incumbit omnis, fraude, flagitio, nece
Abolere tentent; ſtringat aliquando ſacrum
Aſtræa, fulmen, ſtringat, & telo eruat
Vſtum triſulco, quem tot ingratum prius
Opes, honores, dona flexerunt nihil.
Age nate, abominanda terrarum mala,
Conſilia Ditis retege. Regali dolus
Pateat theatro; pateat ut Balbus ſimul.
Sab. *Quid me ſub auras ferre dicendo jubes*
Ignota nulli ſcelera? Mordaci probra
Iactavit ore, teque Getulo ſatum
Leone, duro vincere Imperio patrem.
Sed levia querimur. Ne quis aſſictum putet
Scelus innocenti, teſtor horrenda manu
Tibi funus intentaſſe, dum ſcelus meri
Obtendit œſtro. Perfer huc teſtis gradum
Morocthe. Cacos effer in lucem dolos.
Mo. *Auguſte, voſq; clara Magnatûm cohors*
Quæ ſabor: ingens arcis æternæ invoco,
Comperta ſabor. Luce viduarat polos
Nox media: Cùm ſe Balbus in lares tulit.
Hic in Leonem tetra bacchatus, neci
Devovit. Adſunt, mente qui ſcelus pari
Coquant, ſodales. Nec viros licuit ſono
Noſcere, nec ore. Pacta juratis fides;
Domus ut Leonis ſtirpe cum tota ruat.

Leo. *Age perduellis, fare, quam contra fidem*
Opponis iſtis? quo ſcelus velo tegis?
Quid conticeſcis? Sa. *Mutus etiamnum ſoles?*
Vbi priſcus ille mentis inflata tumor?
Vbi Martis æſtus? Tantus in fraudes abit
Gigantis ardor? Ba. *Non tamen furias domat.*
Adhuc tumeſcit. Monſtra bene novi tua.
Sed abominandi conſcia facinoris negat
Mens eloquenti per viam linguæ viam
Pr. *Qui conticeſcit criminum arguitur reus*
Le. *Immane monſtrum! ditis enatum lacu?*
Monſtra trifauce pejus, Harpyiis, ſtyge
Furiisque pejus, quo laceſſitus probro?
Quo ſcelere læſus, talia Leoni refers?
Truculenta peſtis: paſcat aliquando ſitim
Cruoris animus; paſcat: en nudo [1] *ſinus.*
Frapando pectus. Tunde, vipereum caput.
Bibe trux Hirudo. Sanguine arcanas quoque
Perſunde fibras: quando non ſatis rubet,
Quod dedimus, oſtrum. Balbe, documentum dabis
Annos in omnes, ne quis in Regem ferox
Vltra rebellet. Agite conſenſu pari.
Librate facinus: quis placet pœnæ modus?
Qua peſte preſſus ſpiritum inviſum expuet.
Sap. *Pœnas per omnes raptus in ſtygem ruat.*
Bas. *Flammis cremetur;* Pap. *Sit licet tetrum nefas.*
Cruenta Regi fata moliri: tamen
Lex alta vitæ poſcit, ac fortis decus
Funeris honorem. Pœna truncatæ placet
Cervicis. Bas. *Alta jura fortunæ exuit,*
Quiſquis rebellat. Cæde, qua canes ſolent,

[1] Amota veſte pectus arit.

Mactetur hoſtis. Pr. *Merita magnanimi ducis*
Poſcunt favorem. Sa. *Scelera truculenta Tigris*
Renuunt favorem. Le. *Capite truncari placet?*
Pap. *Vt nemo cadis ultor inſurpat; placet.*
Pro. *Decreta procerum jura ſi ſpectes: placet.*
Leo. *Ergo bipenni triſte ſubmittat caput.*
The. *O ſiſte Cæſar vindicem lentus manum.*
O ſiſte fulmen. Leo. *Quis meas triſti ſono*
Impellit aures? The. *Parce genitori, Leo.*
Leo. *Procul hinc nefanda peſtis, hinc luctum amove.*
The. *O ſi quid almi nomen inflectit patris;*
Ne temne natum. Cæſar. Sa. *Exporta pedem.*
Veniam rebelli poſcis? The. *O ſi quid movet*
Predulce nati nomen, ereptum refer
Nato parentem, clare Sabâti. Sab. *Procul*
Faceſſe: clauſo ſera judicio moves
Pro patre vota. The. *Sic ad annoſos regat*
Imperia ſoles genitor, Auguſtus, Leo.
Leo. *Quem ſole genitor privet æthereo tuus.*
The. *Sic in paternos chara natorum cohors,*
Exurgat animos, Vota ſic felix tua
Tranſcendat avi pariter ac ſceptri potens.
Leo. *Cui tu ſalutem, Balbus æternum parat*
Stirpi ruinam. Lictor ad pœnas age.
The. *Per ſceptra Cæſar.* Leo. *Quæ tuus calcat pater.*
The. *Per dextram,* Leo. *Mentita quam læſit fides.*
The. *Per numen oro ſemper afflictis leve.*
Leo. *Numen rebelli ſemper, ac reo grave,*
Abſiſte. The. *Quò me Cæſar abduci jubes?*

Domum-

Domúmne? luctu ſqualles æterno domus.
Ad matrem? At umbras inter extinctas jacet.
An ad propinquos? Nemo tam fœdo venit
Fato propinquus. Ius amicorum invocem?
Rara eſt amici rebus in miſeris fides.
Sic inter odia ſortis infauſta feror
Deſertus, exul, patre prærepto miſer.
Quæ me Orbis ora? Quiſve me pertius queat
Accipere? Miſero quid mihi reſtat mali?
Cui rapta dudum mater, infirmi unicum
Firmamen avi; trahitur ad cædem pater.
Graves propinqui: fluxa amicorum fides:
Infeſta cuncta. Proh gravis rerum tenor!
Ego te perempto genitor, ut vitam ſequar?
Vt veſcar aurâ, patre ſublato? Abnuo.
Sorti ſupremæ natus accedet comes.
1 *I prolis* 1 *infelicis infelix pater,*
Viam antegreſſus carpe, ſuccedo comes.
Leo. *O quàm paternæ vivæ pietatis nota*
Subſtrinxit animum! Flector invitus. Sab.
Quid hoc?
Num parricida pronus in veniam labas?
Leo. *Squalore nati frangor afflicti pater.*
Sa. *Frangi Leonem?* Ba. *Cæſarem inflectit puer?*
Sa. *Horreo: perimus; ulla ſi Balbo eſt ſalus.*
Bas. *Luctum paternâ fraude ſimulavit puer.*
Pro. *Quid immoraris? Haud eo res eſt loco,*
Vnde remeare tuta credatur ſalus.
Qui pepulit hoſtem, ſternat. Imprudens manû
Reduxit, ictum quiſquis inimico vibrat.
Quà capit ultio, pergat, & motos ſemel
Exple dolores. Eſſe nec felix ſolet
Impenſa magnis venia proceribus. Manet
Alta

1 Converſus ad patrem.

Alta repoſtus mente vel juſtus Ducum
Rigor. Peremptus adimet Auguſto metum
Balbus, cadetque ſceleris inventi caput.
Pertexe telam, ne tibi laqueum pares.
Sab. *Ferire paucos fulmen excuſſum ſolet,*
Terrere multos. Fulmen aliquando manus
Excutiat ultrix. Vnius Balbi nece
Terrebis Orbem. Diſcat alienis fidem
Colere periclis Aula. Rugitu Leo
Si quando Lybia vaſta tremefecit, pavet
Latè, ferarum vulgus, & preſſis ducem
Agnoſcit animis, ſeque ſub latebras refert,
Rugire neſcius, eſſe non meruit Leo.
Leo. *Rediviva creſcit ira. Turgeſcit dolor,*
Citius ſevero verba Rhadamantho daret,
Quàm fraude noſtras Balbus effugeret manus.
Procul hinc doloſum pignus, occumbet pater.
Ba. *O execrandum, horribile, funeſtum caput!*
Semper alieni ſævus, invіſus tuis.
Si vota pueri temnis, & lacrymas ferox!
Age, rumpe fibras: paſce diſruptis famem:
Nil deprecabor. Torquet hoc Balbum magis,
Quod non ſuperbos igne fulmineo lares
Prius abolevi: nec Leonina datum eſt,
Radicitus vulſiſſe progeniem domus,
Fueras cremandus. Le. *Balbe ſic ignes amas?*
Ne metue: flammas dabimus. I lictor, foro,
Exæſtuantem fomite injecto pyram
Erige ſub auras. Adero Sacrilega necis
Spectator ipſe. Filium aſpectu procul
Removete famuli. The. *Liceat amplecti patrem.*

Leo.

1 Leo. *Rapiatur, i inquam, Patris amplexu procul.*

Ejicitur ex aula Theophilus.

Th. *Leo, Leo.* Leo. *Balbi ſtirpe convulſa genus*
Eruere penitus, æqua poſcebat Themis.
At priſcus animum lenit & pœnas amor.
Abſtineo prole; patris ad cædem vocor.
Proceres eamus. Lictor in forum præi.

SCENA II.

Leo hortatu Imperatricis per Internuncium diſuadentis, ne Chriſti naſcentis pervigilium ſanguine fundendo violet: Balbi ſupplicium differt.

Supervenit Ephebus.

SED *quid citato convolat Ephebus gradu!*
Effare, quis te caſus inopinum vehit?
Ep. *Auguſte Princeps, regiam quæſtu domum*
Regina complet: méque feſtinum jubet
Iſthæc referre: Scelere quid tanto manus
Contaminare pergis, & mentis face.
Malè concitata jura proculcas poli
Solique? Chriſto ſacra naſcenti dies
Latè revulſit, tu ferox hominem necas?
Pax repetit Orbem læta, tu bellum geris?
Vittata Thure templa Panchæo colent,
Per te madeſcit imbre ſanguineo ſolum?
Humana fauſtis oritur auſpiciis ſalus,
Homini ſalutem pariter & vitam rapis?
Deſiſte cœpto, tempus ad preces vocat;
Non ad cruorem. Si ſacrum fœdo diem
Scelere profanas, vindicem exhorre Deum.
Rotat ille formidanda Cæſareis quoque
Verticibus arma. Differ ad tempus necem:

Pœnas

Pœnaſque differ. Feſta lux pacem petit.
Conjugia tiſter, fræna niſi mentu regas;
Vltima Leoni ſtirpe cum tota imminet
Cælo ruina. Leo. *Dubius incerto labat*
Animus tumultu: pœna ſi moras trahat;
Timeo rebellem; pœna niſi moras trahat;
Timeo Tonantem. Quam ſequi ſatiùs viam?
Pap. *Time Tonantem. Ne ſacram fuſo inquines*
Cruore lucem, jura pietatis vetant.
Sab. *Pietas nocentes premere ſupplicio jubet.*
Pro. *Momenta rerum juſſit in ſuas Deus*
Horas referri. Bas. *Quâ volet Cæſar, premat*
Horâ rebellem. Sab. *Sacra majeſtas Ducum*
eſt.
Hanc qui tuetur, ſacra convellit? Pap. *Colit.*
Tamen Leonis abſit à manibus cruor.
Leo. *Nempe ut Leonis manet è jugulo cruor.*
Pap. *Quem pertimeſcis?* Sab. *Cui dabit animors, mora.*
Pap. *Quid noceat uſquam lucis unius mora?*
Le. *Nullum eſt nocendi tempus ad fraudes breve.*
Stil. *Vinclis tenetur.* Ba. *Vincla perrumpit dolus.*
Pap. *Numeroſus enſe lictor obvallet latus.*
Sab. *Succumbit auro miles.* Pap. *Obſtrinxit fidem.*
Leo. *Sed cui?* Pap. *Leonis.* Sab. *Vincitur pretio fides.*
Pap. *Omnia timere mentis ignava reor.*
Sab. *Nihil timere, mentis inſana reor.*
Reor inimicum Cæſaris, patria, mei,
Malè perduelli quiſquis indulget diem.

Leo.

Leo. *Etſi more reclamet infelix timor,*
Tamen obſequendum eſt. differo invitus necẽ,
Tibi cura, Papia, capitis infandi datur.
Grava catenis. Clavis obſtricta ſera
Mihi deferatur. Cras dabit flammis caput.

SCENA III.

Theophilus patrem, quem cæſum exiſtimat, deplorat.

THEOPHILUS, PHILODUS.

THEOPHILUS.

THeophile quid ſtas? Quid reluctanti gradu
Moraris ultra? Pergit ad flammas pater;
Oppreſſit immatura genitricem dies.
Rapitur uterque. Genere de tanto unicus
O fata! Supero. Solus in longos miſer
Luctus ſuperſum. Quis mihi jungat manum?
Quis molli prima tempus ætatis regat?
Quis decora vitæ, quiſve præſidium paret?
Leo Leonem nutrit enatum parens:
Defendit agnos mater, eductos alit
Vitis racemos, quos creat flores humus
Servat fovetque. Quidquid in lucem dedit
Natura, tenerum ſuſtinet. Solus patre
Heu! matre ſolus orbor infelix puer!
Orbor. Nec ulla, patre mactato, ſalus
Nato refulget. Fallor. Etiamnum trahit
Superſtes auras genitor, & morti imminet.
Ibo; ibo, pietas robur invictum dabit,
Patrem tuebor flammea ereptum nece.
Exiguus Aprum ſæpe detinuit canis:
Nec magna Taurum vipera exitio dedit.

Ibo

Ibo: phalanges militum obſtantes ruam.
Sternam Leonem: vincla perfringam patris
Ferale buſtum proruam: evertam omnia:
Quò tamen anhelos præcoci incepto gradus
Moliris audax? Arma deſtituunt manus:
Animos lacerti. Melius O! melius novum
Meditare patrem. Cui ſolo deſit pater;
Cælo eſt petendus. Mitis & clemens ſuos
Semper paterno Chriſtus amplexu fovet,
Refovetque ſemper. Matris uberibus frui
Sin concupiſcis, pandit en! Pandit ſinus
Ab axe Virgo. Suge; nectareo fluunt
Vbera liquore. Ter quater felix puer,
Cùi virgo faveat mater, & Chriſtus parens.
Hac ſpe, penates repeto Proh rerum vices!
Hæc illa Balbi, decore regali domus?
Vbi famulus? Vbi ſplendida clientûm cohors?
Vbi priſcus auro luxus? Vbi menſis ebur?
Vbi picta cultu aulæa barbarico iacent?
En furva mœſtos vela parietes tegunt.
Chelys relicta eſt. Sortis ô vana iocum!
Vt quæ beatum ſorte florenti domum
Cecinit, iacentem ſorte miſerandâ canat.
Bene eſt. Perempti fata ploremus patris.
Ades Philode, Fide ſubverſa domus
Cuſtos, retracta flebilem plectro lyram.
Et voce Balbum, qua voles, caſum dole.

Hic fidibus & voce canit Philodus, donec obdormeſcat Theophilus,

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

Leo miniſtris exterritus, multa de nocte Balbi cuſtodiam explorat, ac ſopitis cuſtodibus mortem minatur. Balbus cum Papia cuſtodiæ Præfecto conſpirat.

LEO, THEOPHILUS dormiens, PAPIAS, BALBUS, Milites duo.

LEO.

QVamvis rebellem carcer includat ducem:
Et arma circum miles addenſet: tamen
Sopitus horreo: horreo ruinam vigil.
Lux alma curas: furva nox curas alit.
Anxia futuri mens in horrendos agit
Pectus timores. Videor ad cædem rapi;
„ Nec unde rapiar, video. Regnorum Duci
„ Semper timendum. Nempe quem multi timent,
„ Timeat neceſſè eſt plurimos. Propius Leo
Vrgetur. Animus grande præſagit malum
Vndiq; propinquans. Omnis arrectum quatit
Strepitus, retorquet umbra percellit ſonus.
Formido cuncta. Vulgus infida jugum
Cervice jactat. Miles in Balbi domum
Dudum reclinat. Sceptra maleſuadi negant
Perferre proceres. Quantus hinc dubio pavor,
Ne quis paretur nocte ſub tacita dolus!
Proinde cunctos aure ſuſpenſa ſonos
Tremebundus haurio. Dira Tartarei 1 *canis*
Quarela! Triſtis omen horreſco modi.

1 Ululat canis.

In-

Increſcit horror. Vlula 2 funereos dedit
Siniſtra queſtus. Carmen infauſtum monet
Inſtare fatum. Bubo feralis tace.
Etiamne Cælum 3 murmure horrifico tonat?
Sudor per artus manat, in fibras tremor.
Nox pallet, axis mugit, exululat canis.
Quatiunt feneſtras Noctua, gemunt ſtriges.
Leo miſerande, quanta te cingunt mala?
O vita morte pejor, & pejor ſtyge.
O ſi rigore membra ſaxifico gelent!
Quam ſtare rupes ore marmoreo velim!
Hæc fata Regum. Pectoris 4 magni pudor!
Vmbras timeſco; qui tot umbrarum greges
Miſi ſub orcum? Potius horribili ſtygem
Vmbraſq; & orci monſtra dominatu premam.
Quò tela primus verto? Quid monſtri 5 Intuor?
Sta, fare. Ditis Vmbra. Per noctis Deas:
Per furvum Averni vulgus, & ſontum Chaos
Effare, quis ſis. Iuro, conjuro, imprecor.
Quid conticeſcis? Propius admoveo gradum.
Agnoſco vultus. Gnatus infando patre
Pejor, Theophilus in Leonina domus
,, Creſcit ruinam. Semen in ſuos redit
,, Ortus parentum vitia progenies trahit,
,, Stirpeſque prava germen haud impar ferunt.
Ergo ſceleſtam fauce præcluſa vomat
Animam. Coacta guttur elidat manus.
Nox 1 alta; nemo teſtis expoſitus puer
Vincente ſomno!: Læſus à Balbo Leo
Odia laceſſunt. Pereat inviſum genus.
The. *Leo, Leo! Leo, Totas 2 perculit fibras pavor.*

2 Gemit Bubo.
3 Tonat horrendè.
4 Timorē excutit.
5 Incidit in Theophilum dormientem.
1 Circumſpicit undique.
2 Strangulaturus puerum, ſubitò reſilit ejus voce perculſus.

Etiam

Etiam minaci terret è ſomno puer.

3 Loquitur in ſomno.

Th. *Cave; Leo!* Lex. *Quid cavebo? Quid fugiam, doce.*
Arcana mentis prodit aliquando ſopor.
Tentabo paucis. Fare, quid caveat Leo?
The. *Somno ſepultos.* Leo. *Somnus exitium ſtruit,*

4 Nempe in templo dum intonat Hymnum

The. *Edormiendus.* Leo. *Faxo fatalem tuus*
Ducat ſoporem Genitor, in flammas datus,
At quo ſoporus texit inſidias loco;
The. *Quo rugiet atrox ore feſtivo Leo?*
Leo. *Quo rugiet atrox ore feſtivo Leo?*
Perplexa nimium fata, quid moras traho?

5 Tranſit ad cubiculum, ubi Balbus tenetur captivus.

Eſto, Leoni funus inſonti parent:
Rapiar in orcum vivus: At Balbus viam
Præibit; Vmbras teſtor inferni Iovis.
Luſtremus 5 *ergo, fida num vigilum manus*
Balbum revinctum teneat. O fluxam fidem!
Quid hoc? ſopori miles indulget? Solo
Papias quieſcit? Balbus infuſus toro
Dormit profundum? Liber evigilat Leo

1 Sublatâ manu minatur cuſtodibus. Exit.

Haurire ſomnum neſcius: Balbum brevi
Flammis cremandum tuta componit quies?
Ronchus quieto Balbus haud ſtaret ſinu,
Sibi ſi timeret. Teſtor, 1 *ubi dictam ſacris*
Horam peregi, cæde cuſtodes pari
Rerumque vindex operis ignavi, premam.

SCE-

Digitized by Google

SCENA II.

MILITES DUO, PAPIAS, BALBUS.

MILIT.

PErimus omnes. Balbe, tranquillo capis
Animo ſoporem? Pap. *Fare, 2 quo Balbus viam?* — 2 Exiliens è ſomno.
Mil. 1. *Iacet.* Pap. *Quis ergo pectus invaſit pavor?*
Mil. 1. *Supremus.* Pap *Horreo.* Mil. *Vix remolito pedem*
Greſſu retraxit Cæſar, horrendum intonans.
Pap. *Quæ furia mentem lymphat?* Mil. *Vt multo videt*
Somno ſepultos? æſtuat, frendet, furit;
Iuransque, tabo ſceleris afflatos pari,
Supplicia crudo ſanguine daturos abit.
Pap. *Quis me per auras rapiat avectum Notus?*
Timeo Leonem. Certa pernicies adeſt.
Iuravit? actum eſt, qui joco proceres necat,
Iuratus eccui parcet? occidimus, opem
Niſi fuga præſtet. Mil. 2. *Pateat ignavis fuga:*
Iugulum manu tuebor. Pap. *Etiamnum quies*
Complexa mentem, Balbe, ſecuram fovet?
Bal. *Quis 1 me ſopore ſolvit?* Pap. *Evigila, peris.* — 1 Lentè aſſurgens.
Bal. *Quàm læta ſenſu movit abſorpto fibras*
Imago rerum? Pap. *Vana deluſa amove*
Ludibria mentis. Seria repoſcunt locum.
Bal. *Præſagus animum ſeria docebat ſopor.*

Pap.

Pap. *Imago mortis.* Ba. *Videor objecta modum*
Pugnæ intueri. Bella ſylvarum duci
Infert Leoni Pardus. Infrendet Leo.
Vtrinque. Crudo Marte congreſſi, lavant
Multo cruore colla. Vi melior Leo
Pugnam laceſſit unguibus, rictu, juba,
At Pardus agili corpore ſagaces dolos
Arteſque mille verſat, Incerto diu
Alternus iras librat eventu furor.
Tandem Leonem Pardus incautum occupat
Victor, revellens ore vulnifico ſinus.
Pap. *At nos ferus dux ille ſylvarum Leo*
Diſcerpet omnes. Bal. *Vna tot viros fera?*
Pap *Pro te perimus Balbe.* Ba. *Deteſtor nefas.*
Pap. *Preſſos quiete nactus, horrendæ neci*
Addixit omnes. Bal. *Fida ſociorum manus;*
Qui me fatigat ſortis infandæ labor;
Et vos eundem pariter in caſum rapit?
O dura Balbi fata! Quæ ſolum vetant
Perire! Mecum vos ego immeritos pari
Traham ruina? Potius inſontes furor,
Furor Leonis ſorte damnavit pari.
Sed quid moramur? Summa quo tandem loco
Res ſit, videtis. Me catenarum domat
Immane pondus, nocte revoluta, horridis
Flammis cremandum: Vóſque, prô caſum
aſperum!
Crudelia nimis fata mactandos manent.
Quoties Tyrannum docuit implacabilem,
Imbuta crudo ſanguine ſuorum manus!
Sit ſtirpe certus generis Auguſti, parum eſt:
Inſons, nocenſve, fas per, & nefas, cadit,

Cùm fert libido. Nota Nemeai ſatis
Rabies Leonis, nota vis, notus furor.
Dubitatis ergo tollere inviſum polo,
Patria Tyrannum, monſtra poſt tot aſpera,
Sontem innocentes? Mil. 2. *Iura natura ſimul,*
Et lex honeſti latera tutari jubent,
Arcendo vim vi. Mil. 1. *Sed data prohibet fides.*
Regem ferire. Bal. *Non ubi laſit fidem*
Prior ipſe. Pap. *Monſtrum quid tamen Regem vocas?*
Regem vocemus, cujus haud unquam vacat
Cruore dextra? Funus imperii voca.
Procerum ruinam, plebis exitium poli
Soliqne labem, Ditis effigiem voca,
Quem ferre vivum nemo, niſi fungus queat.
Mil. 1. *Pereat Tyrannus.* Mil. 2. *Peſtis in cladem ruat.*
Bal. *Spondete tacitam rebus occultis fidem.*
Aap. *Æterna juro ſydera.* Omnes. *Perennem damus,*
Ba *O fortia virûm corda! Quo juſtus rapit*
Ardor medullas, pergite. Egregium Deus
Spectabit orſum. Si qua fortuna ſalus
Factum ſequatur, merita penſabo memor.
Pab. *Qua fraude captus veniat in caſſes Leo?*
Vigilare in omnes cogit inſidias timor.
Vis nullum monſtrum, nullus exſuperat dolus.
Bal. *Mecum iſte labor eſt. Quiſque, qua dicam, tenax*
Animo recondat. Craſtinus honorem dies
Chriſti ſub auras ſervat ex utero dati.

Quem mox vetuſto colere de ritu parat.
Thalamum relinquens nocte de media Leo;
Templumque ſeptus agmine piorum, petet.
Facturus aſtris vota, fortaſſe ultima.
Vos candidatis ora mentiti togis,
Sub veſte ſicas condite latentes. Simul
In templa greſſus ferte, commixti piis.
Obſcuriora quiſque ſortitus loca,
Vt nulla fraudis umbra conſilium arguat.
Mox ubi reſurget, vota ſuſurrus Leo,
Irruite ferro. Foſſus ante aras cadat.
Tum ſi lubebit: Balbus imperium reget,
Vivatque; *vox, clamore ſublato, canat.*
Pap. *Benè eſt. Tenemus. Pàrne conſenſus probat,*
Quæ Balbus animo verſat? Pri. *Applaudo.* Sec. *Probo.*
Bal. *O chara Balbo capita, complexum dato.*
Teſtor Tonantem, vota ſi caſus beet;
Purpurea ſagulis dabitur abjectis toga.
Tu fide Papia, chalybe dum Leo cadit.
Accerſe noſtras regiam in partem manus.
Stirpem Leonis, conjugem, famulos cape.
Tenetis? Pap. *Arctè.* Bal. *Vota fortunet polus.*

SCENA III.

Balbi Oratio ad Fortunam.

Baldus, Duo Milites, Papias, Philautus, Theonus.

FAvete fata. Túque terrarum potens
Fortuna, ſtantem volve ludibrii globum
Quouſque ſueto ludicra vacabis joco?
Pendet ſub imo Balbus, in ſummo Leo
Triumphat orbe! Pateris! O torque rotam.
Tu fata Regum vertis, evertis Dea,
Aulam tabernis, funere triumphos, duces
Famulis potenti ſæpe commutas manu.
Miſerum intueri capta ſi viſu nequis;
Audi precantem diva: Da ſurſum precor.
Cœptis faventem: Verte pœnarum vices
Regni in triumphos, Luctus in luxum migret;
Vincla in monile; carcer in Regum domos;
Luridus in oſtrum ſqualor, in riſum dolor.
Mihi celſus urbe ſurgit è media rogus.
Pœna Theatrum. Melius in Regni arduum
Scandam theatrum. Pergat in cælum rogus;
Æquetur aſtris. Nempe vicinus polo,
Aureâ revellam ſede Nemeaum pecus.
Vulcanus ira ſævus, ardentes vomet
Latè favillas; Ridet augurium. Comis
Sublime pulchras ſtemma ſcintillas aget.
Hac, Sors, faventi vota ſi nutu regas,
Centum quotannis tergore ingenti boves
Mactabo ad aras, (jure) votorum reus
Tum 1 tu, fideli crura quæ nodo ligas.

V 2 Cate-

1 Manu percutit catenam ferream, quâ erat ligatus.

Catena, in aurum verſa, cervicem premes.
Sed quis citatum tendit adverſus gradum?
Vt vix latentem noſco? Quo res eſt loco?
Mil. Pri. *Fraus in propinquo eſt. Cernis, ut ſacrum* 2 *toga*

2 Albâ veſte inſtar clerici indutus.

Imitata myſtam, deceat? Bal. *Agnoſco dolum.*
At mucro. Sec. *Veſte mucro ſub ſacrâ latet.*
Cernis micantem? Bal. *Cerno. Præcautum eſt benè.*
Quid Leo? Pri. *Cubili templa deſerto petit.*
Propinqua hora. Nola ſupremum dedit
Repetita ſignum. Bal. *proſper inceptis, precor,*
Eventus adſit. Ite, quò tempus vocat.
Ego vota fundam. Pri. *Moſcho, jungamus manum.*
Opulenta facinus pretia confectum manent.
Sec. *Age, lateamus, hinc & hinc taci pede*
Stemus reducto. Dumque ſe ſolio levat,
Præiturus Oden voce diſcordi Leo,
Feriatur. Pri. *Actum eſt.* Pri. *Grande* 3 *Cæſarea decus*

3 Prodit Papias cum duobus conjuratis.

Cohortis, ambo. Audetis? The. *In Iovem manus*
Agere Tonantem. Pa. *State, quo ſtatis gradu,*
Vbi foſſos enſe Cæſar in terram ruet,
Injicite natis vincla. Ph. *Conſtrictos puta.*
Pa. *Bene cuncta conſtant. Cæſari accedo comes.*

1 Panditur ſummum templum.

En culta feſto templa feriuntur ſono. 1
Tar. *Purpurea* 2 *Cœli turba, quam truci Leo*
Peremit enſe, ſtate ſepoſito gradu,
Mecum

2 Taraſius Patriarcha ſecum trahens imaginum cultores nuper interfectos, viſitur ſupra ſummum Altare.

Meumque tanti ſceleris ultricem manum
Spectate. Culpa juſtus in pœnas Deus
Sternet Leonem. Caſus ante aras cadet,
Cruci ſubactus, ſcelere qui fœdo crucem
Peroſus, aras decore ſpoliavit ſuo.

SCENA IV.

Leo ante aras, dum officio divino intereſt, occiditur. Balbus Imperator ſublectus, Leonis filios perpetuo exilio mulctat.

Acolythi 2. Canonici 6. Diaconus, Subdiaconus, Epiſcopus, Magiſter Ceremoniarum, Ephebi 6. Sabatius, Baſilius, Papias, Leo, Proclus.

Q*Vieſcentibus organis.* Sacerd. *Domine labia, &c.*
Reſpondet intus chorus. Tum canitur intus, Chriſtus
Natus eſt hodie, venite adoremus, *quo finito Imperator intonat,* Chriſte Redemptor omnium,
Quem honoris causâ duo conjurati, velut Canonici, ab utroque latere ſtipant,
Leo. Chriſte Redemptor omnium.
Mil. 1. *At tu peremptor omnium,* 1 *aliquando peri.*
Leo. *Adeſte Nati, pereo.* Pap *Qui juvat, perit.*
Rapiantur. Leo. O! *crucior.* Mil. 2. *Ad crucem Leo,*
Quam abominaris? Leo. *Nate Sabati.* Sab. O *pater!*

1 Percutit Imperatorē, qui Crucem è ſummo Altari arripiens, fruſtra ſe defendit.

Leo. *Succurre Pluto.* Mil. 1. *Regna Plutonis pete.*

2 Leo. *Oh, oh! Peruror. Ferte me* 2 *Furiæ,* Mi. 1. *Bene eſt.*

Sub æra ſumma, quo tandem confugerat, occiditur.

Pap. *Iam perdite,* Sec. *Iam minare.* Pri. *Iam Rugi Leo.*

Pap. Balbus triumphet, Balbus imperium regat.

Intus. Balbus triumphet: Balbus imperium regat.

3 Evocatur è cubiculo Balbus.

Pap. *Dictator* 3 *orbis Balbe, regreſſa vices.*
Mirare ſortis, liber huc greſſum refer,

Bal. *Cecidit Tyrannus?* Pap. *Cecidit.* Ba. *Extinctus?* Pap. *Iacet.*

Ba. *O me beatum! Sortis ô fauſta rotam!*
Iam ferio ſummos capite ſublimi polos.
Leo peremptus: Grandis aſtrorum favor!
Iam me juvat vixiſſe: jam totus beor.
Gaudeo, triumpho, regno, dum jacet Leo;
Sed fare, quo ſe peſtis abjecit loco?

Pap. *Deſpice Tyrannum, tabe ſqualLentem ſua.*

1 Ba. *O ſuave ſpecimen! Miles in lucem trahe.*

Extrahitur cadaver in lucem.

1 *ſic trahatur* 1 *triſte, carnivorum, ferox,*
Immane monſtrum. Spirat etiamnum ſcelus.
I nunc Tyranne. Fraude benemeritos neca:
Macta innocentes: Supplicum calca preces.

2 *Leo, leo pedibus ſubdere* 2 *terendus meis,*

Imponit pedem.

Flammas minatus nuper, æternas modo.
I patere flammas: digna ſceleribus lue
Supplicia, merſus Tartari ad fundum ultimum.
De te triumphat Balbus extincto licet.

Vos

Vos ô meorum fida ſociorum cohors:
Vos parta tanti fama facinoris canet,
Cæli ſolique vindices, patriæ decus.
Quin ergo ſummi rapitis imperii notas:
Diripite monſtro ſtemma: quo melius coma
Se veſtra cingat: qui premunt regni luem,
Regnum gubernent. Pa. *Abſit audendi nefas.*
Balbus triumphet: Balbus imperium regat.
Mil. *Balbus triumphet: Balbus imperium regat.*
Bal. *Annuitis?* Pap. *Vni cunctus applaudit fremor.*
Bal. *Quando jubetis: impero: Huc manum faber:*
Diſcute catenas. Fab. *Iuſſa* 3 *confecit faber.* 3 Excutitur à fabro catena.
Bal. *Bene eſt. Soluto priſca libertas redit.*
I miles, ante decora quam regni geram;
Huc execrandi ſiſte progeniem patris.
Videant utramque ſortis egregiæ vicem.
Videant fremanique Pejor infauſto patre
Soboles adeſte. Cernite voluta rotam
Sortis. Triumphat Balbus, & ſtratum premit
Pedibus Leonem Sab. *Sceleris horrendi nefas!*
Dehiſce tellus, méque ab aſpectu procul
Remove ſub auras. Pedibus Auguſtum feris?
Bal. *Ferio Tyrannum.* Bas. *O ſcelus! fibras ſtupor,*
Caligo mentem vincit, Sa. *O* 1 *rumpor, necor!* 1 Linquente animo concidit.
Mil. *Reliquit animus, oſſa deſtituit vigor.*
Bal. *Hoc eſt profectò, mente quod tota petii,*
Hunc horror, illum torquet amentem furor.
O lata rerum ſpectra! jam furvam decet
Poſuiſſe veſtem. Iam mihi regni notas

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

Leo miniſtris exterritus, multa de nocte Balbi cuſtodiam explorat, ac ſopitis cuſtodibus mortem minatur. Balbus cum Papia cuſtodiæ Præfecto conſpirat.

LEO, THEOPHILUS dormiens, PAPIAS, BALBUS, Milites duo.

LEO.

Qvamvis rebellem carcer includat ducem:
Et arma circum miles addenſet: tamen
Sopitus horreo: horreo ruinam vigil.
Lux alma curas: furva nox curas alit.
Anxia futuri mens in horrendos agit
Pectus timores. Videor ad cædem rapi;
„ Nec unde rapiar, video. Regnorum Duci
„ Semper timendum. Nempe quem multi timent,
„ Timeat neceſsè eſt plurimos. Propius Leo
Vrgetur. Animus grande præſagit malum
Vndiq; propinquans. Omnis arrectum quatit
Strepitus, retorquet umbra percellit ſonus.
Formido cuncta. Vulgus infida jugum
Cervice jactat. Miles in Balbi domum
Dudum reclinat. Sceptra maleſuadi negant
Perferre proceres. Quantus hinc dubio pavor,
Ne quis paretur nocte ſub tacita dolus!
Proinde cunctos aure ſuſpenſa ſonos
1 Ululat canis. *Tremebundus haurio. Dira Tartarei* 1 *canis*
Quarela! Triſtis omen horreſco modi.

In-

Increſcit horror. Vlula 2 *funereos dedit*
Siniſtra queſtus. Carmen infauſtum monet — 2
Inſtare fatum. Bubo feralis tace. — Gemit
Etiamne Cælum 3 *murmure horrifico tonat?* — Bubo.
Sudor per artus manat, in fibras tremor. — 3
Nox pallet, axis mugit, exululat canis. — Tonat
Quatiunt feneſtras Noctua, gemunt ſtriges. — horrēdè.
Leo miſerande, quanta te cingunt mala?
O vita morte pejor, & pejor ſtyge.
O ſi rigore membra ſaxifico gelent!
Quam ſtare rupes ore marmoreo velim!
Hæc fata Regum. Pectoris 4 *magni pudor!* — 4
Vmbras timeſco; qui tot umbrarum greges — Timorē
Miſi ſub orcum? Potius horribili ſtygem — excutit.
Vmbraſq; & orci monſtra dominatu premam.
Quò tela primus verto? Quid monſtri 5 *Intuor?* — 5 Incidit in
Sta, fare. Ditis Vmbra. Per noctis Deas: — Theophi-
Per furvum Averni vulgus, & fontum Chaos — lum dor-
Effare, quis ſis. Iuro, conjuro, imprecor. — mientem.
Quid conticeſcis? Propius admoveo gradum.
Agnoſco vultus. Gnatus infando patre — 1
Pejor, Theophilus in Leonina domus — Circum-
,, *Creſcit ruinam. Semen in ſuos redit* — ſpicit
,, *Ortus parentum vitia progenies trahit,* — undique.
,, *Stirpeſque prava germen haud impar ferunt.* — 2 Strangu-
Ergo ſceleſtam fauce præcluſa vomat — laturus
Animam. Coacta guttur elidat manus. — puerum,
Nox 1 *alta; nemo teſtis expoſitus puer* — ſubitò
Vincente ſomno!: Læſus à Balbo Leo — reſilit ejus
Odia laceſſunt. Pereat inviſum genus. — voce per-
The. *Leo, Leo!* Leo, *Totas* 2 *perculit fibras pavor.* — culſus.

Etiam

Etiam minaci terret è ſomno puer.
3 Th. *Cave 3 Leo!* Lex. *Quid cavebo? Quid fu-*
Loquitur *giam, doce.*
in ſomno. *Arcana mentis prodit aliquando ſopor.*
Tentabo paucis. Fare, quid caveat Leo?
The. *Somno ſepultos.* Leo. *Somnus exitium*
ſtruit,
4 The. *Edormiendus.* Leo. *Faxo fatalem tuus*
Nempe *Ducat ſoporem Genitor, in flammas datus,*
in templo *At quo ſoporus texit inſidias loco;*
dum in- The. *Quo rugiet atrox ore feſtivo Leo?*
tonat Leo. *Quo rugiet atrox ore feſtivo Leo?*
Hymnum *Perplexa nimium fata, quid moras traho?*
5 *Eſto, Leoni funus inſonti parent:*
Tranſit *Rapiar in orcum vivus: At Balbus viam*
ad cubi- *Praibit; Vmbras teſtor inferni Iovis.*
culum, *Luſtremus 5 ergo, fida num vigilum manus*
ubi Bal- *Balbum revinctum teneat. O fluxam fidem!*
bus tene- *Quid hoc? ſopori miles indulget? Solo*
tur capti- *Papias quieſcit? Balbus infuſus toro*
vus. *Dormit profundum? Liber evigilat Leo*
1 *Haurire ſomnum neſcius: Balbum brevi*
Sublatâ *Flammis cremandum tuta componit quies?*
manu mi- *Ronchus quieto Balbus haud flaret ſinu,*
natur cu- *Sibi ſi timeret. Teſtor, 1 ubi dictam ſacris*
ſtodibus. *Horam peregi, cæde cuſtodes pari*
Exit. *Rerumque vindex operis ignavi, premam.*

SCENA II.

MILITES DUO, PAPIAS, BALBUS.

MILIT.

PErimus omnes. Balbe, tranquillo capis Animo ſoporem? Pap. *Fare, 2 quo Balbus viam?* 2 Exiliens è ſomno.

Mil. 1. *Iacet.* Pap. *Quis ergo pectus invaſit pavor?*

Mil. 1. *Supremus.* Pap *Horreo.* Mil. *Vix remolito pedem*

Greſſu retraxit Cæſar, horrendum intonans.

Pap. *Quæ furia mentem lymphat?* Mil. *Vt multo videt*

Somno ſepultos? æſtuat, frendet, furit;

Iuransque, tabo ſceleris afflatos pari,

Supplicia crudo ſanguine daturos abit.

Pap. *Quis me per auras rapiat avectum Notus?*

Timeo Leonem. Certa pernicies adeſt.

Iuravit? actum eſt, qui joco proceres necat,

Iuratus eccui parcet? occidimus, opem

Niſi fuga præſtet. Mil. 2. *Pateat ignavis fuga:*

Iugulum manu tuebor. Pap. *Etiamnum quies*

Complexa mentem, Balbe, ſecuram fovet?

Bal. *Quis 1 me ſopore ſolvit?* Pap. *Evigila, peris.* 1 Lentè aſſurgens.

Bal. *Quàm læta ſenſu movit abſorpto fibras*

Imago rerum? Pap. *Vana deluſa amove*

Ludibria mentis. Seria repoſcunt locum.

Bal. *Præſagus animum ſeria docebat ſopor.*

Pap.

Pap. *Imago mortis.* Ba. *Videor objecta modum*
Pugnæ intueri. Bella ſylvarum duci
Infert Leoni Pardus. Infrendet Leo.
Vtrinque. Crudo Marte congreſſi, lavant
Multo cruore colla. Vi melior Leo
Pugnam laceſſit unguibus, rictu, juba,
At Pardus agili corpore ſagaces dolos
Arteſque mille verſat, Incerto diu
Alternus iras librat eventu furor.
Tandem Leonem Pardus incautum occupat
Victor, revellens ore vulnifico ſinus.
Pap. *At nos ferus dux ille ſylvarum Leo*
Diſcerpet omnes. Bal. *Vna tot viros fera?*
Pap *Pro te perimus Balbe.* Ba. *Deteſtor nefas.*
Pap. *Preſſos quiete nactus, horrendæ neci*
Addixit omnes. Bal. *Fida ſociorum manus;*
Qui me fatigat ſortis infandæ labor;
Et vos eundem pariter in caſum rapit?
O dura Balbi fata! Quæ ſolum vetant
Perire! Mecum vos ego immeritos pari
Traham ruina? Potiùs inſontes furor,
Furor Leonis ſorte damnavit pari.
Sed quid moramur? Summa quo tandem loco
Res ſit, videtis. Me catenarum domat
Immane pondus, nocte revoluta, horridis
Flammis cremandum: Vóſque, prô caſum
aſperum!
Crudelia nimis fata mactandos manent.
Quoties Tyrannum docuit implacabilem,
Imbuta crudo ſanguine ſuorum manus!
Sit ſtirpe certus generis Auguſti, parum eſt:
Inſons, nocenſve, fas per, & nefas, cadit,

Cum

Cùm fert libido. Nota Nemeæi ſatis
Rabies Leonis, nota vis, notus furor.
Dubitatis ergo tollere inviſum polo,
Patriæ Tyrannum, monſtra poſt tot aſpera,
Sontem innocentes? Mil. 2. *Iura natura ſimul,*
Et lex honeſti latera tutari jubent,
Arcendo vim vi. Mil. 1. *Sed data prohibet fides.*
Regem ferire. Bal. *Non ubi læſit fidem*
Prior ipſe. Pap. *Monſtrum quid tamen Regem vocas?*
Regem vocemus, cujus haud unquam vacat
Cruore dextra? Funus imperii voca,
Procerum ruinam, plebis exitium poli
Solique labem, Ditis effigiem voca,
Quem ferre vivum nemo, niſi functus queat.
Mil. 1. *Pereat Tyrannus.* Mil. 2. *Peſtis in cladem ruat.*
Bal. *Spondete tacitam rebus occultis fidem.*
Pap. *Æterna juro ſydera.* Omnes. *Perennem damus,*
Ba. *O fortia virûm corda! Quo juſtus rapit*
Ardor medullas, pergite. Egregium Deus
Spectabit orſum. Si qua fortuna ſalus
Factum ſequatur, merita penſabo memor.
Pap. *Qua fraude captus veniat in caſſes Leo?*
Vigilare in omnes cogit inſidias timor.
Vis nullum monſtrum, nullus exſuperat dolus.
Bal. *Mecum iſte labor eſt. Quiſque, quæ dicam, tenax*
Animo recondat. Craſtinus honorem dies
Chriſti ſub auras ſervat ex utero dati.

Quem mox vetuſto colere de ritu parat.
Thalamum relinquens nocte de media Leo;
Templumque ſeptus agmine piorum, petet.
Facturus aſtris vota, forſaſſe ultima.
Vos candidatis ora mentiti togis,
Sub veſte ſicas condite latentes. Simul
In templa greſſus ferte, commixti piis.
Obſcuriora quiſque ſortitus loca,
Ut nulla fraudis umbra conſilium arguat.
Mox ubi reſurget, vota ſuſurrus Leo,
Irruite ferro. Foſſus ante aras cadat.
Tum ſi lubebit: Balbus imperium reget,
Vivatque; *vox, clamore ſublato, canat.*
Pap. *Benè eſt. Tenemus. Pártne conſenſus probat,*
Quæ Balbus animo verſat? Pri. *Applaudo.* Sec. *Probo.*
Bal. *O chara Balbo capita, complexum date.*
Teſtor Tonantem, vota ſi caſus beet;
Purpurea ſagulis dabitur abjectis toga.
Tu fide Papia, chalybe dum Leo cadit.
Accerſe noſtras regiam in partem manus.
Stirpem Leonis, conjugem, famulos cape.
Tenetis? Pap. *Arctè.* Bal. *Vota fortunet polus.*

SCE.

SCENA III.

Balbi Oratio ad Fortunam.

Baldus, Duo Milites, Papias, Philautus, Theonus.

FAvete fata. Túque terrarum potens
Fortuna, ſtantem volve ludibrii globum
Quouſque ſueto ludicra vacabis joco?
Pendet ſub imo Balbus, in ſummo Leo
Triumphat orbe! Pateris! O torque rotam.
Tu ſata Regum vertis, evertis Dea,
Aulam tabernis, funere triumphos, duces
Famulis potenti ſæpe commutas manu.
Miſerum intueri capta ſi viſu nequis;
Audi precantem diva: Da ſurſum precor.
Cœptis faventem: Verte pœnarum vices
Regni in triumphos. Luctus in luxum migret;
Vincla in monile; carcer in Regum domos;
Luridus in oſtrum ſqualor, in riſum dolor.
Mihi celſus urbe ſurgit è media rogus.
Pœna Theatrum. Melius in Regni arduum
Scandam theatrum. Pergat in cælum rogus;
Æquetur aſtris. Nempe vicinus polo,
Aureâ revellam ſede Nemeaum pecus.
Vulcanus ira ſævus, ardentes vomet
Latè favillas: Ridet augurium. Comis
Sublime pulchras ſtemma ſcintillas aget.
Hac, Sors, faventi vota ſi nutu regas,
Centum quotannis tergore ingenti boves
Mactabo ad aras, (juro) votorum reus
Tum ¹tu, fideli crura quamodo ligas.

1 Manu percutit catenam ferream, quâ erat ligatus.

Catena, in aurum verſa, cervicem premes.
Sed quis citatum tendit adverſus gradum?
Vt vix latentem noſco? Quæ res eſt loco?
Mil. Pri. *Fraus in propinquo eſt. Cernis, ut*
ſacrum 2 toga.

2 Albâ veſte inſtar clerici indutus.

Imitata myſtam, deceat? Bal. *Agnoſce dolum.*
At mucro. Sec. *Veſte mucro ſub ſacrâ latet.*
Cernis micantem? Bal. *Cerno. Præcautum eſt*
benè.
Quid Leo? Pri. *Cubili templa deſerto petit.*
Propinquat hora. Nola ſupremum dedit
Repetita ſignum. Bal. *proſper inceptis, precor,*
Eventus adſit. Ite, quò tempus vocat.
Ego vota fundam. Pri. *Moſcho, jungamus*
manum.
Opulenta facinus pretia confectum manent.
Sec. *Age, lateamus, hinc & hinc cæci pede*
Stemus reducto. Dumque ſe ſolio levat,
Praiturus Oden voce diſcordi Leo,
Feriatur. Pri. *Actum eſt.* Pri. *Grande 3 Cæſa-*
rea decus

3 Prodit Papias cum duobus conjuratis.

Cohortis, ambo. Audetis? The. *In Iovem*
manus
Agere Tonantem. Pa. *State, quo ſtatis gradu,*
Vbi foſſos enſe Cæſar in terram ruet,
Injicite natis vincla. Ph. *Conſtrictos puta.*
Pa. *Bene cuncta conſtant. Cæſari accedo*
comes.

1 Panditur ſummum templum.

1 *En culta feſto templa feriuntur ſono.* 1
Tar. *Purpurea 2 Cæli turba, quam truci Leo*
Peremit enſe, ſtate ſepoſito gradu,
Mecum

2 Taraſius Patriarcha ſecum trahens imaginum cultores nuper interfectos, viſitur ſupra ſummum Altare.

Meumque tanti ſceleris ultricem manum
Spectate. Culpa juſtus in pœnas Deus
Sternet Leonem. Caſus ante aras cadet,
Cruci ſubactus, ſcelere qui fœdo crucem
Peroſus, aras decore ſpoliavit ſuo.

SCENA IV.

Leo ante aras, dum officio divino intereſt, occiditur. Balbus Imperator ſublectus, Leonis filios perpetuo exilio mulctat.

Acolythi 2. Canonici 6. Diaconus, Subdiaconus, Epiſcopus, Magiſter Cæremoniarum, Ephebi 6. Sabatius, Baſilius, Papias, Leo, Proclus.

Q*Vieſcentibus organis.* Sacerd. *Domine labia, &c.*

Reſpondet intus chorus. Tum canitur intus, Chriſtus

Natus eſt hodie, venite adoremus, *quo finito Imperator intonat,* Chriſte Redemptor omnium,

Quem honoris cauſâ duo conjurati, velut Canonici, ab utroque latere ſtipant,

Leo. Chriſte Redemptor omnium.

Mil. 1. *At tu peremptor omnium,* 1 *aliquando peri.*

Leo. *Adeſte Nati, pereo.* Pap *Qui juvat, perit.*

Rapiantur. Leo. O! *crucior.* Mil. 2. *Ad crucem Leo,*

Quam abominaris? Leo. *Nate Sabati.* Sab. O *pater!*

1 Percutit Imperatorẽ, qui Crucem è ſummo Altari arripiens, fruſtra ſe defendit.

Vos ô meorum fida ſociorum cohors:
Vos partꝫ tanti ſama facinoris canet,
Cæli ſolique vindices, patriæ decus.
Quin ergo ſummi rapitis imperii notas:
Diripite monſtro ſtemma: quo melius coma
Se veſtra cingat: qui premunt regni luem,
Regnum gubernent. Pa. Abſit audendi nefas.
Balbus triumphet: Balbus imperium regat.
Mil. Balbus triumphɇt: Balbus imperium
regat.
Bꝫl. Annuitis? Pap. Vni cunctus applaudit
fremor.
Bal. Quando jubetis: impero: Huc manum
faber:
Diſcute catenas. Fab. Iuſſaꝫ confecit faber.
Bal. Bene eſt. Soluto priſca libertas redit. 3 Excutitur à fabro catena.
I miles, ante decora quam regni geram;
Huc execrandi ſiſte progeniem patris.
Videant utramque ſortis egregiæ vicem.
Videant fremantque Pejor infauſto patre
Soboles adeſte. Cernite voluta rotam
Sortis. Triumphat Balbus, & ſtratum premit
Pedibus Leonem Sab. Sceleris horrendi nefas!
Dehiſce tellus, méque ab aſpectu procul
Remove ſub auras. Pedibus Auguſtum feris?
Bal. Ferio Tyrannum. Bas. O ſcelus! fibras
ſtupor,
Caligo mentem vinsit, Sa. O i rumpor, necor! 1 Linquente animo concidit.
Mil. Reliquit animus, oſſa deſtituit vigor.
Bal. Hoc eſt profectò, mente quod tota petii,
Hunc horror, illum torquet amentem furor.
O læta rerum ſpectra! jam furvam decet
Poſuiſſe veſtem. Iam mihi regni notas

Tranſferte, proceres. Stemma praradiet caput,
Eburna dextram ſceptra, cervicem chlamys.
Sab. *Quæ ferre monſtra cogor! O ſtygium*
ſcelus!
Prodite lumina, inque flammantes globos
Converſa, dirum perdite Tyrannum ocyùs.
Bas. *O pande fauces terra: terribilem ejice*
Vmbram Leonis. Vindica probrum pater.
Bal. *Quam dulce pellit hinc, & hinc aures*
canor!
Rumpere Sabati. Balbus id magno velit
Pretio coëmptum. I perge, Theophilum patri
Accorſe Papia. Nixus 2 interea toro,
Stirpem Leonis, qua gravem pœnâ, exigam.
Pap. *Theophile,* 3 The. *Quis me! Quàm benè*
exciderat mihi!
Pap. *Exurge tandem,* The. *Potiùs aterno*
juvat
Sopore vinci. Pap. *Caſar ad ſolium vocat.*
The. *Ergo ad tribunal Regis irati vocor?*
Bene eſt. Eamus. Fata comitemur patris.
Pap. *Gratare Princeps. Fata ſuperavit parens.*
The. *Etiámne miſerum ludis?* Pap. *Illudo*
nihil.
Caſo Leone, teſtor, athereas trahit
Servatus auras genitor, imperio potens.
The. *Spirátne Balbus?* Pap. *Regnat.* The. *Elu-*
ſus Leo?
Pap. *Solio revulſus.* The. *Cecidit?* Pap. *Extin-*
ctus jacet
The. *Spem fronte ſimulas?* Pap. *Cerne. Subli-*
mi ſedet
Innixus auro Caſar. The. *Aſtupeo! O pater!*
Supe-

2 Solio cõſidet.

3 Apertâ ad latus Scenâ, viſitur Theophilus dormiens

Superas? Bal. *Et auras duco.* The, *Lætitia ſtu-*
por
Abſorbet 1 *animum.* Bal. *Nate.* Pap. *Puerile* 1
obruit
Vis gaudiorum pectus. Bal. *Affrictu manus*
Vitam reducat: Nate Theophile. The. *O pater!*
Flammâ redemptus vivis! Bal. *Imperii au-*
reas
Molior habenas Cæſar. Th. *O latum diem!*
Tu Rector Orbis magne terrarum parens,
Da da ſecundus regna fortunet favor.
Bal. *Age nate. Sortis pone luctificæ notas.*
Mecumque terras mente Cæſarea rege.
At tu Leonis Catule, regales opes
Depone tandem: Decora Theophilo refer.
Spolientur ambo. Fur va Sarrano toga
Succedat oſtro. Sic ad extructum mihi
Rogum trahantur. Flamma ſceleratos voret.
Th. *O parce genitor; ſcelera ne ſontis luat*
Inſons propago patris. Bal. *Inſontem vocas,*
Cujus nefando ſævit hortatu parens?
Sed eſto; precibus debeant vitam tuis.
Mox evirentur; inque ſquallantes procul
Mundi latebras genere cum toto migrent.
Sed ante pedibus videant in forum trahi
Vterque patrem. Specimen horrendum ſui
Orbi recludat, Orbis everſor Leo.
Patria Tyrannum vulgus impreſſo terat
Pede inſepultum, donec ultricem ſatis
Explerit iram. Iuſſimus. Iuſſa exige
Tu fide Papia. Nate, nos epulæ vocant.
The. *I nunc Sabati: chalybe diſtricto feri*
Chriſti parentem. Quam mereſ pœnam refers.

1 Præ gaudio deſicit.

Sab.

Sab. *Merui, fatendum eſt. Parce peccanti*
Deus.
Pap. *Rapta* 1 *cadaver miles. & pompam prai*
Properemus. Ortu Phœbus Eoo redit.
Bel. *O juſta celi pœna! Proh vindex Deus!*
Tar. *Spectaſtis aquam crimini exacto vicem.*
Tyrannus Aulam, Spiritum, Celum, Deum
Amiſit orci ſuperat æterni rogus.
Vos laureata fronde ſuccincti comam,
Superate vitreas arcis aſtrifere plagas.

1 Leonis cadaver in forum raptatur.

F I N I S.

VITT ... ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google